Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXVII
E
56
NAPOLI

XXII.* E. 8.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

JOH. HENR. HOTTINGERUS
DE USU
LINGUARUM ORIENTALIUM
IN REBUS SACRIS.

JOH. HENRICI HOTTINGERI
S.TH.D. *Et in Electorali Heidelbergenſium Academia Profeſſoris.*

SMEGMA ORIENTALE:

SORDIBUS BARBARISMI,

Contemtui præſertim Linguarum Orientalium oppoſitum.



HEIDELBERGÆ;
Typis & Impenſis ADRIANI WYNGAERDEN,
Academ. Bibliopolæ & Typographi.
CIↃ IↃC LIIX.

Digitized by Google

MEMORIÆ
VIRI
Nobiliſsimi & Ampliſſimi,
D. LAURENTII DE GEER,
DOMINI IN USTERBUY, &c.
COMMISSARII REGIÆ
MAJESTATIS SUE-
CICÆ.

PATERNARUM TOTO ORBE INCLYTA-
RUM VIRTUTUM
HÆREDI EX ASSE,

*Hæc Orientis ſpolia Sacra
eſſe voluit*

JOH. HENRICUS HOTTINGERUS,
Tigurinus.

Nobiliſsime & Ampliſſime Vir,

MIraberis quid ſit, quòd homo è Schola, nulla hactenus vel converſatione commendatus, vel familiaritate probatus, ea ſibi compellandi libertate viam ad A. T. ſternat, quæ omnium, eruditorum cumprimis, cenſuræ & judicio publico exponitur. Dicam breviter. Cùm ante biennium & quod excurrit, nec ἀπρονοήτως, nec abſque authoritate SERENISSIMI PRINCIPIS D. CAROLI LUDOVICI, S. R. I. Electoris & Vicarii, &c. *Glorioſiſſimi* Academiæ Heidelbergenſis non *Reſtauratoris* modò, ſed & *Auctoris* (quid enim vetat ingenuè fateri, præter cætera decora, hoc Academiæ noſtræ acceſſiſſe,

quòd

quòd Typorum Orientalium ſplendore ſuperiorem ætatem ſuperet?) pedem huc intuliſſem, certiſſimi ſive ſolatii, ſive ominis loco fuit, Viros ſtatim doctos haud obſcuræ benevolentiæ τεκμήρια in me extare voluiſſe. Hinc honorificâ ſuâ præſentiâ peregrinum & hoſpitem dignati de variis, iis præcipuè, quæ revocanda paulatim eſſent, & Heidelbergenſi Academiæ reſtituenda, quærendi, reſpondendi, conferendi ſegetem ſuggerebant. De Linguarum Orientalium uſu & ſtudio multus erat ſermo, quem & amicorum literæ, & diſcipulorum indies auctior numerus, frequenter accendebat atque alebat. Aderat mihi tum, juxta plures alios, Vir Doctiſſimus, D. *Iohannes Ulricus Schvvebelius*, Virtutum Tuarum inſignis æſtimator, qui, poſtquam indicâſſet, raro Tibi exemplo, ex ipſo Orien-

Oriente nonnullos advectos eſſe Codices, amor & ardor crevit, hunc publicè in Orientem, commendandi animum, tanto Viro digniſſimum. Quæ quidem cauſa prægnans ſatis eſſe poterat, cur primitias Muſarum Heidelbergenſium, in ipſo maximè Oriente, ex ſcriptis plerumque ἀνεκδότοις, decerptas, illius nomini, de cujus mihi in has literas amore adeò luculenter, in ipſo ſtatim novæ Provinciæ veſtibulo, conſtitiſſet, & de quo benevolas aures facilius mihi polliceri poteram, deſtinatas vellem atque dedicatas. Sed & aliæ accedunt. Ipſa libri occaſio aurem mihi vellicavit, ut, cùm longo retrò uſu receptum eſſet, ſcriptis quærere Mœcenatem, Te potiſſimum allegerem atque aſciſcerem. Oblata nempe ſcribendi per Suecos nonnullos, Viros doctiſſimos, &

tum

tum Heidelbergæ, tum antehac Tiguri, vel inſtitutione privata, vel domeſtica etiam converſatione familiares, materia: Ad illos ergò, quorum precibus operam hanc libenter addixi, quo eadem commodius parario redeat, quàm Te ipſo? Non jam vel Generoſa Tua fert indoles, vel tenuitas etiam mea χαμαιρεπὴς permittit, ut in ampliſſimum laudum Tuarum excurram campum, aut Nominis Familiæque Tuæ merita deprædicem. Auguſtioribus has relinquam partes teſtibus. Ea enim nec ſolum Palatinum, nec ſubſellia noſtra Academica, nec reſtaurati denique Collegii Sapientiæ, quod magnis paſſibus ad priſtinam paulatim graſſatur gloriam, limina, negabunt. Adeò enim non excidit magna Magni parentis in Collegium noſtrum liberalitas, ut lapides etiam & publica monumenta ab obli-

** vione,

vione ; quod ignorare nemo poteſt, qui vel limis Collegii aſpexerit ingrſſum ; eam ſint vindicatura. Addere poſſem , magna me nuper ſolicitudide abs Te liberatum in cauſa , quæ Clariſſimo & Celeberrimo Affini Tuo, D. *Tobiæ Andreæ* , Profeſſori Groningano , amico haud vulgari , obſcura eſſe non poteſt. Neque verò ; quæ cum Nobiliſſimis Fratribus. D. *Emmanuele* & *Benjamino* , & illo tum Tiguri , in patria mea , tum etiam ; & qudem, ipſa , illa , die , qua hanc concepi προςφώνησιν , Heidelbergæ ; amica interceſſit converſatio; dubitare me ſinit, gratum eſſe , quicquid ab illis ſive locis , proficiſcitur , ſive pectoribus , in quibus magnum , maximo Tuo merito , nominis Tui pretium eſt, atque æſtimium. Sed deſino rationibus id ſtabilire prolixè , quod ipſâ experientiâ & quotidiani uſus praxi ſuſtentatur.

Deum

Deum ſupplex veneror, ut Te Illuſtris Familiæ, cujus memoria in perpetua erit benedictione, columen, diu ſuperſtitem velit: quod ut omnium bonorum, ita illius cumprimis votum eſt ardentiſſimum, qui quamdiu ſupereſt, conſtantiſſimo deſiderio manebit.

Dabam Heidelbergæ, in Collegio Sapientiæ. d. 12. Novemb. 1657.

Nobiliſſimi & Ampliſſ. Nominis Tui

Serius Cultor

IOH. HENRICUS HOTTINGERUS.

Digitized by Google

ברית קדם

Sive

SMEGMATIS ORIENTALIS,

LIBERI.

Caput I.

De occaſione hujus Scripti.

PRodigi nimis & hyperbolici Scholarum Hillelis & Schammai encomiaſtæ ſunt Talmudiſtæ, fabularum γραωδῶν conſarcinatores impudentiſſimi. Et de *Hillele* quidem, (Phariſæorum Coryphæo inſigni, Herodis & Auguſti Cæſaris συγχρόνου) referunt, quòd, præter cæteros, octoginta habuerit diſcipulos, ex quibus triginta digni æſtimarentur Majeſtatis divinæ præſentiâ, inſtar Moſis. Alios triginta dignos fuiſſe, quorum cauſa ſubſiſteret Sol, exemplo Iehoſuæ filii Nun. Viginti mediocres fuiſſe. Maximus omnium, Iudæorum judicio, erat Ionathan Uzielides, Paraphraſtes Chaldæus, minimus R. Iochanan, Zachæi filius. De illo tradunt, quòd, quo tempore Legi operam daret, omnes aves ſupra caput volantes, momento exuſtæ ſint. *Huic* verò tam exactam rerum Iudaicarum tribuunt notitiam, ut nihil ipſum eorum, quæ Lege, Talmude, Traditionibus, ritibus, ſubtilitatibus Scribarum continentur, fugerit. R. Aquibam, quem פתום תארה *Canonicum, Authenticum*, quòd ſententiis illius Pythagoricum αὐτὸς ἔφα conveniret appel-

lant, 24000. diſcipulorum Præceptorem commemorari, alibi indicavimus. Ita οἱ χαριτογλωττοῦντες Iudæi de ſuis Magiſtris, quibus ſolenne fidem ferè ubique ſuam hyperbolis reddere ſuſpectam. Nobis ſatis eſt, unum ſubinde, atque alterum ex Schola noſtra prodire, qui ſit, gaudium & Corona noſtra, *Phil.* 4. v. 1. Corona de qua glorier, gloria noſtra & gaudium, 1. *Theſſ.* 2. 19. 20. Quique in earum etiam Linguarum ſtudium, quibus in Miniſterio Sacro vix facilius caremus, quàm miles armis, Faber Inſtrumentis, tanta incumbunt ſolertia, ut ſuo, meritò, exemplo alios etiam ad idem audendum provocare queant. Ex quorum quidem numero hac occaſione ſiſtimus Virum ornatiſſimum, D. *Jordanum Edenium*, Suecum, qui cum ſuperiori anno ex Italia reverſus pedem ad tempus Tiguri fixiſſet, literiſque Orientalibus haud infelicem operam, ad diſceſſum uſque meum in Palatinatum, impendiſſet, cætera, quæ & ipſe, & alii ad ocyorem capeſſendum curſum deſiderabant, Epiſtolâ eruditâ complexus eſt, ſpe firmâ fretus, fore, ut cum tempore & otio, ſcrupulis illis tollendis pro virili invigilarem. Non poteram doctiſſimi viri deeſſe deſideriis, præſertim cùm viderem, *Clariſſimo D.D. Odhelio*, domeſtico itidem antehac meo, opellam meam adeo non diſplicuiſſe, ut etiam Excellentiſſimus Vir, D. *Joh. Elai Terſerus*, Theol. D. & Profeſſor in Regia Upſalienſi humaniſſimis nuper literis eo me nomine compellârit. His excitatus calcaribus cogitare cœpi de *Smegmate Orientali*, h. e. Tractatu, quó Linguarum Orientalium, Hebraicæ cumprimis & Arabicæ fatum exponerem, variáſque mutationes, contemtores, cultores, Methodum, ſupellectilem & ſi quæ ſunt alia, hiſce affinia, quæ diligentiùs expenſa, & barbariem abſtergunt, & ſi non nitorem amorem ſaltem ſtudiis iſtis conciliant, in apricum proferrem. Ornatiſſimi Viri, D. *Edenii* poſtulata ita habent;

Vir

Vir admodum reverende & Clariſſime,

QVod ſuperioribus ſeculis Literarum ſtudia, vel neglecta prorſus fuerint, vel certè minus feliciter culta, duo cumprimis effeciſſe mihi videntur; pretium earundem haud rectè æſtimatum, & via, partim incerta, partim nimium difficilis, qua ad eruditionis metam hominibus iſtis erat incedendum. Atque priùs quidem illud malum non tam frequentior armorum uſus pepererat, atque toto mundo ſæviens Martis crudelitas; quàm deteſtanda illorum, qui ſacra pariter & profana ſui juris fecerant, ſocordia atque ambitio, quæ major haud dubiè orbis calamitas cenſeri debet. Cùm enim illi non modo rudes ipſi plerumque fuerint, ſed & dominationi ſuæ tantò meliùs cautum viderint, quantò craſſior hominum mentes occuparet cæcitas, haud mirum eſt, literas tum ſenſim contemni cæptas, atque adeò paucos fuiſſe, qui ad illas animum appulerint. Sed & iſti, quibus de meliori luto præcordia erant, huc converſi nullum invenire potuerunt idoneum ducem; unde quidam in ipſo ſtatim limine ſubſtitere, quidam majora auſi; poſt longas moleſtias nihil minus, quam quod quæſiverant, ſunt aſſecuti. Vt enim ad ſummam miſeriam nihil amplius deeſſet; Scholas ſimul faſtus & adulatio invaſerant, quibus factum eſt, quod veri ſapientiæ fontes primùm neglecti fuerint, mox ſpreti, tandem quod malorum caput erat, ſeverè prohibiti: contrà autem ſomnia, fabulæ, & quidquid tandem futilium diſputationum, quod vel ad oſtentandas ingenii vires, vel ſuperſtitionem confirmandam pertineret, tanquam divina oracula diſcentibus obtruſa. Tandem quoque eò horum numerus excrevit, ut omnibus iſtis evolvendis modici vitæ humanæ termini non amplius ſufficerent. Cum itaque per tot avia miſeris illis oberrandum eſſet, atque pauciſſimi demum invenirentur, qui poſt conſumptam in Scholis potiſſimam ætatis partem, vitæ, propter quam Scholæ inventæ ſunt, aliquod emolumentum conferre poſſent, mirari nemo debet, cur à literis tum plerique abhorruerint. Sed malo tandem huic, orbem latè vaſtanti, Deus immenſo beneficio commodum adhibuit remedium, Viris magnis paſſim excitatis; quorum operâ barbara iſta tyrannis feliciter profligata eſt, & literæ, atque adeo

neglectum diu veræ Sapientiæ ſtudium, in Scholas iterum atque Eccleſiam poſtliminio reductum. Tum equidem, monſtrato inſigni literarum uſu, & aptiori ad eruditionem patefacta via, iſtam priorum temporum deſperationem tanta ſubito ſecuta eſt alacritas, ut ſummi pariter & infimi potiſſimum decus in hoc ſtudio quærendum judicaverint. Inter varias vero haſce reliquarum diſciplinarum vices, duriorem longe ſortem expertæ ſunt Orientales Linguæ, utpote quarum ſtudium uſque ad noſtra pœne tempora, è Chriſtianorum Scholis vel exulavit prorſus, vel ab oppido paucis ſuſceptum eſt. Conſtat quidem primis ſurgentis Eccleſiæ ſeculis ſcientias potiores, Græcaque & Latina lingua aſſidua ſatis ſtudia in præcipuis mundi partibus floruiſſe, verum in tanto Doctiſſimorum Virorum numero, quos tempora iſta viderant, vix ultra duos invenimus Eccleſiæ Doctores, mediocri Hebrææ linguæ notitia imbutos. Multum ſanè profuerunt Eccleſiæ etiam illi, qui ſolis Græcæ Latinæque linguæ ſubſidiis fuerant inſtructi, quo etiam nomine plurima eis debet poſteritas; at ſi his reliqua quoque Orientalium acceſſiſſent, quantò plura majoraque fuiſſent præſtituri? Quoties enim in multis hærere coguntur, unde iſtorum adminiculo facilime ſe expediviſſent? Verum quanta exinde damna ceperit res Chriſtianorum, quod neglectis fontibus, nimia verſionibus habita ſit fides, etiam præſentia tempora triſte nobis exhibent documentum. Fuiſſe equidem non paucos video, qui olim mali hujus magnitudinem agnoverint, ſeriòque deplorarint, ſed tamen de adhibendo remedio pauci deprehenduntur fuiſſe ſolliciti. Totum igitur illud, quantum quantum eſt, clementiæ divinæ debetur, quod ſuperiore ſeculo, hi Orientis Theſauri in orbem noſtrum fuerint invecti. Atque ex eo tempore non defuere præclara ingenia, à quibus ſtudia iſta & ſuſcepta ſunt ſatis cupidè, & incredibili Eccleſiæ bono feliciter exculta. Eo enim res perducta eſt, ut mirari ſanè cogantur non Judæi modo, qui diſperſi inter nos habitant; ſed & Orientis Populi longo terrarum ſpatio diviſi, nihil apud ipſos tam eſſe reconditum, quod non pervium ſibi fecerint noſtrorum non pauci. Verumtamen, ſicut in aliis rebus nihil inchoatum, & ſimul omni ex parte perfectum habere poteſt mundus; Ita hac quoque ſtudia, inter me-

morabi-

morabiles iſtos progreſſus, nondum plenam conſecuta videntur maturitatem. Contigit idem reliquis artibus atque ſcientiis, in quibus etiamſi longiori tempore multo plures, melioribus inſtructi ſubſidiis, laboraverint multa tamen adhuc in illis deſiderari curioſa deprehendit poſteritas. Non equidem negaverim tot à viris magnis hîc ſuppeditata eſſe diſcentibus ſubſidia, ut terrere neminem amplius debeat major aliqua difficultas; attamen adhuc obſtare nonnulla video, quo minus in tam vaſto mari omninò facilem ſibi curſum omnes poſſint polliceri. Nemo ſanioris judicii eſt, quin adprimè neceſſariam, Theologo præſertim, judicet, non modo tantam Hebrææ linguæ notitiam, ut textum Sacrum reſolvere, intelligere, atque ſic ex ipſis fontibus ſenſum eruere queat; ſed & aliquam reliquarum Orientalium, quarum inſignis, in locis ſcripturæ difficilioribus, uſus vel mediocriter doctis ſatis eſt manifeſtus. Hec fere meta illa eſt, ad quam plerique curſum ſiſtunt, paucis admodum ad reliqua Judæorum Arabumque ſcripta progredi audentibus. Atque iſti quidem Judæorum Commentarii, cùm adeò ſint, non prolixi modo; ſed & varietate ſtyli perquam difficiles, & quod caput eſt, fabulis atque inanibus ſæpè ſomniantium deliriis referti, non ſine cauſa à ſui lectione animos eorum deterrent, qui operam iſtam tempuſque aliis, magis neceſſariis, rectius impendi arbitrantur. Conſtat quidem non pauca interdum ex illis ſaniora erui, quæ in noſtros uſus poſſint converti; verùm & rarius illa occurrunt, & vix tanti facienda videntur, ut propter ea ſuſcipi debeant tantæ moleſtiæ, cum, quæ vel ad fidem noſtram confirmandam, vel ad convincendos adverſarios pertinent, ex verbo Dei atque ſanioribus longè Chriſtianorum ſcriptis, abundè poſſint haberi. Non itaque deſunt Theologi graves, qui in Linguarum Orientalium Studiis operam omnino dividendam eſſe cenſent, ita ut prolixior iſta commentariorum aliorumque Scriptorum lectio Philologis relinquatur, quorum ſtudio pleraque, quæ uſum aliquem habere poſſunt, quotidie pæne eruuntur; reliqua curet Theologus, ne animus unius, ad plura ſimul diſtractus, omnes tandem ſuos fœtus edat minus perfectos. Arabum vero ſcripta quod concernit, quantò illa recentius in noſtrum hunc orbem introducta ſunt; tantò minus vulgò

Digitized by Google

hucuſque innotuerunt, quo fit, ut de illis pauci adeo ſint ſolliciti. De uſu eorum dubitare facilè non poteſt, qui populi iſtius ortum, mores, geſta denique vel mediocriter novit. Si enim Græcos Romanóſque ob antiquam originem, ſecutos ex parvis initiis magnos progreſſus, conſilia, artes, res domi foriſque geſtas tantoperè admiramur, quo loco habendi erunt Arabes, qui omnibus hiſce, vel pares illis exiſtunt, vel ſuperiores? Nec Literarum gloria eos reliquis ceſſiſſe, magno conſenſu plurium ſeculorum hiſtoriæ teſtantur, ut nihil penè lectionem Græcorum Latinorumque ſcriptorum nobis commendare poſſit, quod non eodem ſibi jure vendicent libri Arabum. Sed nec id dubium eſſe poteſt, ſuum inde uſum habere Eccleſiam. Floruit enim continua millium aliquot annorum ſerie, ut populus ipſe, ita quoque illius lingua, nullis captivitatibus, nulla aliarum gentium Linguarumque commixtione corrupta; ideoque quod in Hebræa ejus matre calamitates iſtæ vel mutilum, vel obſcurum reddiderant, vix niſi ex hac integra ſuppleri poteſt atque illuſtrari. Variorum quoque locorum cognitionem, rituumque, quorum in Sacra Scriptura paſſim fit mentio, non aliunde, quam ex Arabum ſcriptis haberi poſſe conſtat. Præterea cum Chriſtianam etiam Religionem tenuerint partim Arabes ipſi, partim alii lingua illorum utentes, atque eorum adhuc extent de ſtatu iſtarum Eccleſiarum in Arabica Lingua conſcripti commentarii; noſtra magnopere intereſt ſcire, quam illæ ſortem expertæ fuerint, quidque de præcipuis religionis capitibus ſenſerint. Si denique aliqua ſpes ſuperſit eos convertendi, quos tenebræ Muhammedica adhuc opprimunt, vix illud alia via, quam frequentiore apud nos linguæ Arabicæ uſu poterit tentari. Sic igitur minimè deeſſe video, quæ uſum hujus linguæ omnibus facile commendent; verum animos plerorumque partim difficultas terret, cui ſuperandæ nec tempus, nec vires ſibi ſufficere arbitrantur, partim obvia minus ſcriptorum Arabicorum ſupellex, vel eadem legendi juſta methodus. Morantur itaque utriuſque hujus ſtudii feliciorem progreſſum eadem omnino, quæ communia olim omnium Literarum impedimenta fuerant; quibus remotis, non dubito faciliora fore omnia, pluresque longe deinceps ſtadium hocce alacri animo ingreſſuros. Quapropter,

Vir

Digitized by Google

Vir Doctiſſime, cum, ut cæteræ Eruditionis, ita hujus imprimis gloriam tibi cum paucis communem feceris, dudumque te totum rei literariæ bono conſecraveris, à te potiſſimùm hanc operam exſpectant omnes iſtarum literarum cupidi. Opera tua, quæ hucuſque edidiſti, abſolutiſſima, nemo eſt, quin grato animo amplexus fuerit, induſtriamque magnopere laudaverit. Hoc denique aſſiduo de literis bene merendi ſtudio conſecutus es, ut non modo ad remotiſſimas orbis partes nominis tui fama penetraverit, ſed & Doctorem te habere celeberrimæ cupiant Academiæ. Præterea cum eximia tua Eruditioni ſingularis quadam facilitas accedat, multi longa itinera ſuſcipere non recuſant, quò te docentem coram audire poſſint. Atque utriusque hujus non teſtem modo nuper in patriam meam remiſiſti M. Ericum Odhelium, ſed &, ut par eſt, ſedulum præconem. Quapropter, cùm ſuaſu atque auxilio Illuſtriſſimi Comitis Magni Gabriel de la Gardie, præcipui literarum Patroni, mihi ſuſcipienda eſſet hæc peregrinatio, te cumprimis adire decrevi, ea in Linguis Orientalibus ope tua tentaturus, cum quibus antea minus feliciter eram luctatus. Nec tandem, poſtquam ratio itineris hujus me voti compotem fecerat, ſpes mea fruſtra fuit, cùm ea me humanitate atque promptitudine exceperis, ut tam benevoli hoſpitis atque ductoris uſum meritò optaverim diuturniorem. Verum accidit præter ſpem utriuſque, ut & mihi opinione citius maturandus fuerit abitus, atque tibi ad ſuſcipiendam in Academiâ Heidelbergenſi profeſſionem eundum. Cum vero coràm ſæpius ſpem mihi haud dubiam feceris; & seriò te cogitaturum de tollendis illis impedimentis, quæ adhuc literas Orientales morantur, atque prima quacunque occaſione aliquid hic conaturum, rogandum te cenſui, ut in iſto propoſito pergas, atque multorum deſiderio quamprimum ſatisfacias. Fiet autem id optimè ſi docueris, primùm quidem, quæ Judæorum ſcripta, quoque ordine potiſſimum legenda cenſeas; tum quid in quolibet ſtudii genere præſtiterint Arabes, quænam eorum opera magis obvia eſſe poſſint, quæque præ cæteris tibi videantur commendanda. Quod ſi præſtiteris, cùm in iſtis linguis abſoluta jam habeantur Lexica, nihil amplius futurum video, quod hinc cujuſquam animum deterreat. Illam verò operam & avidè deſiderare plu-

plurimos ſcio, & grato animo mecum eundem excepturos. Sic tandem potiſsimam progreſſuum ſuorum partem tibi acceptam ferent Orientis Muſæ, quas ſicut in noſtrum Heliconem hucuſque impigrè exciviſti, ita, quantum in te eſt, operam dare debes, ut in eodem firmum illis eſſe poſſit domicilium. Vale.

IORDANUS EDENIUS
Suecus.

Caput II.

Continens confirmationem propoſitæ querelæ de contemtu Linguarum Orientalium.

AGit prima Epiſtolæ pars de Studio Linguarum exulante, ſpreto, & longo temporum tractu in Scholis Chriſtianorum jacente; alterà verò (nam quæ παρέργως adſperguntur; ſuo etiam loco ventilabimus) quærit, quæ Iudæorum ſcripta, quoq; ordine potiſſimum legenda; præcipuè autem, quid in quolibet genere ſtudii præſtiterint Arabes, quænam eorum opera magis obvia eſſe poſſint, quæque præ cæteris videantur commendanda? Utrumque lemma generaliter propoſitum, generali etiam ἀποδείξει confirmabimus, ſpecialem tractationem ſequentibus reſervaturi. De priori, hoc capite. Magnam ſuperioribus ſeculis Linguarum Orientalium fuiſſe ignorantiam, cum odio quodam conjunctam, dubitare nos non ſinunt tum querelæ Majorum noſtrorum, tum etiam anathematiſmi, convitia, ſupplicia illis decreta & deſtinata, qui aliquod purioris hujus Philologiæ πρόγευμα habuerunt.

Digitized by Google

buerunt. Fidem aſſertioni majorem faciet Oratio, quâ ante annum, die 19. Auguſti, Profeſſionem noſtram Heidelbergenſem, de Contemtu Scripturæ Sacræ & Linguarum Orientalium, in Academiis ſuperioris ſeculi, fuimus auſpicati. Eam opportunè hoc loco inſerimus:

Sereniſſime & Celſiſſime

PRINCEPS,

Domine ac Patrone Clementiſſime.

Magnifice D. Rector; Generoſiſſimi Comites: Curiæ Auguſtæ Senatores Spectatiſſimi: Proceres Academiæ Clariſſimi, Conſultiſſimi, Experientiſſimi: Hoſpites omnium Ordinum Reverendi, Nobiliſſimi, Excellentiſſimi: Tuque florentiſſima Academiæ Heidelbergenſis corona.

PRodigioſa & tenebricoſa Cimmeriorum obſcuritas fuit, de qua Cicero, Romuli nepotum eloquentiſſimus, refert, *quòd aſpectum iis Solis, ſive Deus aliquis, ſive natura ademerit, ſive ejus loci, quem incolebant, ſitus:* Unde & *Naſo* ingenioſiſſimus ille Metamorphoſeon ſcriptor:

Et propè Cimmerios longo ſpelunca receſſu,
Mons cavus ignavi domus & penetralia ſomni,
Quo nunquam radiis Oriens, mediuſve, cadenſve
Phœbus adire poteſt: nebulæ caligine mixtæ
Exhalentur humo, dubiæque crepuſcula lucis.

Palpabiles erant tenebræ Ægyptiacæ, quarum non vanus Poëta, ſed divinus Propheta, Moſes, ſecundo Νομοθεσίας ſuæ libro, ſequentibus mentionem facit verbis: *Extendente Moſe manum ſuam verſus cœlum, extiterunt tenebræ caliginoſæ in terra tota Ægyptiorum tribus diebus: Non videbant alter alterum, neque ſurgebant ullus à loco ſuo tribus diebus.* Graviſsima plaga, quâ an acerbior homini, ad imaginem Dei, contemplationemque totius univerſi condito infligi poſsit, meritò dubites. Nam,

Pronáque cum ſpectent animantia cætera terram,
Os homini ſublime dedit, cœlumque tueri
Juſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.

At, cœlum tueri, vultum ad ſidera tollere rectum σκοτώματα, mortalium oculis offuſa, planè prohibent.

Verùm, quantum anima præſtat corpori; præſtat autem infinitis paraſangis; tantò etiam mentis tenebræ ſunt periculoſiores, cum ipſo quippe ſalutis diſpendio conjunctæ. Hic impune caligare aut cæcutire non licet. In quæ enim illæ præcipitia non Gentiles modò, à civitate Chriſti ἀπηλλοτριωμένους, ſed ipſos etiam ψευδωνύμους Chriſtianos detruſerint & abripuerint, ſuperiorum aliquot ſeculorum flexus & fluxus dubitare nos minimè ſinit. Ne verò incerto & cæco fortunæ ductu obſcuritatem illam Eccleſiæ immiſſam exiſtimaremus, oraculo divino B. Iohannes, ſublimis ille N. T. vates, θεόλογος βροντόφωνος, καὶ βροντόπαις veteribus dictus, munitos nos atque monitos voluit. Ad aperturam ſigilli ſexti, cap. 6. v. 12. *Et ſol factus eſt niger,* inquit, *ut ſaccus cilicinus, & luna tota facta eſt ut ſanguis. Et ſtellæ cœli ceciderunt in terram.* Ad clangorem verò quartæ tubæ, *percuſſa eſt tertia pars ſolis, & tertia pars lunæ, & tertia pars ſtellarum, ita ut obſcuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret pars tertia, & noctis ſimiliter,* cap. 8. v. 12. Leberide certè &

tè & Tireſia cæcior ſit, qui S. Iohannem, ſtatum infelicem, quo florentiſsima & caſtiſsima *Virgo* (Eccleſia hoc nomine primo poſt natum Servatorem ſeculo venit) nitorem ſuum paulatim amiſit; vivis depingere coloribus, tanquam ignarus & ignavus Davus vel neſciat, vel neſcire velit. Quanquam verò omnia penè ſphæræ Eccleſiaſticæ luminaria, maxima, medioxyma, minima, Eclipſin paſſa ſint ingentem; illa tamen lux, quæ mentis caliginem diſcutit, voluntatis rebellionem reprimit, affectuum *ἀταξίαν* corrigit, verbum Dei, Scripturam Sacram intelligo, diram præ aliis & duram aliquot retro ſeculis experta eſt ſortem. Lux pedum noſtrorum ſubter modio poſita erat. Lux, cujus uſum Chriſtianis omnibus, Doctoribus præſertim & Antiſtitibus, Divus Petrus, *ὡς φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ* ſeriò commendavit, hominum malitia, perverſitate, & impio dominandi ſtudio vel extincta paulatim & Eccleſiæ pomæriis cum dedecore ejecta, Chriſtianorumque adeò mentibus & manibus excuſſa, vel ineptiſsimis *παρερμηνείαις*, futiliſsimis gloſſematis, putidiſsimis paralogiſmis, turpiter defædata fuit.

Atque hoc ulcus tangere; peſtem hanc, ex veterum monumentis diſtinctiùs paulò eruere, & pietatis eſt, & officii. *Pietatis* quidem, ut ſuperiorum ſeculorum funeſtorum, eheu! & calamitoſorum recordatione in nos deſcendamus, Numini cœleſti pro Luminis ſui gratioſiſsima reſtitutione gratias, ex imis pectoris noſtri penetralibus agamus, majori cum cura & reverentia *τὸ τῶν ψυχῶν ἰατρεῖον* tractemus, deque eodem ad ſeros propagando nepotes ſoliciti ſimus.

Officii verò noſtri eſt, ſanctos manes, piorum & fortiſsimorum Majorum noſtrorum, qui repudium tandem quiſquiliis Pontificiis heroico niſu & auſu miſerunt, à

calumniis, quaſi ſolius novitatis pruritu, & vanæ glorioſæ καρκαρισμῷ elati, Sacra ſua mutâſſent, purgare. *Officii* noſtri eſt, *Sanctuarium Domini* (ſic enim ipſi etiam apellæ V. T. Pandectas religioſè nuncupant) à rabidis illis Moloſsis defendere, & contra omnes profanorum & ſcepticorum inſultus maſculè vindicare.

Inprimis, cùm authoritate & juſſu Sereniſſimi & Celſiſſimi Principis, *D. D.* CAROLI LUDOVICI, *Principis Palatini, Ducis Bavariæ, S. R. I. Electoris & Architheſaurarii, &c.* Domini noſtri Clementiſsimi, Officii poſthac noſtri futurum ſit, Literas V. T. Sacras ex Linguis Orientalibus & Originalibus in Alma hac Academia proponere, explicare, & ad uſum Eccleſiaſticum accommodare; non me extra oleas vagaturum confido, ſi prævia & brevi hac oratiuncula commoda noſtra, bona noſtra, felicitatem noſtram, ex ſuperioris ſeculi incommodis & malis metiri vobiſcum nitar & enitar. Potuiſſem fortè in tam ampla ſegete meam aliò mittere falcem, &, vel de virtutibus Theologicis, vel Theologiæ Pontificiæ hodiernæ vitiis, vel de Linguarum Orientalium in Theologico foro uſu, vel de triplici reſerandæ Scripturæ Sacræ clave, Linguis, Philoſophia, & Hiſtoria; in auguſtiſſimo hoc loco nonnihil diſſerere: placuit tamen, hac vice, tenebrarum denſitate, ignorantiæque caligine, ardens lucis in nobis deſiderium excitare. Liceat igitur; Auditores omnium Ordinum honoratiſſimi; bona veſtra cum venia, ſolum Academicum eruderare & inſpi-

cere penitius, *quàm non modò contemta atque abjecta olim in Academiis jacuerit Scriptura Sacra; ſed etiam cur expoſitiones ejuſdem, jejunæ, ut plurimum fuerint, inſulſæ & inſipidæ.* De vobis, etſi pro ſolita veſtra humanitate, & patulas benevolaſque aures, & attentos animos, & benignum aſſenſum, prolixè mihi pollicear, eadem tamen, quia rogandi mos, ita rogo, ut majore ſtudio non poſſim.

Sed ipſam miſſis ambagibus rei arcem invadamus. Qui ſtatum Reformationi proximè vicinum exactiori expendunt trutina, deprehendent facilè, *Academiarum, Monaſteriorum, Eccleſiæ, Politiæ, & Oeconomiæ* faciem cadaveroſam valde fuiſſe, triſtem & ſqualidam. Quid enim? Annon *Academias* paulatim corrupit bonarum literarum ignorantia, Philoſophiæ ſobriæ tædium, Linguarum odium, Theologiæ hiſpida & horrida tractatio, Medicinæ & Iuriſprudentiæ in ſordidum pecuniæ aucupium detorſio. *Monaſteria* ex Muſarum domiciliis, pietatis Phrontiſteriis, honeſtatis Gymnaſiis in carceres horrendos, impietatis omnis ergaſteria ac improbitatis deteſtandas cloacas fuerunt converſa. Sed & *Eccleſiam* in ceremoniis vexavit ἐθελοπερισσοθρησκεία & Magia, in cultu Idolatria, in dogmatibus Apoſtaſia & blaſphemia, in vocatione Eccleſiaſtica Simonia & fraus, in regimine tyrannis, in præconio verbi hiſtrionica profanatio, in reliqua officii functione αἰσχροκέρδεια & negligentia: in clero ignorantia, faſtus, ſimultatum, & plura habendi beneficia ſtudium, ſummaque in ipſa vita licentia. *Reipublicæ* porrò, per Papæ, cæterorumque Epiſcoporum Tyrannicam Hierarchiam ſua periit libertas, qua factum, ut & civilis obſequii jugum excuterent, & anathematiſmorum fulmina prodigè nimis in contrahiſcentes vibrarent. *Oeconomiæ* tandem Monaſticos hæredipetarum ordo iniquus valde fuit

& moleſtus : Mutuam is parentum & liberorum *στοργὴν* ſuſtulit, facultates alienas in ſuos uſus, imò Epicuræos abuſus & Sybariticas menſas convertit, multisque adeò familiis domi forisque præclaris, præſentiſſimam ruinam attulit. Hæ deliciæ fuerunt; quibus majorum noſtrorum ſtomachus ægrè aſſueverat. Quis non tot hic agnoſcit verbera, vulnera, livores & vibices, Eccleſiæ inflictas & impactas, quot legit verba? Et tamen ſubinde *οἱ ἐξ ἐναντίας*, quâ ſunt audaciâ, quærere protervè ſolent, ecquænam furiæ Majores noſtros agitârint, ut Romanam Eccleſiam ſua ſibi habere juberent? Si non ſatis ſit, tantam lernam tantamque malorum ſcelerum & ſentinam quibus Eccleſia preſſa fuit, & tantùm non oppreſſa, indicâſſe, blaſphemum addite *Bibliorum Sacrorum contemtum.* Fidem, profectò, penè ſuperet, Eccleſiarum Antiſtites, Pontifices, Epiſcopos, Doctores adeò veternoſos fuiſſe, & officii immemores, ut pretioſiſſimum Scripturæ theſaurum, ejuſdemque, tum ex Originali contextu interpretationem, tum etiam popularem, Methodicam tamen, explicationem, non ex Templorum tantum ſuggeſtis, ſed Academiarum etiam pulpitis, tanquam malè de religione meritum proſcripſerint, & exilio mulctârint. *Illi*, qui, Phariſaico typho inflati, ſcientiæ clavem ſibi tribuebant, ita à verbo Dei, quod ſolum veræ ſcientiæ Myſteria pandit, abhorreant? *Illi*, qui, Sapientiæ titulis turgidi, omnes præ ſe contemnebant, *τὴν γραφὴν θεόπνευστον*, quæ una eos poterat *σοφίσαι πρὸς σωτηρίαν*, nauſeent & faſtidiant?

Illi, qui ſuperciliosè ſe *στῦλον καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας* jactabant, adeò ſomnolenti ſint & væcordes, ut per illos ſi ſtetiſſet, pridem *πολυτελεστάτου κειμηλίου* naufragium paſſi eſſemus? Vobis enim, ô chara capita, oſcitantiæ veſtræ, deſidiæ veſtræ, ſtupori veſtro Iliadem hanc malorum debemus.

mus. Neque verò ignavæ Monachorum inertiæ omnia, περιέργως etiam Scholaſticorum ſolertiæ accepta multa ferimus, quæ, ut Scripturæ, ſuis deliriis nunquam amicæ, ἄσπονδον indiceret bellum, Tyrones & auctoratos ſuos ita occupavit, ut nihil planè commercii illis cum Sacro contextu habere licuerit. Quod, quibus artibus & ſtrategematibus Pontifex tandem obtinuerit, ſuccinctè & diſtinctè in apricum proferemus.

Poſtquam undecimo, à ſalutari & miraculoſa παρθενοτοκίᾳ, ſeculo, Præſul Romanus inſanam ſedis Monarchicæ ſubſtructionem ad finem, feliciter dicam, an infeliciter? perduxiſſet, fulcra mox ſolicitè quæſivit quibus Hildebrandinum ædificium à carie & ruina tutiſſimè conſervaret. Nihil hic ſubſidii ab Apoſtolis aut Apoſtolicis ſcriptis expectare poterat, quæ non κυριεύειν, ſed ποιμαίνειν ſeriò jubent omnes, qui ſuam Eccleſiæ ſemel addixerunt operam. Alia igitur excutienda erat quercus, & tum ingratiſſimis *Gratiani* Canonibus pectora hominum arietanda, tum etiam Novæ Theologiæ ſucco, eoque ſuperſtitioſo, imbuenda. Cujus quidem σοφῦ φαρμάκυ author erat *Petrus Lombardus*, Pariſinus Epiſcopus, Anno Chriſti 1160. ſalutatus, qui, cum ſyſtema ſuum Theologicum, quatuor abſolutum libris, ex Patrum ſcriptis compilâſſet, initio quidem contradicentes illi non defuerunt, poſtea tamen ab *Innocentio III.* in Lateranenſi Concilio, pro ὑποτυπώσει Theologiæ Chriſtianæ receptum & approbatum fuit. Habuit hoc primus Theologiæ Scholaſticæ fœtus laudis, quòd Ariſtoteli nullum in ſcriptis ſuis *Lombardus* dederit locum, eo verò infeliciſſimus abortus, quòd pari authoritatis paſſu & Scriptura & Patres per unum hunc dictatorem ambularent. Theologia hæc Methodi compendio commendata, ita paulatim ſe inſinuavit, ut, curâ de lectione & explica-

explicatione Scripturæ,abjectâ, Doctores, devota Pontificis mancipia, enodandis & enucleandis Lombardi libris totam impenderint vitam, omnemque operam. Quemadmodum verò, Philoſopho teſte, uno dato abſurdo, cætera ſequuntur; ita & Scripturæ authoritate impiè proſtrata & conculcata, Patribuſque illi ſuccenturiatis,via ingeniis luxuriantibus ſtrata fuit ad Philoſophos gentiles, ſolenni quaſi ἀποθεώσει, introducendos, & in Eccleſiæ ſolium intrudendos. Unde factum, ut ab Anno Chriſti 1220. præeunte *Alberto*, magno quidem, ſed non ſemper defæcato ingenio,ſcripta Ariſtotelis cum triumpho in Eccleſiam inveherentur. Hinc Biblia,cœleſtis ille cibus,ſordere magis, ſterquilinia verò Paganiſmi, ſubtilitatis fuco illita,ſapere & placere cœperunt. Digna labra lactucis! Temeraria hæc, & procax Scholaſticorum ætas, ad ſeculum 14. uſque ita fuit graſſata, ut nihil poſteritati reliquiſſe videretur faſtus, ſupercilii, aut impudentiæ. Sed eheu! Luſus tantum fuerunt & jocus, præludia hæc,ſi cum Saturniis lemis ſequiorum illa temporum conferantur. Adeò enim inſoleſcere miſera illa gloriæ animalcula,ſuoſque aptare lacertos perrexerunt,ut tanquam effræni & efferati θεομάχοι ipſi in cœlis Deo bellum indixerint. Quæ religioſè & magna animi devotione mirari nos ſummus rerum Arbiter voluit,ea ruſpari & curioſè rimari homines audaciſſimè tentârunt. Si quæ Prædeceſſorum adhuc frons fuit, ſi quæ modeſtiæ mica illa jam periit,& in Scholis eſſe deſiit. Licuit antea adhuc ἐπέχειν, καὶ ἀμφοτερίζειν: Iam ſtipites ſunt & trunci, quibus in deciſionibus quæſtionum aqua hæret. Et ut omnis ingenii exercendi ſpes poſteritati præcideretur, nodos,quos ſolvere nequeunt, ſecant. Affligit hæc fundi Theologici calamitas Eccleſiam ad ipſa Reformationis tempora; quibus non toleranda ampliùs Theologiæ

Digitized by Google

logiæ ſtudioſorum querela fuit, *Ariſtotelem, Platonem, Lombardum, Scotum, Bonaventuram, cæteroſque Scholaſticorum Patriarchas utramque paginam ita arctè feciſſe, ut dulciſſimum nomen Jeſu vix ſemel atque iterum Profeſſoribus exciderit. Os eorum, quod Euangelio ſacrum eſſe debuiſſet, Ariſtotelem tantum & Averroëm crepuiſſe.*

En tibicines! en proceres! quibus Eccleſia Romana ſuffulta fuit & ſuſtentata. Ne verò unquam gnathones Curiæ deeſſent & Cinerarii blandiloqui, nullum Pontifex lapidem reliquit immotum. Quem illicibus & χρυσέοις βέλεσι expugnare non poterat: ferreis illum adortus fuit. Fecit & effecit, ut ſola hæc & farinam conferrent ſtudia, & lauream. Si qui fortè generoſiores (raræ tamen hi aves erant) in Bibliorum lectione & meditatione felices progreſſus feciſſent, obſcuro Baccalaureorum titulo notari eos ſatis erat; cæteri verò, qui in Scholaſtico pulvere gemmas quærebant, Doctorum axiomate ſuperbientes, omnium animos & oculos in ſe converterunt. O cæca pectora! ô humidam noctem! Ergone Theologia Scholaſtica, rixatrix, dubia, loquuteleja, vana, indocta, alimentum ſit honorum? Ita Romæ placet. Et cur non placeat, cùm id tandem Præſul Orbis (urbis dicere volebam) ſophiſtica hac conſecutus ſit, ut ferè nihil in Ceremoniis Iudaicis reperiatur nitidum, nihil in Gentilitia ſuperſtitione floridum, nihil in Muhammedica impietate ſplendidum, nihil in veterum Hæreticorum ſcrutis coruſcum, cujus patrocinium Scholaſticorum temeritas non ſuſceperit? Atque hinc Scripturæ ignominioſiſſimus ὀστρακισμός. Fuerunt enim proh pudor! proh nefas! inter illos, quos ſpecioſum cleri nomen jucundè titillavit, qui non majorem, quàm Megarenſium Scripturæ Sacræ geſſerunt curam. *Alii* nunquam eam oculis uſurparunt. *Reperiſſes* (ſcribit Wolphgangus Muſculus in locis communibus) *in Papatu*

Digitized by Google

ante hæc tempora innumeros ſacrificos & Paſtores, quibus ne viſa quidem fuerunt unquam Biblia.

Alii ſerò admodùm, parumq; ſeriò Sacras Literas tractârunt, florem juventutis tricis Scholaſticis, ſenectutis verò fecem ſemicani Scripturæ conſecrantes. *Per diem* (verba ſunt *Henrici Stephani* de quodam Sorbonico Doctore) *ego plus habebam, quàm quinquaginta annos, quod neſciebam quid eſſet N.T.* *Et* GERARDUS LISTRIUS: *Novi permultos Theologos, Doctores, ut vocant, qui ante annum quinquageſimum nondum evolverant omnes Epiſtolas Pauli, ut per familiaritatem mihi fatebantur.* Hæc verò quæ laus, *multos inſignes & præſtantiſſimos Theologos, Biblia vix integra perlegiſſe?* quod *Rod. à Toſſignano* fatetur in Dictionario Paup. *Quale ſpectaculum* (quærit Eraſmus) *Theologum octogenarium nihil aliud ſapere, quàm mera ſophiſmata, & ad extremam uſq; vitam nihil aliud, quàm argutari? Nam hujuſmodi* (pergit idem) *non paucos vidimus olim Lutetiæ, quibus ſi quid depromendum fuiſſet ex Paulo, videbantur ſibi prorſus in alienum mundum tranſlati.*

Talem ſumus habituri Rempublicam, qualem nunc juventutem videmus, veriſſimum effatum eſt. Tales certè Majoribus noſtris præfuerunt Eccleſiæ Miniſtri, quales antea aluit Schola; factioſi, audaces, protervi garruli, (qui aliquo loco erant; de ignavo raſæ catervæ pecore non loquor) & tamen vel nihil, vel pulverem Thomæ, aut Scoti ſubtilem redolebant barbariem. Eòuſque multorum prorupit impudentia, ut Ariſtotelem pro concione explicare (quod quidem Tubingæ eveniſſe Philippus Melanchthon, teſtis omni exceptione major, commemorat) Iohanni, Servatoris Prodromo, conferre, & Canonicæ Scripturæ jacturam Ethica ejuſdem, compenſare non dubitârint. Non obſcura loquor aut ſuſpecta, ſed è trivio, ubi omnium oculis patebant, petita, & fuſius alibi graviſſimorum authorum teſtimonio à nobis confirmata. In-

fecit

fecit hæc lues tum alios multos, tum Italos præſertim, quorum pſoram aſpera ſatis ſtrigili defricuerunt viri magni, & inter ipſos Pontificios κρείττονες ἄλλων, *Guido Fabricius*, *Felix Malleolus*, *Codrus Vrceus*, *Dantes Florentinus*, *Thomas Garzonus*, *Eraſmus* & alii.

Abi jam Papaliſta, & nihil majores Tuos deſignaſſe, quod reprehendi in iis potuerit, aut ad meliorem ſtatum reduci, clama! Abi Scripturarum lucifuga, & Codicem Sacrum ſitu & ſqualore obſitum, priſtino in Academiis reſtituendum nitori inficiare!

Audiviſtis, Auditores honoratiſsimi, quo locó, quo talo res Theologiæ Biblicæ ſuperiori ſeculó ſteterit, & quem honorem degener illa ætas theſauro, quo pretioſorem Eccleſia non poſsidet, habuerit. Videamus nunc breviter, cur vel nihil, vel parum ſolidi, parum ſani & ſobrii ab illis etiam, qui aliqua ſaltem Scripturæ Sacræ curâ tacti, ad expoſitionem ejus vires ſuas contulerunt, expectare poſſimus. Compendio dicam, ἀμύητοι καὶ ἀνίπτοις χερσὶν in Sacra hæc involârunt, Linguarum Orientalium, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & ſobriæ Philoſophiæ ſubſidio deſtituti.

Nam quiſquis Linguarum, Hebraicæ cumprimis, Chaldaicæ & Græcæ arma ex hac palæſtra ſuſtulerit, blennus eſt & fungus. Ea enim demum, tanquam Regiâ viâ, Scripturæ Sacræ ritè exponuntur, fidei controverſiæ ſolide deciduntur, affecti & afflicti hominum animi efficaciter eriguntur, exorbitantes ad æqui & honeſti tramitem compendiosè revocantur, quam Originalis monſtrat textus, cujus dulcedine, ἐνεργείᾳ, & mellifluo dicendi genere mirum quantum Auditorum mulceri poſſunt aures & flecti corda! Quis unquam Eccleſiaſtes, ut ut diſertus, quis Academicus Doctor, Scoto licèt ſubtilior, de mente & ſenſu Spiritus Sancti Hebraicè loquentis erit certus,

niſi eum ex fontibus Hebraicis vel fideliter eruerit ipſe, vel erutum ab aliis propoſuerit? Hic non eſt tutum ἀεροβατεῖν: Non de lana caprina, aut aſini umbra, ſed de ſalute noſtra agitur. Si ludibrium debet temerarius ille thraſo, qui cùm ſe Regis aut Principis jactet interpretem, Linguas tamen, quas tranſvaſandas, officii ratione, in ſe ſuſcepit, ne à limine quidem ſalutavit; in quo illum luto hærere exiſtimemus, qui Scripturæ Sacræ mentem aliis commendat, quam ne eminus quidem aſſequitur ipſe? Hæc tamen contagio ſuperioribus aliquot ſeculis omnes infeſtavit Academias, omnia Templa, omnia Collegia.

Iam verò quis lites, contentiones, anathematiſmos omnes enumeret, qui emergenti Soli Orientalis literaturæ à ſtentoribus illis clauſtralibus, tot calamitatum fabris, parati & decreti erant? Cum otio tantùm & abdomini aliàs inſervirent, alacres ſatis ſe præbuerunt & fervidos, ubi jugulum optimæ cauſæ petitum, & de corio eruditorum luſum fuit.

Teſtis eſt decantata illa Doctiſſimi *Capnionis* Tragœdia, Epiſtolis obſcurorum virorum feſtivè exagitata, & à Sleidano prolixè deſcripta.

Teſtis eſt magnus ille ſuperioris ſeculi Phænix *Roterodamus*, qui omnis maledicentiæ Monaſticæ incus eſſe debuit. Nihil tam acerbum, tam inhumanum, aut à manſuetudine Chriſtiana tam alienum excogites nihil, quod in Eraſmum, ejuſque ſtudia Latina, Græca & Hebræa, ὡς ἐξ ἁμάξης cucullatæ, ut vocabant, ſimplicitatis hyperaſpiſtæ non conjecerint. Moriâ Præſertim, quâ ſtudia & mores Theologorum ſui ſeculi falsè perſtrinxit, crabrones ſic irritavit, ut omni ferè apud mitratos gratiâ exciderit. Teſtis eſt *Johannes Boëſchenſtein*, cui nullibi ſine periculo Linguæ ſanctæ operam dare licuit. Peſſimè tractabatur à Iudæis, quòd eorum diſceret Linguam: neque verò

Chri-

Chriſtiani parcebant, quòd, Hebraiſmi excolendi gratiâ, cum Iudæis viveret. Sed quid exemplis agimus; quin verbo cum *Melchiore Cano*, Theologo Hiſpano, præ cæteris candido, fatemur, *Doctores Scholaſticos annis trecentis integris Græcæ & Hebraicæ Linguarum nullam habuiſſe peritiam.* Quorſum *ναυκισσορεύωμεν*? Cùm *Eſpenſæus*, Sorbonæ Doctor celeberrimus, *Latinis authoribus Græcè nôſſe ſuſpectum fuiſſe, Hebraicè verò planè hæreticum*, publicè ſcripſerit? In laude poſitum erat, eas non attigiſſe linguas, quas poſt Reformationem etiam tanquam hæreſium ſeminaria, & Iudaici fermenti pernicioſas reliquias Cumani illi aſini cane pejus & angue fugerunt. *Ego* (ita *Turrianus* adverſus Sadaelem) *non veni ad autographum Hebraicum, quia nec Hebraicè ſcio, neque hoc loco ſcire Hebraicè opus erat. Contemnere* LXX. *& Hebraicum præferre nihil aliud eſt, quàm aſſentiri Judæis. Hæc Turrianus.* *Et Heresbachius* I. C. citante Taubmanno, *audivi*, inquit, *Monachum in Eccleſia declamantem, qui, nova, inquiebat, jam reperta eſt Lingua, quæ vocatur Græca, ab hac ſedulò cavendum: Hæc enim eſt, quæ parit omnes iſtas hæreſes. Eâ Linguâ proditus liber, in manibus paſſim habetur, & vocatur N. T. Plenus hic liber* (horreo dicere) *rubetis & viperis. Alia etiam oritur Lingua, quam vocant Hebræam, hanc qui diſcunt, efficiuntur Hebræi.* Hæc Tu audis, & ab inhoſpitis illis teſquis aliquid bonæ frugis expectas? citius ex pumice aquam. Quid? quod in odium purpuratorum Eccleſiæ Romanæ Antiſtitum incurrerunt, quotquot animum ad Sacras Linguas appulerant: id verò omnibus illis, quibus alienis oculis videre & auribus audire alienis moleſtum erat, contigiſſe optima fide referunt annales. Quoties, quæſo, magnis illis Heroibus, Reformatoribus noſtris vel nudum contextus Sacri Examen & collatio fraudi fuit? Puduit nempe birretatos & graduatos Magiſtros inſcitiæ inſimulari

à minorum gentium Diis. Puduit à Doctorum ſubtilium ſuggeſtu ad ima Grammaticorum ſubſellia, & humilia Lexicographorum ſerperaſtra redire.

Puduit tot manifeſtorum per orbem ferè Chriſtianum cum triumpho graſſantium convinci errorum.

Quantam hinc ὑποτύπωσις ὑγιαινόντων λόγων acceperit ſtragem, deplorari poteſt, dici vix poteſt.

Primò enim in ipſum contextum authenticum conjecta ſunt σκώμματα μαισωνικὰ, & fœdiſſima convitia. Iudaicus erat, corruptus erat, impiis Harpyarum manibus contaminatus erat pellucidus & integerrimus Hebraicæ Scripturæ fons. Et ut omnem perfricarent frontem, quorum ſemel contra Scripturam Sacram conductus erat calamus, aniles in ſubſidium peſſimæ cauſæ vocârunt fabulas. Certè *Jacobus de Valentia*, Chriſtopolitanus Epiſcopus, ut majorem Iudæorum Codicibus conflaret invidiam, lepidam, cyclopica agitatus væſania, confinxit fabulam, quâ tamen, dum rudioribus perſuadere conatur, *Rabbinos ſacrilegè in corruptionem contextus Hebraici conſpirâſſe*, teſſeram apud ſuos etiam confregit.

His limitibus error non ſtetit, ſed ulterius progreſſus venenatos, lethiferos planè protulit fructus. De alio mox cogitandum erat Inſtrumento authentico, quem honorem cùm Vulgatæ ſuæ, erroribusque propemodum infinitis, ſcatenti & depravatæ detuliſſent verſioni, ἄλογοι, ἀντίλογοι, ἄγραφοι, ἀντίγραφοι inde magno numero natæ ſunt Scripturæ explicationes, quæ, quod Pontificio palato ſaperent, recepta, difficulter poſtea corrigi potuerunt, aut expelli. Eamus in rem præſentem, indeque, quid ſit non obſtare principiis, diſcamus. Πρωτευαγγέλιον, quod Adamus poſt lapſum, ab ipſo Deo in Paradiſo accepit, his Geneſ. 3. cap. exprimitur verbis: ואיבה אשית בינך ובין האשה

האשה ובין זרעך ובין זרעה הוא ישופך ראש ואתה תשופנו עקב
Et ponam inimicitiam inter te, & inter mulierem, & inter ſemen tuum, & ſemen ejus: illud (ſemen, Meſſias nempe) conteret tibi caput. Vaticinium de Servatore Chriſto ipſa Meridiana luce lucidius: Cujus verò vel ἀβλεψία, vel audacia factum ſit, ut pro maſculino *Ipſe*, fœmininum *Ipſa* irrepſerit, cum ignariſſimis juxta ignoro. Hoc interim certum, & extra dubitandi aleam poſitum eſt, in plurimis Latinis & Germanicis Pontificiorum editionibus, enorme hoc mutati contextus ſacrilegium retineri, & à *Bellarmino*, *Caniſio*, *Gretſero*, *Gordono*, *Carbonario*, aliiſque Ποσίτε χερσίτε defendi. Ita ne ergo, ut libidini, & ſemel admiſſo errori blandiamur, debacchari liceat in Codices Hebræos? Repugnat Eccleſia Judaica, Eccleſia Græca, Eccleſia vetuſtiſſima Latina, Eccleſia Arabica, Eccleſia Syriaca, & quæ non? quarum Editiones, Tranſlationes, & Expoſitiones conſtanter Maſculinum הוא exprimunt. Neque verò Pontificii Doctores adeò omnes ſunt γυμνῇ κεφαλῇ, quin *Lindanus*, *Cajetanus*, *Canus*, *Steuchus*, *Pagninus*, *Arias Montanus*, *Feliſius*, *Pererius* & alii, veritati Hebraicæ teſtimonium perhibeant.

Sed quid, inquias, refert, *Ipſe* legas, an *Ipſa*? Imò omnium noſtrâ plurimum intereſt. Ex quo enim hyperbolicus & Apoſtolicæ praxi prorſus ignotus Mariæ, Virginis Sanctiſſimæ & Beatiſſimæ, ſed Virginis, non Deæ; cultus altas jam in hominum ad ſuperſtitionem, laxato frœno ruentium, cordibus egiſſet radices, ne cum ratione inſanire illi viderentur, colores errori quæſiverunt & fucos. Ocurrebat autem inter primos periculoſiſſima hujus loci παρερμηνεία, quæ non demum χθὲς ἢ πρόχθες nata, ipſi pridem *Bernhardo* haud obſcurè incommodavit. Unde poſtea, tanquam ex communi penu, illicita μαριολατρεία alimenta ſua depromſit penè omnia. *Ex falſa loci hujus tra-*

ductione

du ſtione (repeto ingenuam confeſſionem Franciſci Georgii, Minoritæ) *Latini communiter tribuunt hanc victoriam reginæ cœlorum, quæ licet ſublimior ſit quàm dici queat, tamen dabimus victori triumphum hunc, cui ex veritate literæ debetur.* Suarezius immunitatem ἀναμαρτήτου à labe Originali ex eodem loco aſſerit. Libellus ſodalitatis B. V. *triumphum contra omnes hæreſes & hæreticos* indidem extruxit.

Animadvertitis, Auditores Spectatiſſimi, quàm verum ſit illud Hebræorum; *Ne apex quidem eſt in Lege, è quo non magni dependeant montes.* Cui concinit *Chryſoſtomus*, in Geneſ. Hom. 21. οὐδὲ συλλαβὴ, οὐδὲ κεραία μία ἐστὶ κειμένη, παρὰ τῇ γραφῇ, ἣ μὴ πολὺς ἐναπόκειται θησαυρὸς ἐν βάθει: *Neque vel ſyllaba, vel unicus apex in Scriptura eſt; in cujus profundo non ſit grandis aliquis Theſaurus.* Id quod de Originali contextu maximè intelligendum cenſemus. Non ignorare hoc poterant Olympi Papiſtici Atlantes, Societatis patres, qui cùm obſervarent, majorem apud omnes bonos Hebraicorum codicum eſſe authoritatem, quàm quæ contemptu amplius vindicanda, & convitiis conſpuenda eſſet, rationes inierunt omnes, ut tandem aliquando vel una in orbe extaret Editio, quæ corruptelæ faveret. Suis igitur vel minis vel promiſſis effecerunt, (Ieſuitarum enim impietate Anno Chriſti 1572. Antuerpiæ hoc crimen falſi fuiſsè commiſſum Raphelengii ἐῤῥᾳδιώκτου teſtiſque αὐτηκόου aſſèrimus fide,) ut in fraudem Typothetæ conſenſerint, & de mutatione generis maſculini in fœmininum cogitàrint. Sed ἔχει θεὸς ἔκδικον ὄμμα. Miſeri mortales! Legiſtis, neque jota neque apicem de Scriptura periturum, & Sacrilègas ei injicere manus non verecundamini? הִוא pro הוא ponendum erat, & ecce, monſtrum vocis הִוא prodit, quodne obtorto collo ad Grammaticas leges revocari poteſt. Eadem ratio in aliis etiam Scripturæ locis obtinet, in quibus, ut patro-

patrocinium ſuis Pontificii emendicarēt *καινοτομίαις καὶ κενοτομίαις*, Miſſæ, limbo Patrum, confeſſioni auriculari, operum merito, Sanctorum invocationi, imaginum conſecrationi, Conciliorum infallibilitati, gratiæ incertitudini, matrimonio Sacramentali, rivulis turbidis amœniſſimis ſtultè prætulerunt fontibus. Notum eſt Tridentini Concilii de vulgata verſione decretum, quo prodigioſius aut portentoſius nullum cudi potuiſſet; Verſionem, nullo antea Concilio approbatam, vitiis Grammaticis defœdatam, ſenſu mancam & hiulcam, ſexcentiſque aliis incommodis laborantem in ſublimi *αὐθεντίας* throno collocare quid ſit, illi viderint, quorum res agitur. *Inſuper* (ſic patres volunt, jubent, decernunt) *eadem Sacro-Sancta Synodus* ſtatuit & declarat, ut hæc ipſa vetus & vulgata editio in publicis *lectionibus, diſputationibus, prædicationibus & expoſitionibus, pro authentica habeatur, & ut nemo illam rejicere, quovis prætextu, audeat vel præſumat.* Ultimus hic diaboli crepitus, quo & Linguas Orientales, & contextum authenticum regno ſuo penitus Romani Archimyſtæ eliminant, & in ſua vulgata ſuaviter requieſcunt. Verentur nempe, ut cum *Eraſmo* loquar, *ne, cùm perperam divinas citant literas, id quod ſæpenumero faciunt, Græcæ aut Hebraicæ veritatis authoritas in os jaciatur, & mox appareat, eſſe ſomnum, quod, velut oraculum, adducebatur.* Quanquam verò glebæ Pontificiæ adſcriptitii à decreti litera, quæ clara ſatis eſt, contra quàm in reliquis fieri ſolet Canonibus, ubi cothurnis utrique pedi aptis, & flexiloquis luditur ænigmatibus, ne latum quidem recedunt unguem, Editionémque Latinam non modò in rebus fidei & morum, ſed & in cæteris omnibus errore carere cum *Azorio* contendunt, plerique tamen alii, indignitate decreti valde exacerbati, varia *χρησφύγετα*, & ſophiſticas diſtinctiones comminiſcuntur, ut ne dogmati

gmati tam apertè mendaci & abſurdo ſuam commodare Linguam cogantur. Hinc de unico hoc decreto tot ferè circumferuntur ſententiæ, quot ſunt ſive mitræ, ſive cuculli, ſive capita raſa. *Alii* enim infallibilitatem ejus & immunitatem ab errore, ad fidem tantùm referunt & mores. *Alii* hiſtoriarum quoque veritatem adjiciunt. *Alii* de variis Editionibus Latinis, non de ipſis fontibus in Concilio ſermonem fuiſſe ajunt. *Alii* non quidem negant, ad fontes Hebræos & Græcos, ex hoc Synodi decreto, eſſe recurrendum; Inficiantur autem, illimes nunc fluere & limpidos. Noluiſſe Tridentinam Synodum ullius hic officere libertati, aut quenquam à fontium examine coërcere, ſupervacaneum tamen eſſe conſulere velle fontes, quos Iudæorum pridem infecerit malitia. Nempe, ſimiles ſunt Saracenis, qui quidem ſcripta Apoſtolorum & Prophetarum reverenter excipienda eſſe dicunt & docent: At nunquam dabunt quicquam eorum intemeratâ fide ad noſtras deveniſſe manus. *Alii* hanc Synodo affingunt mentem, quaſi eadem utrique Editioni, originariæ & vulgatæ decreta fuiſſet authoritas. *Bailius* Ieſuita duas juxta Canonem Tridentinum approbat verſiones, veterem vulgatam, & novam Hieronymianam, quarum neutra integra amplius reperitur. *Morinus*, ut vertumnus eſt inconſtans, authenticas V. T. Tabulas oſtendit, modò in Editione Græca LXX. virali modò vulgata Latina, modò Codice Samaritanô. Adeò nutant & fluctuant adverſariorum animi in hac una controverſia, cujus deciſionem fruſtra hactenus Partes litigantes à Iudice ſuo exſpectârunt.

Sed ſatis de exilio Sacrarum Literarum, Linguarumque Orientalium verba feciſſe videor. Quod reſtat, Deo Ter. Opt. Maximo ſupplici voto & voce gratias,

quas

Digitized by Google

quas mentes noſtræ capiunt, agamus maximas, tum pro infinitis beneficiis aliis, tum verò & imprimis quòd clementiſſimè noſtrî miſertus, hæc nobis halcyonia, ſanctáque otia fecerit, & fulgentiſſimum verbi ſui lumen Templis, Academiis, familiis noſtris, diu ſatis ſublatum, paternè reddiderit.

Gratias agamus Sereniſſimo Principi & Electori, Domino noſtro Clementiſſimo, quòd, quæ ejus pro reparanda domo Dei cura eſt, non modò Literis ſacris, ſed etiam Orientalibus Linguis pretium ſuum, locumque in inclyta hac, & perquàm vetuſta Academia reſtituerit.

Nos, *Auditores Spectatiſſimi*, inſignia hæc Dei Ter Optimi Maximi munera, dignamque tanto Principe liberalitatem grata mente amplectamur, ſtudia ſacra alacri animo proſequamur; & de Academiæ hujus vigore priſtino ſoliciti, id ſeriò agamus, ne vel torpore & deſidiâ, vel blandè arridentis fortunæ nauſeâ, in ipſam etiam poſteritatem peccemus.

Accedite igitur, qui vel Theologiæ, vel Orientalium Linguarum ſiti urgemini, & quantum ſatis eſt ad ſolidarum rerum ſacrarum notitiam haurite. Operam vobis meam, privatam & publicam, pectore promto & parato offero, dico, addico.

Tu, *ô æterne Deus*, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui fons es Sapientiæ & Eruditionis Cœleſtis, largire nobis filiis Tuis dilectis Spiritus Tui Sancti gratiam, ut rejectis, longéque à nobis valere juſſis, incertis cerebri humani commentis, immotam veritatem Tuam maſculè defendamus, ſanctè tueamur, ſolidè vindicemus.

Sereniſſimum & Clementiſſimum Principem noſtrum cum univerſa domo Palatina Celſiſſima rege, tege, protege. Fac ut ſub umbra ejus Eccleſia, pretioſiſſimo

Filii Tui ſanguine redemta, magis, magiſque creſcat, adoleſcat, & in integrum virum evadat. Technas, ſtrophas, molimina hoſtium frange, tædioſas in Eccleſia contentiones compone, lites dirime, pacem exulantem afflictis reſtitute, reſtitutam nobis conſerva. Academiis ſuos excita Doctores, templis Paſtores, utriſque gregem pium & placidum. Fac nobis hanc gratiam, miſericors Pater, per & propter filium tuum dilectum D. N. Ieſum Chriſtum, cui Tecum, & cum Spiritu Sancto ſit laus, honor, & gloria, in omnes ſeculorum Myriadas, Amen.

Caput III.

Oſtendens uſum Linguarum Hebraicæ, Chaldaicæ, Syriacæ, Arabicæ, Perſicæ, Ægyptiacæ, Æthiopicæ, in genere multiplicem.

Cùm ante decennium exactum, Studioſis noſtris Tigurinis Linguarum ſtudium ita commendâſſem, ut ipſi jam pretium earum æſtimare diciſſent, non defuerunt, qui publicis etiam ſpeciminibus progreſſus ſuos aliis quibuſvis has *Μουσῶν θύρας ἀφθόνους εἶναι*, ſuo exemplo probarent. Primam feliciter glaciem fregit Vir Doctiſſimus D. *Johannes Jacobus Zellerus*, Tigurinus, Sunsbeckenſium nunc Paſtor Vigilantiſſimus, qui curta mea ſupellectili adjutus, primum tum Philologiæ Sacræ patrocinium diſputatione publica ſuſcepit. Non planè *κακίστου κόμματος* fuiſſe, multis Eruditorum calculis cognovi. Eam igitur, quia brevi diſtracta erat, totidem ferè hic verbis repetimus.

Etſi

Digitized by Google

Etſi enim uno atque altero loco quædam pleniùs dici poſſent, digna tamen ſemper hæc mihi Diatribe viſa eſt, quæ non variata; paucis exceptis locis prodiret; cætera alibi à nobis expectet benevolus Lector.

I. QUi τῆς ποίμνης τοῦ Χριστοῦ προεστάναι humili & pio affectu ambit, ambit ille verè *καλὸν ἔργον*, *munus præclarum & Dei proximum*, Proin' ad illud non niſi per *παντοδαπῆς παιδείας προπύλαια καὶ προαύλιον*; *perinde atque olim non niſi per atria in* SANCTUM, & *non niſi per hoc in* SANCTUARII ADYTA; illi acceſſus eſt.

II. Quod verò legali Sacerdoti אורים & תומים olim erat, illud Theologo Chriſtiano ſola Scriptura θεόπνευστος V. & N. fœderis eſt. Utriuſque enim *μυστηρίων πιστὸν οἰκονόμον* & prudentem promum eſſe; id eſt; divinæ veritati utriuſque cognoſcendæ & explicandæ operari, *adeò cum Chriſtiani Theologi munere conjunctum, ut ne quidem aliter concipi poſſit, quin eſſe deſinat quod eſſe perhibetur, & velut hiſtrio perſonatus in ſcena ſchema alienum mentiatur.* Verba ſunt M. Theologi.

III. Divini autem illius verbi Sacroſancta *ταμιεῖα*; cùm *quò penitius fuerit ingreſſus, hoc ſplendidiores oſtendant opes*; ut cautè reſeret adminiculis cùm aliis, tum gemina illa ſobriæ PHILOSOPHIAE, & ſacræ PHILOLOGIAE clavi utitur. Utraque; inquam; ſimul; ubi enim deſit alterutra, non poteſt quin multa ſibi *ἀπρόσιτα* experiatur, quæ cæteroqui *τῶν ἀδύτων καὶ ἀπορρήτων* non ſunt. Id quod facient ὀφθαλμοφανερὸν, quæ deinceps conſequentur.

IV. Eccleſiæ primitivæ Patres, *οἵ τε τὰ Νότια καὶ Βόρεια ποιμαίνοντες, καὶ οἱ τῆς ἑσπερίας ἀοίδιμοι, καὶ οἱ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον διδάσκαλοι*, externæ PHILOSOPHIAE maximam partem doctiſſimi fuerant: utpote qui ſeculo vel

 maximè

maximè Apoſtolorum & paulùm infrà, Philoſophicam ſive perſonam, ſive Scholam recenter erant egreſſi. Ad ſtudia verò diviniora illa ſacræ PHILOLOGIAE, id eſt, Orientalium Linguarum & *ἀρχαιολογίας* rari ſeriò ivérunt. Unde contigit, ut *ejuſmodi illi S. Scripturæ interpretes, cætera eruditiſſimi, non rarò miſerabiliter cæcutierint*, Verba ſunt Cl. Theod. Bezæ ad Matth. XVI. c. 13.

V. Verùm τὸ ὅτι *ita hîc inſanias, ut, propter Linguarum neſcientiam, Sanctorum Dei viventis ullius gloriam, ulla ex parte, imminutam*, probrûmve ſive ignavi; ſive Linguarum ſtudio malè volentis affectûs, illorum ulli objectum velis. Hîc enim *quæ occurrunt vitia cum bonis quæ protulerunt, officiosè contegenda, cùm maledicti Chami ſit patris pudenda protervè detegere.* Quid quòd vel ipſi illi tacito animi ſenſu ſacrarum Linguarum Literaturam magni æſtimantes, luculenter teſtati ſint quàm impensè illi litâſſent, niſi illud ſeculi infœlicitas & *πρόφασις καιροῦ καὶ προσώπων* negâſſet, illisque invidiſſet.

VI. Extincta verò jam cana & candida priorum aliquot ſeculorum antiquitate, & Linguarum ſidere plenè occidente, PHILOSOPHIAE verò ſobriæ lumine obſcurato, heu quàm mala Chriſtianæ Eccleſiæ luxerunt ſidera! Etenim qui in ſeculi illius miſerabili barbarie vixerunt Theologi; Theologiæ veriùs *κήρυκες*; *Hebraicè noviſſe hæreticum, Græcè ſuſpectum habentes*; occœperunt *taliter loqui, qualiter Philoſophi, ſecundúmque Scripturam ſacram in præcipuo & primo loco loca verunt Ariſtotelem & Aquinatem*, quorum ſophiſmatis & placitis *Chriſtianam Theologiam reddidêre profanam: πολλαῖς verò ὀχλαγωγίαις fruſtrati κλῆρον τοῦ Χριστοῦ, eundem obruerunt rancidiſſimarum diſtinctionum plauſtris, quas omnes in unam ſi conflaveris maſſam, Theologiæ ſanæ unciam vix extundere poſſis.*

Digitized by Google

VII. Quam verò Sol Linguarum occidens Chriſtianiſmo per aliquot ſecula lucem ſubduxit: idem Sol tandem paulatim in ipſo Papiſmo denuò oriens magis, quàm Minervæ aurea lucerna; *ut vetus verbum eſt*; ſerenavit. Tum nimirum, quando ἐκβαρβαρωθεῖσαν κινδυνεύουσαν Eccleſiam, ſanâmque cum ea doctrinam ſacræ PHILOLOGIAE ſideribus; ut ſic dicam; atque luminibus, viri eruditionis & pietatis antiquæ avidi denuò ivérunt aſſertum, *elutum Scholaſticorum ſordes orientali ſmegmate, & limpida aqua fontium Iſraël*, infertúmque veritatis fulgorem hominum oculis vel invitis. Qui conatus & molimina; IEHOVA pium adſpirante robur; iis auctibus crevere, ut de Chriſtiana orthodoxia in ſedem, benigna vice, linguarum lumine reducta hodiéque nobis gratulemur.

VIII. Noſtrûm ergò eſt arma hîc non ſuſpendere, ociûmve moliri, ſed ὅσσον μὲν δυνατὸν χερσὶν ποιεῖν, καὶ παντὶ σθένει κρατήσασθαι ὃ ἔχομεν, Ægyptûmque veterem non reviſere. Et cùm ad barbariem veterem curſu, non gradu, eant homines Linguarum ſtudio infeſti, *profundum iſtud Sathanæ ſtratagema odorari*, & adverſus ingruituram Linguarum ignorantiam ἀσαλεύτως ſtare.

IX. At verò quando cum Eccleſia virgine extraordinarium illud εἰς καιρὸν τὴν ἑαυτοῦ χρείαν παράδοχον [*ut S. Chryſoſtomus loquitur* περὶ ἀκαταλήπτου λογ. ά.] τοῦ γλώσσαις λαλῆσαι χάρισμα deſiit: imparabilis copiæ nobis eſt Linguarum cognitio omnium ſive earum, quæ, quà ἡ οἰκουμένη patet, מבלבול הלשונות *à confuſione Linguarum* frequentantur, ſive quis Apoſtoli Pentecoſte Euangelii prima de μεγαλείοις τοῦ Θεοῦ ſermocinantes audiebantur. Neque verò aut illarum, aut iſtarum omnium D.V. Miniſtrum doctum eſſe pro hodiernæ Eccleſiæ ratione & uſu eſt.

X. Cenſendi tamen θεομάχοι, (ne Talionis lege obſer-

obſervata, dicam hæretici) non, ut olim, qui ſacras Linguas coluerunt & calluerunt; ſed qui execrantur & proſcribunt è Chriſtianæ Theologiæ ſcholis ſtudia Linguarum illarum, *quæ hodiéque plus quàm neceſſariæ ſunt*, id eſt; quibus ſine Chriſtianus verè Theologus neque formari, neque formatus in S. Theologiæ adyta penitius ſe inferre, *quibus ſine ſuæ profeſſionis terminos non vindicare*, neque in S. Scripturis cum fructu ſuo auditorúmque ſacrorum verſari poteſt.

XI. Atque hic equidem palmam ferunt, pollice & arbitrio Theologorum quà priſcorum, quà recentum, horúmque & Orthodoxorum & aliorum, ternæ illæ quibus titulus θεοφέροντος ξύλου ſculptus Euangelica authoritate perhibetur. *Nam quemadmodum ipſa Chriſtianiſmi naſcentis ætate Theologiæ veræ Doctor γλωττῶν διαμεριζομένων ſpecie S. Apoſtolos afflavit, ſic qui hodiéque Theologus harum trium Linguarum cognitione non præparatus, & divini amoris igne non præaccenſus eundem Spiritum in ſingulis S. Scripturæ apicibus latitantem perquirere neſcit, docendi provinciam miſerè ſuſtinet, eandem temerè admodum affectat.*

XII. Interim vulgò, pro dignitate, precium & decus non eſt aliquibus Orientalibus Linguis aliis, CHALDAICAE; dico; SYRIACAE, ARABICAE, PERSICAE, ÆGYPTIACAE & ÆTHIOPICAE. Ob quarum tamen cognitionem parandam adeò non neceſſe eſt fieri nos (quod velamentum ignava ſtudioſorum factio quærit) aut διφυεῖς Cecropas, aut pluricordes Ennios, ut incredibile ſit, quàm iſta citò ſuſcipiatur & fiat, ſi tenor & conſtantia adſit, & quiſque dies ſuum probet opus: vel maximè, quod cothurnatus ille Philoſophus dixit, Συλλαμβάνοντος θεοῦ τῷ πονοῦντι.

XIII. Quare ego εἷς τῶν πολλῶν, *unus è multis* (qui ſi quicquid hic profecerim, Clariſſimo D. Præſidi, id omne debere

debere me gratè profiteor) recenſitas illas Orientales linguas omnes, ut & Hebraicam, non fruſtrà à Chriſtianæ Theologiæ candidatis diſci, ſed eos, qui jam didicère, in Theologica ſcientia rem, non ſpeciem habere compendiò oſtendam: non ut omnia quæ ad rem, ſed quæ maximè in rem dicam. Si fortè qui animo ac ſtudio illuc jam aſpirant, hunc curſum recenter quaſi excitati pergant: cæteri verò de ſeciore affectu remittant. *Da Deus id fiat, & non μαψιδίως brachia in ventum jactem!*

XIV. Antè verò quàm de necessitate & usu, quem Linguæ illæ in Chriſtianæ Theologiæ ſtudio obtinent, diſputem; priùs ſingillatim illarum cujuſque *Rationem, ſecundùm Characteres diverſos, & Dialectos ἰδιωτισμοὺς*, aliquantùm contuendam dabo.

XV. Eſt itaque Hebraica lingua illa Iudæorum ſenſu univerſo, Chriſtianorum non multùm minore, לשון קדמון אב לכל יתר הלשונות *Lingua prima, linguarum cæterarum omnium parens*, quam non מטבע *à natura*, ſed מהסכמת אלהית *ex divino inſtituto* docti protoplaſti, Paradiſi & incolæ, & ab eodem exules locuti, filiis deinde nepotibuſque, primi mundi Patriarchis commendavérunt, quam iſti unam & ſolam tempore bene longo uſurpatam Heberi familiæ, in Syria & Aramea habitanti, reliquerunt, quàmque eandem סגלה מבני עבר *peculium filiorum Heber* à Babylonica confuſione immunem & integram transmiſit ad longam ſeriem poſteritatis in Ægyptum & Cananæam ducendæ. Quæ denique in Babylonica *μετοικεσίᾳ*; ut Ephodeus ſuæ Grammaticæ cap. VII. loquitur; החזקה נשתכחה וכמעט אבד זכרה זולת הנמצא ממנה בספרי הקדש *validiſſimam in oblivionem devenit, ut propemodum illius memoria perierit, præter id quod reperitur de illa in Scripturis Sacris.* Spiritus S. vocat eam *Cananæam*: *Sancta* quoque dicitur, & externis *βαρβαρικὴ*. Hebr. לשון עברי & לשון יהודית.

XVI. Hebraicae autem linguae *Character* alius *Biblicus*, alius *Profanus* eſt.

XVII. *Biblicus*; qui *Quadratus* etiam, & *Aſſyriacus* dicitur; ille ipſus eſt, qui inde à Moſe in codice S. Fœderis veteris adhibitus, viſusque eſt.

XVIII. Pro *Samaritanorum* enim *Characterum* antiquitate etiamſi viri magni B. Hyeronimus, Ioſephus Scaliger, Iohannes Druſius, & recentior ille Samaritanorum præſtes Ioh. Morinus acriter pugnârint: profitemur tamen bene facere eos, qui cum Doctiſs. Viro Ioh. Buxtorfio, *literarum Biblicarum figuram hodieque eſſe eandem cum ea, qua Deus olim ſuo digito legem duabus tabulis Moſi in monte Sinai traditis inſcripſit*, non ſine magna Hebraicæ Philologiæ ratione aſſerunt. *In diſſertatione de Hebr eorum literis.*

XIX. *Profanus Character* eſt, qui tempore jam bene multo in Rabbinorum ſcriptis perſeveranter obtinet & videtur. Voculâ Rabbinorum vulgo ignotâ מסקט (ab Arabico סקט *cecidit*) quaſi *cadens* dicitur.

XX. Hebraicae hujus linguae vocabulis in Babylonica Confuſione (quam natali anno Pelegi incidiſſe præter axis noſtri Chronologos fidem facit Eccleſiaſtica Hiſtoria Ibn. Patrik, Alexandrini Patriarchæ M. S. Arabica) non tam novæ ſolùm fuerunt additæ ſignificationes, quàm recentes ab Hebraica aliæ Linguæ in lucem & hominum uſum prodierunt. Quibus tamen non negamus factam admixtionem etiam vocabulorum aut ex Hebraica Lingua corruptorum, aut aliqua ratione inde deductorum. *Quæ tamen tanta non eſt ut Becceſelenica licentiâ inſaniæ ab Hebraiſmo omnia, ceu Becceſelenus à ſuo Brabantiſmo, deducere aut velis aut poſſis.*

XXI. Illud ὀφθαλμοφανερὸν, inter Linguas iſtas deductas omnes *Matrici* Hebraicae alias *Similiores* eſſe; quæ proin & *Filiæ* appellantur; alias *Diſſimiliores*. XXII.

XXII. *Similiores* ſunt & ab Matris imagine abſunt propiùs iſtæ ferè, quas antè recenſuimus: & *ab hìs ſuam ſi Hebraica repeteret dotem, vereor ut ne, ad Aeſopicæ corniculæ inſtar, plumis, quis ſuperbierat alienis nudatæ, ſuam fateri cogerentur inopiam, ſpectatoribúſque deberent riſum*.

XXIII. Has verò inter Chaldaica princeps eſt, quæ pleraque vocabula, vocabulorum formam & ſignificationem, phraſin denique cum *Hebraica* eandem habet. Iſta cum Aſſyriorum & Chaldæorum Monarchia, liberaliûmque Artium & jurium ſtudiis culta ſuæ ditionis ſpacia longè latéque ampliavit: & apud Orientales eſſe in uſu nondum deſiit. Dicitur aliâs לשון ארמית *Aramæa Lingua*, *Daniel.* 2. *v.* 4.

XXIV. Hujus Linguæ *Character* diverſus, *Dialecti* etiam τοπικαὶ & ἰδιωτικώτεραι diverſæ.

XXV. *Character* vel *Antiquus* eſt, vel *Recentior*.

XXVI. *Antiquus* uſque adhuc nobis inviſus, & incognitus. Falluntur enim qui Æthiopicum Characterem *Chaldæorum Antiquum* eſſe arbitrantur. Spe tamen calent viri docti, quibus ejuſmodi iſta penſi, fore propediem quando ſua *Antiquum Characterem* illum videndi deſideria ex Oriente complebuntur.

XXVII. *Recentior* eſt, quem figurâ cum *Hebræorum ſacro* eundem in Daniele, Eſra & Targumim hodieque videmus.

XXVIII. Τοπικαὶ verò *Chaldaicæ Linguæ Dialecti* ſunt ferè iſtæ: *Babylonica*; quæ vel *prior*, vel *poſterior*; *Hieroſolymitana & Syriaca*. Quibus de duo ſolùm obſervamus.

XXIX. *a. Babylonicam poſteriorem* non meram, ſed barbaram ferè eſſe, variáſque Dialectos, vocabula, phraſeſque Latinas, Græcas, Arabicas, Perſicas habere mixtas: adeò ut non nullibi Iudæis ipſis, illarum Linguarum ne-

 ſcienti-

ſcientibus, inexplicabilis ſit. Exempla hic affatim ſuppeditat Cl. *Buxtorfius* in Lexico Chaldaico-Talmudico. Et *David Cohen de Lara* in עיר דויד *Vrbe Davidis.*

XXX. *b. Syriacam*; quæ hodiéque magnam πρὸς τὴν ἑβραΐδα (ut Baſilius loquitur Homil. in Hexaë. 1.) γειτνίασιν ἔχουσα, cum *Chaldaica* antiquitus eadem erat; characteribus verò, vocabulis item quibuſdam, & vocabulorum formis aliis aſcitis *Dialecti peculiaris* hodie nomen obtinere: quæ *Syro-Comagena*, *Antiochena* item, & ab Widmanſtadio, quòd Meſſiæ fuit vernacula, *Chriſtiana* dicitur. Uſurpatur hodiéque à montis Libanon incolis Maronitis (unde & *Maronitica* appellatur) aliiſque Chriſtianis Syris, Indis quin etiam non nullis. Id quod *Gabriel Sionita* & *Joh. Heſronita*, Maronitæ è monte Libanon in Arabiæ deſcriptione referunt.

XXXI. De Lingua *Rabbinica* & *Samaritana* nunc aliquid commentandum eſſet: utraque verò ex Hebraiſmo & Chaldaiſmo ita mixta, ut qui iſtos noverit, hunc illarum quoque ratio non lateat. Singulatim itaque de illis tractare precium operæ vix foret. *Pergimus ad* ARABICAM.

XXXII. ARABICA eſt omnium ferè Linguarum hodièque ampliſſima, in qua Hebraicæ imago adeò expreſſa, ut cùm de pleriſque aliis immediaténe ex Hebraica prognatæ, ambigatur; hac de dubitandi ne quidem ſit locus. Habuit hanc primùm Chuſi filius Saba, Chami nepos; & cum hoc Sabæi; quam ab iiſdem dein' etiam didicerunt Iſmaëlitæ, qui partem Sabææ Borealem, quam *Deſertam Arabiam* vocant, habuerunt: eadem denique è cancellis anguſtis Arabiæ ita erupit cum Muſlimico Imperio, ut cum hoc ſpacii amplitudine paria fecerit.

XXXIII. Hujus Linguæ *Character* vel *Antiquus* eſt, vel *Novus*.

Anti-

XXXIV. *Antiquus* à celeberrima Iraki (*ſic vocat eam Joh. de Laët in deſcriptione Perſiæ*) Cufa *Cuficus* dicitur. Rariùs hodie conſpicitur & Arabibus pleriſque illegibilis. Fragmenta antiquiſſimi Alcorani Charactere hoc exarati poſſidet Vir Ampliſſimus, Sebaſtianus Schobingerus, Med. D. celeberrimus, & inclytæ Sangallenſis Reipublicæ meritiſſimus Conſul: quod, ut antiquitatis amantiſſimus eſt, inter alia Orientis monumenta aſſervat.

XXXV. *Novus* eſt ille ab Ibn-Mokli famoſiſſimo Scriba, Chriſtianæ æræ DCCCCXXXVII. Muhammendanæ verò Hegiræ CCCXXVI. (ſecundùm computum *Elmakjni* Hiſtor. Saracenicæ lib. III. cap. 1.) anno, ingenioſè inventus, qui ad hunc uſque diem ab omnibus ex æquo Arabibus, Africanis & Aſiaticis fideliter retinetur.

XXXVI. *Dialectus* quoque *Arabicæ Linguæ* duplex eſt, vel *Selectior*, vel *Communior* & *Vulgaris*.

XXXVII. *Illa* ראציה dicitur; hac עמיה.

XXXVIII. Utraque, ut tribuum, ita & Dialectorum diverſitate variat. Unde *Giggaus* in Theſauro Arabico, & *Beidavi* commentariis in Alcoranum faciunt mentionem Dialecti Heracitarum, Taitarum, Coreiſchitarum, &c.

XXXIX. Persica *Lingua*, per imperium Aſiâ totâ florentiſſimum olim hodiéque diffuſa, vel *Pura* eſt, propriis ſolùm Perſicis vocabulis conſtans: quæ & *Vetus* appellari poſſit: vel *Arabiſmo mixta*, cujuſmodi illam in hodiernis Perſarum ſcriptis videre eſt.

XL. *Character* hujus quoque *Linguæ* diverſus, *Vetus* & *Novus*.

XLI. Ille Chriſtianis Philologis in noſtro axe hactenus inviſus & incognitus.

XLII. Iſte ab Muhammediſmo nato in Perſiam illatus, cum Arabico idem eſt, variante ſolùm quorundam Elementorum poteſtate.

XLIII. Deinceps de ÆTHIOPICA. Hæc verò non eadem (præter ſecùs ſentientium quorundam mentem) cum *Chaldaica* eſt. Habuit hanc primus Chuſus, Chami filius: & quod ad voces, vocumque flexiones adeò imitatur iſta *Hebræam, Chaldæam, Syram & Arabicam* imprimis (neque enim *αὐτόχθονας* Æthiopas eſſe, ſed ex Arabia in Æthiopiam illatos, M. ille Scaliger arbitratur) ut dictio vix ſit, quam non in iſtarum aliqua comperias.

XLIV. ÆTHIOPICAE Linguæ *Character* vel *Communis*, vel *Singularis* eſt.

XLV. *Communis* ille eſt, quo in diem uſque hodiernum Abyſſini promiſcuè utuntur.

XLVI. *Singularis*, quo volumina ſacra ab Abyſſinis Monachis conſcribuntur. Et hunc Characterem ipſi Abyſſini *Syriacum antiquum* nuncupant.

XLVII. ÆGYPTIACA eſt, quam Chami filius, Mizræus primùm vernaculam habuit, cujus dein uſurpandæ poſteris ſuis Ægypti incolis copiam fecit.

XLVIII. Eſt hæc vel *Antiqua*, vel *Recentior*.

XLIX. *Antiqua*, Pharaonum (commune enim Ægypti Regum illud nomen erat) tempore florentiſſima erat, ab Hebræa matre tantùm alia (id quod contra ſecùs arbitrantes notare atinet) quantum cæterarum alia ulla.

L. *Nova*, ab expugnata per Alexandrum M. Ægypto, adeò mixta eſt Helleniſmo, ut Ægyptiacæ illius *priſcæ* in *Nova* hac pauciores ductûs aſſequâre.

LI. *Explicata leviter Orientalium harum Linguarum Ratione:* nunc in earumdem *Vſu* explicando me paulùm diffundam. Linguæ igitur iſtæ; ut earum ſtudium eſſe debet concatenatum, ita vel *ſibi ipſæ operam mutuam, & Chriſtiano Theologo communem præſtant:* vel *uſum; imò neceſſitatem dixerim; quæ ſuam ſingularem habet.*

LII.

LII. *In operam mutuam ita conſpirant*,ut inter eas, quas recenſuimus,linguas non ſit,quæ non crebrò alterius vocabulis vel originandis vel explicandis adprime faciat. Nempe *Arabica Lingua*; verbi gratiâ; ſuam ſæpe *Hebraicæ, Chaldaicæ, Syriacæ, Perſicæ,&c.* ejuſmodi operam locat; iſtæ verò illi,& ſic invicem omnes. Certè quid אלהים Hebr. ſit non priùs ſcivèro,quàm אלה Arabibus ſolis uſitatum *revereri,venerari* eſſe didicero. Quid שמים propriè ſit neſcivero antè,quàm שמה Arabibus *altum eſſe* ſignificare cognovero. Sic & ארץ *terra*,ab Arabico ארץ *depreſſum eſſe* eſt. Moſen Pharaonis filia *ab aqua* nuncupavit;id quod & Clemens Alexand. *ϛρωμ. λογ. ά.* vidit; at Etymologiæ rationem non aſſequâre, ni ΜΩ *aquam* ſonare Ægyptiis noveris. Angelum Hebræi nuncupant מלאך, at מלאך à verbo *ἀποϛέλλειν* vel *ἀγγέλλειν* notante ductum ignorarem, nî Hebraiſmi ductûs comperirem in Æthiopum Lingua,quibus לאך *mittere* eſt. Compendio. *Hanc jacturam plurima fecerunt V. Teſtamenti vocabula crebris Judæorum exiliis, ut nuſpiam in Lingua S. niſi quatenus in vicinas Linguas transfuſa, reperiantur.*

Atque hæc de Vſu mutuo & communi: nunc diſtinctè magis ad Vſum, quem illarum quæque ſigillatim Theologiæ ſtudio commodat, explicandum tranſeo.

LIII. *Hebraica* igitur *Lingua* ſui uſûs ſpecimina dat vel *in ipſo Canonis veteris contextu*, vel *in Rabbinorum ſcriptis.*

LIV. *In ipſo Canonis V. authentico contextu.*

a. Momenti permultum in eo eſt, Scripturæ ſacroſanctæ ſtylum, divinæ bonitatis mira & inæſtimabili *συγκαταβάσει* ad noſtrum uſum attemperatum, familiari ad iſtum originalem admiſſione talem agnoſcere poſſe: vindicare verò etiam ab illorum dica, qui cum *ὡς βαρβαρόφωνον, καὶ ὀνοματοποιΐαις ξέναις συντεταγμένην, ἀναγκαίων τε συνδεσμῶν ἐκλείπουσαν, καὶ πεὶ τῶν παρενθήκη τὸν νοῦν τῶν λεγομένων ἐκταράττ-*

εσαν

ῥάτ]ωσαν profanè delicati calumniantur. Sunt;fateor;hîc non rari *πλεονασμοὶ, ἐλλείψεις, ὑπαλλαγαὶ, περιλήψεις, ἀποσιωπήσεις*, aliàque indolis Hebraicæ, qualia & Linguæ cæteræ habent, peculiaria, quæ equidem Romani *λεξιθήρεις* adverſis auribus accipiant. At, qui in ſacræ phraſeos interiorem familiaritatem jugi, & pia lectione ſe dedit, veneratur virorum, non niſi *θεόπνευστα* ſcribentium, majeſtatem ejuſmodi *λέξεως τρόποις* mirè illuſtratam: & agnoſcit Spiritus S. verbis diviniorem longè *ἐνέργειαν* ineſſe, quàm ut eum vel fideliſſimus interpres exprimat, vel profana profani lectoris mens aſſequatur.

LV. *b*, In Fœderis verò ut Novi, ſic maximè V. etiam *ἐδάφει*, cùm *πολλάκις ἓν στοιχεῖον ἢ μετατεθὲν, ἢ περιλειφθὲν, ἢ προστεθὲν τὸν νοῦν τῶν λεγομένων συνταράττῃ*; Miniſtro verò Novi Fœderis, etiam Teſtamenti veteris *λόγια πιστευθῇ*; utique ſuo officio deerit, quiſquis cum Iudæis hîc paria non facere; neque authenticam integritatem Teſtamenti Veteris admirandâ & ſtupendâ Maſoretharum induſtriâ ſartam tectam, longa & iniqua ſæpe temporum ſerie, ad nos derivatam tutari poterit adverſus ſecioris mentis Pontificios,) quibus *contextus Hebraicus nil niſi Rabbinicus; id eſt; nihili & malæ fidei*, ut mentem Morini ſic explicat Sim. de Myis) Socinianos item, Anabaptiſtas, Muhammedanos; aliósque. Alterutrum autem niſi L. S. notitia penitus penitúſque imbutus quî præſtabit? Et ſi non præſtet, in Chriſtiana Eccleſia *μέγας θησαυρὸς ἀνοίγεται κακῶν*:

LVI. Exemplo hic ſunto Verſiones, eæque Græca ſolùm & Latina, quibus non temporum injuriâ ſolùm, ſed & pudendâ eorum inſcitiâ (quos penes erat ab eloquiis Dei omnem ignorantium manum, & prodigioſam aliorum libidinem, adeóque corruptionis vel obſcuram ſpeciem cohibere) obrepſit varietas tanta, ut Græca LXX. virali arbi-

li arbitretur Doct. ille Daniel Heinſius: *Illud ſcire ſecum eruditos poſt ſupremam Origenis editionem vix extare ſcriptum, in cujus uſu judicio ſit majore opus, quàm in hac ipſa verſione:* De Latina verò conſtet: Emendandæ illi, binorum M Pontificum Sixti V. videlicet; & Clementis VIII. induſtriam, cæteris Papis inſuetam, non feciſſe ſatis.

LVII. *c.* Neque verò Theologus etiam ille, *cui* (ut illorum verbum eſt) *ſolùm Cathedræ regnum & voti finis eſt*, *καταςαθεὶς ἐπὶ τῆς θείας θεραπείας*, haberi poterit *πιςὸς καὶ φρόνιμος οἰκονόμος*, adeòque *Θεοῦ ἄρτιος ἄνθρωπος*, neſcius Chriſtianæ familiæ fideliter & *ἀκαπηλεύτως διδόναι τὸ σιτομέτριον*, *Luc. XII. c.* 42. Demenſum autem illud divinum qui partietur, & auditorium ſacrum ſolidè erudiet, indoctus *τοῦ ἐμφύτου λόγου* Spiritus S. id eſt, nativæ virtutis, quam vocabula *θεόπνευςα*, etſi non ſemper præ ſe ferant, in receſſu tamen habent, quàmque pius & fidelis interpres etiamſi mente aſſequatur, calamo tamen exprimere nequit?

LVIII. Nolim hic; ne, ſi tentem, ſpeciminis egrediar cancellos; *Ἐπανορθώσεως, Παιδείας, Παρακλήσεως, Ἐλέγχου*, & *Διδασκαλίας* (qui ferè *τῶν ἱερῶν γραμμάτων εἰς σωτηρίαν* uſus ſtuctus exprimuntur) ſolidè, efficaciter & ſufficienter ex originali Hebræo pertractandarum exempla toto ſinu dare: aliqua tamen libare animus eſt.

LIX. *Impiæ factionis homini* ſuſtinendo & revocando perquàm momentoſum *κέλευσμα* vel ipſa vocula רשע eſt, quà Spiritus S. ejuſmodi homines notat *Pſal.* 1. & alibi paſſim. רשע enim illud deductum à רשע, idem quod רעש *contremiſcere, inquietum eſſe*, notat, & *in aperto ac propatulo impium* (cujus inſtar erat Cain נע ונד בארץ, *vagus & ſuis agitationibus infeſtus in terra Gen. IV. c.* 14. Chald. Paraph. מטלטל תלי בארעא) & *malis ſuis cogitationibus tremulum, animique conſcientia ubi ubi ſit territum.*

Digitized by Google

territum. Illum; inquam; qui; ut Hagioprophetes Ieſaias *c. LVII. c.* 24. eum pingit; eſt כים נגרש כי השקט לא יוכל ויגרשו מימיו רפש וטיט אין שלום לרשעים id eſt, *ut propulſum mare, quod quieſcere non poteſt, cujúſque aquæ expellunt cœnum & lutum. Nam nulla pax improbis.* En tibi inſignem voculæ רשע vim!

LX. Premere verò vel ſolam, quàm vocabulum הלך habet abditam, virtutem inſignem παιδείαν habet: & pietatis orbitam lento pede promoventes excitare poſſit. הלך enim *de rebus animatis, & inanimatis* primò dicitur: deinde Deo tributum, (uti Majemonides eruditè in More Nevochim lib. 1. c. 24. explicat) רפע אלענאיה *curæ ſpecialis ablationem;* id eſt, ut Theologi loquuntur, *derelictionem, deſertionem* ſignificat. Tandem verò *jugitèr cum aliquo converſati* in reciproca conjugatione Hithpahel præſertim eſt: & ferè de *Religione*, ſive *Dei cultu* uſurpatur. Notat autem *pietatis & veræ Religionis viam, duce & comite Deo, pergere.* Præter plurima *Gen. XVII. c.* 1. *Gen. XLVIII. c.* 15. 2. *Paral. VI.* 14. *Deut. XIII.* 4. exemplum ſuppeditat *Gen. V. c.* 24. התהלך חנוך את־האלהים, *ambulavit Enoch ſecundùm Deum*, aut *cum Deo.* Ubi phraſis התהלך את האלהים (juxta תרגום, quod הליך חנוך בדחלתא דיי habet, & R. D. Kimchi in ſuo Michlo התעסקות בעבודת השם) *conſtantiam in Dei cultu* notat. Nec facilè niſi de Dei veri cultu uſurpatur, & id non ſine numine. Tacitè enim monemur; cùm Dei imago ſimus, creati בצלמו כדמותו *ad imaginem ejus, ſecundùm ſimilitudinem ejus;* humanis præteritis *cum Deo frequenter ambulare* (illa enim Hebraici vocabuli virtus eſt) ut cum illo interiore & pia admiſſione converſantes diſcamus ἔσαι τέλειοι ὡς ἀυτὸς τέλειός ἐςι. Matth. V. c. 48.

LXI. Solidæ verò συγκαλήσεως non umbram aut ſpeciem, ſed rem habet illud, quòd Deus erga ſuos crebrò dicitur רצה, εὐδοκῆσαι, id eſt, *non tam in illos affectu eſſe optimè volente,*

volente, & miſerante oculo illos tueri, quàm benignum affectum optato effectu amanter exerere. Nec non illud quod IDEM חסיד à Spiritu S. vocatur. חסיד enim illud, *hominem* primò φιλόστοργον, τῷ אכזרי Prov. *XI*. 17. ἀστόργῳ ad Rom. *I*. c. 31. oppoſitum; dein, & ὅσιον, εὐλαβῆ, εὐλαβούμενον Pſal *XLIII*. 1. ſignificans, *de Deo* Pſal. *CXLV*. 17. & alibi dictum *munificentiam ejus talem nobis depingit, quæ in nobis immeritis larga manu cœleſtia beneficia cumulat,* ὑπὲρ πάντα ὑπερεκπερισσοῦ ὧν αἰτούμεθα ἢ νοοῦμεν, ut eſt ad Epheſ. III. c. 20.

LXII. Quod ad Διδασκαλίαν: equidem in Sacris Scripturis radiis ſæpe iis conſignata eſt Orthodoxia, quales radii Solis ſunt, quum ſudum eſt. Horret quidem Theologus ſobrius hodiéque infauſtum illud עץ הדעת *ſcientiæ lignum*, ad quod ceu humani generis naufragio fatali funeſtum expaveſcit, & ad ἄπερα τῆς θείας γραφῆς humiliter conticeſcit. Verùm, ut in operta temerario impetu non irrumpit, ſic aperta ſedulitate pia perveſtiganda arbitratur. Et quando ſibi fixam crucem videt, ſive in rerum, quæ enunciantur, ſublimitate; ſive verborum, quibus enunciantur, incognita virtute; in ſcriptorum θεοπνεύστων vocabula, phraſinque, adeóque ſenſum ſe immittit altiùs. Et hîc vel maximè, cùm vocabula Hebraica illius indolis ſint, ut vel ipſa ſola plenè cognita plenam de rebus notitiam pandant.

LXIII. Noſtri ſpeciminis anguſtiarum non eſt explicare quàm penè in myſterii de Trinitate notitiam nos ducant Hebraica illa *nomina Dei vel Eſſentiam*; ut יהוה, יה, אהיה *vel Attributa*; ut אל, אלהים, אלה, אדוני צבאות, עליון, אדוני, שדי notantia. Taceo quàm ſcitè rationem *Divinorum Decretorum* vocabulum יעץ, *apparitionum divinarum* ירד, *hominum induratorum juſtiſſimam deſertionem* exprimat vocabulum שקט. De *peccati natura ejúſque gratuita expiatione* Orthodoxiam nos doce-

 re poſ-

re poſſit, vel una vocula חטא. Iſta enim primò *ἀστοχῆσαι* Iud. XX. c. 16. deinde in Kal, & Hiphil, מרד, פשע *ἀνομῆσαι* eſt: in Pihel verò & Hithpahel (id quod frequentis eſt obſervatûs) contraria ſignificatione (unde & חטאה *victima piacularis ἁμαρτία* 2. ad Cor. V. 21.) ſignificat *expiare peccatum, áque illo liberum pronunciare*. Pſal. LI. c. 9. Entſündigen. *Humanæ* verò *miſeriæ extimas incitas* non eſt quod ſignificantiùs notet, quàm vocula מות *Mors*. Hæc enim à מות; quod & *naturaliter ἀποθνήσκειν*, & *violenter ἐκλείπειν θανάτον* item *ἔνοχον εἶναι* eſt; ducta 1. *θάνατον, τελευτήν*, 2. *Morbum lethalem*. 3. *Perniciem*. 4. *Afflictionem, calamitatem*. 5. *ἀπόκριμα θανάτου*, ut eſt 2. ad Corinth. I. c. 9. *ſententiam mortis, pericula item mortis omnia*, & denique *exquiſitiſſimos dolores*, adeóque *quicquid in hominis miſeriam conſpirat*, exprimit.

LXIV. *Lingua* verò *Hebraicæ* ſtudia & peritiam ſi V. D. Miniſter *ἀπὸ τῶν Δογματικῶν* non dividat, quàm ille *ἀπονόμως ἐλέγχειν* poſſit in plenum, dici nequit. Abundè ſunt hic ſpecimini ſcripta Theologorum, quot quot Polemicorum egregii, aut primi ſunt. Sacra verò vocabula phraſinque cùm vel ipſi Pontificii, Sociniani, &c. premere ſed perperam & pro ſua parte, non neſciant; quî adverſus iſtos poterit Heterodoxia convelli, Orthodoxia verò aſſeri & defendi, ſi, penes quem iſtius cauſa eſt, Originalis Linguæ notitiâ non fuerit inſtructus?

LXV. Quos verò affectus deſes, & Linguarum ſtudii odium habet; ejuſmodi *ἀντιπίπτοντα* illi hic movent: *Eccleſiæ Chriſtianæ, ejúſque Miniſtris, παντὸς λώτοις, iiſque fidelibus & accuratis verſionibus ita proſpectum & conſultum eſſe, ut nec opus, neque uſus ſit multum operari difficili illi Linguarum ſtudio.*

LXVI. Equidem Chriſtianæ Orthodoxiæ quà cognoſcendæ, quà explicandæ emolumentum inæſtimabile virorum eruditorum quà priſcorum, quà recentum eru-

ditæ

Digitized by Google

ditæ verſiones conferunt. At factæ illæ ſunt ad uſum non tam Doctorum, quàm Auditorum, qui ad inſtar τῶν ἐκ Βεροίας εὐγενεστέρων, amant καθ' ἡμέραν ἀνακρίνειν τὰς γραφὰς, εἰ ἔχοι ταῦτα οὕτως, ὡς ἐδέξαντο. Actor. XVII. cap. 11. Nam indignum Eccleſiæ Doctore Orthodoxiæ clavum vendicare homini, id eſt, Bibliorum interpretationi ab homine factæ. Graviter Vir M. monet; *Cavebunt Orthodoxi ſibi, ut ne ignavia affectu ducti authenticæ veritati antehabeant humanas verſiones, aut his plus tribuant, quàm Pontificii Latinæ vulgatæ.* In hac enim interpretis errores multos agnoſcunt, & certis caſibus ab hac ad Fontes appellandum arbitrantur, quotquot vel inter Pontificios εὐχολίας ἀλακειδῶν ἄριστοι. Quid quòd in conciliabulo Tridentino Fr. Aloyſius Catanæus, *Is*; inquit; *qui Latinum textum ſolùm intelligit, non poteſt dici infallibile Dei verbum intelligere. Talis enim ſolùm intelligit vocem interpretis, qui erroribus obnoxius eſt.*

LXVII. Sed; ut dicamus quod nos θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι κελεύει; verſionum Biblicarum vel accuratiſſima erudito S.Scripturæ lectori nunquam ſic ſatisfacit, ut authoris primi nativus ſermo. *Sacri enim fontes quantalibet fide in linguam alienam transfuſi & percolati quaſi de ἐνεργείᾳ nativa multum amittunt. Cùm verò è rivulo humaniſus ducto ſorbeant, quot quot inter προεστῶτας verſionem fidei ſe penitus dedunt, non mirare ſi Dei judicio eò ſæpe labantur, ut paluſtri ulva implicentur, & ſordibus inquinentur, quas etiamſi vel è ſuo ipſi torpore, vel ex interpretum ἀβλεψίᾳ contraxerint, tamen ut ab aliis arreptas mordicus retinendas putant.* Monitum præclarum eſt *J.Tremelii* in præf. ad V. T. verſionem.

LXVIII. An verò οἰκονόμος τῶν θείων μυστηρίων πιστὸς cenſeri poterit, qui, ſolius deſidiæ & inſcitiæ voluntariæ vitio, non intelliget, alióſve docebit V. T. multa loca, quæ ſine Linguæ Originalis penitiore notitia; ex ipſorúmmet

etiam Pontificiorum ſenſu; explicari nequeunt: multas non intelliget *μονήρεις λέξεις*, vocabula propria, vel appellativa quoque *ἅπαξ ἢ δὶς λεγόμενα*: è variis verſionum lectionibus, interpretationum ambiguitatibus, divortiis, erroribus ſæpe neque ſe expediet, neque eorum nativum ſenſum Eccleſiaſticum cœtum, de S. Scripturæ ſincera explicatione piè ſolicitum, docebit: adeóque, ut S. Baſilius *ὁμιλίᾳ περὶ τῆς πίστεως* loquitur; *κατὰ τὸ ἀρέσκον τῷ Θεῷ, ὅπερ εἰς τοὺς συνδούλους οἰκονομῆσαι, παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ Δεσπότου ἐπιστεύθη ἀνοθεύτως καὶ ἀκαπηλεύτως παραθέσθαι* non poterit?

LXIX. Utique ſi calidiùs Hebr. L. ſtudio à multis fuiſſet litatum, non jam de Biblicarum verſionum varietatibus conquerentur: aut ſacro gregi (quod ferme ipſum *τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ καπηλεύειν* eſt) hominum potiùs S. Scripturam malè vertentium, quàm Dei vocem proponerent. Hîc relatu digna ſunt, quæ Ioh. Druſius Præterit. Lib. VIII. ſup. Ebræo. V. c. 1. habet. *Narrabo*; inquit; *quod à viro magno audivi. Is erat Carolus à Roorda, maximæ tum authoritatis inter Ordines Generales Provinciarum unitarum. Narrabat mihi ſe interfuiſſe concioni cujusdam Eccleſiaſticæ non è multis, qui enarrabat precationem illam Habacuci. In titulo eſt* על שגיונות *quod Belgicus interpres verterat* pro innocentibus. *Ad hoc explicandum concionator ille ſe verterat in omnes partes, totámque horam in eo conſumſerat. Finita concione invitavit eum Carolus ille ad prandium, prolatíſque Bibliis Latinæ editionis patefecit ſupinum errorem ejus.* Corollarium addit Vir M. iſtud: *Vide quid ſit ex lacunis enarrare populo verbum Dei!*

LXX. *Ἀπορίαν* verò *ἐλέγχου* tractare neſcius utique erit, quisquis è Canonis Hebraici authentia ſtringere iſtam non didicerit. Aut quî congredietur cum adverſariis Pontificiis, Anabaptiſtis, Socinianis; quos inter alii originalis Linguæ docti non niſi ex originali contextu ſe-

Digitized by Google

cum diſputare ſinent; alii verſiones non niſi in rem ſuam facientes admittent: & etiamſi admiſerint quaſcunque, quàm tamen ſit intutum cuivis; Vulgatæ imprimis illi Latinæ; Orthodoxiæ cauſam deferre *Clariſſ. Sixt. Amama*, cùm in Antibarbaro Biblico; tum in Vulg. verſ. cenſura, præter alios complures, documentis multis demonſtravit. *Hactenus abundè de Uſu Hebraica L. in Contextu Sacro.*

LXXI. *In Scriptis Judæorum*, quæ vel *in V. T. Commentaria*, vel *Hiſtorica*, vel *Polemica*, vel *Grammatica* vel *Philoſophica* ſunt, cum Linguæ Hebraicæ, ſive Rabbinicæ, notitia verſari, quàm illud Chriſtiani Theologi ſcientiam promoveat & augeat non facilè ab univerſis creditur, propiùs tamen fidem apud eos eſt, quibus ejuſmodi iſta penſi ſunt. Equidem Iudæorum ſcripta qui legunt tanquam θεσμοὺς, illi *κορυβαντιῶσιν*, & non rarò credulæ ſuæ ſecuritatis dant pœnas: ſed & illi delirant, qui ab iſtis bonæ frugis nihil venire contendunt. Breviter intueamur ſingulorum ſpecimina.

LXXII. *De commentariis in V. Teſt.* equidem ex fide non ſcribam, ſi diſſimulem Iudæos in tractandis Dei eloquiis, ex quo ad eos nullus venit Propheta, vel maximè *μετὰ τὴν κυριοκτονίαν ἐκείνην*; ut ille loquitur; *Ἰδίων φρενῶν ἐκστάντες ἄχθηναι οὐ λογισμῷ τινὶ, ἀλλ' ὁρμῇ ἀκατασχέτῳ, ὅπου ἂν ἀπῆγεν αὐτοὺς ἡ ἔμφυλος μανία*; ad turpes fabulas & ridicula dogmata lapſos eſſe. Illud tamen conſtat, commentatores Iudæos plurimorum judicia experiri ſæpe iniquiora, multáque in illorum, antiquorum vel maximè, Biblicis commentariis extare, quæ ad Chriſtianæ Religionis veritatem aſſerendam, Teſt. non Vetus ſolùm, ſed & Novum explicandum, locorum de Meſſia præſtito in N. T. è Veteri citatorum authoritatem, adverſus ipſoſmet Iudæos, firmandam perquàm faciunt.

LXXIII. Atque in hoc *commentariorum* cenſu ſunt & illi *Grammatico-Theologici*, ex Iudæorum monumentis eruti, & velut Ægyptiaca ſpolia in Chriſtianorum Theologiam transferendi *Canones*, qui non minùs, quàm vel S. Patrum, vel Theologorum hodiernorum ejuſmodi obſervationes Criticæ, in S. Scripturæ lectione & explicatione uſui nobis eſſe poſſint.

LXXIV. Quod ad *Hiſtorica ſcripta*. Cùm Iudæi de ſe unis glorientur; duòd ſint עם קדוש חכם ונבון *populus ſanctus, ſapiens & intelligens*, in hiſtoria alienorum cenſores aut ridiculi, aut iniquì; rerum verò ſuarum arbitri magnifici & glorioſi ſunt. Hinc tamen etiam elici poſſunt, quæ Iudaiſmo de præſtito Meſſia convincendo, priſcæ Eccleſiæ Iudaicæ cum Chriſtiana ſymbibaſi oſtendendæ, Hiſtoricæ denique utriuſque Teſtamenti explicationi multum commodant. Inprimis verò Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ à Macchabæorum tempore inciſæ facem eximiam allucent Rabbinorum hiſtorica monumenta, hoc vel maximè temporis interſtitio non ſemper delira. Cujuſmodi inter modi inter non ultimi loci ſunt ferè iſta, Liber Iuchaſin, utrumque Seder Olam, Rabba & Sutha, Schalſchelet Hakkabbala, Zemach David, &c.

LXXV. *Polemica Rabbinorum ſcripta* etiamſi partem maximam dentata, & in Orthodoxiam Chriſtianam iniqua ſint: illud tamen compertum eſt, iſta Reformationis tempore, nocte Papiſmi mundum tantùm non operiente, non paucas Romanenſium Sinonum aperuiſſe fallacias, & fraudes, quas preſſiùs expenſas cum S. Scripturæ canone non convenire viderant. Adverſus nos verò cùm calamum gerant inviſum hodiéque, non ſine deſidiæ nota Rabbinorum veterum ſcripta, quibus verporum recentium jugulum multi è noſtris non infœliciter confodérunt, ignorari poterunt.

LXXVI.

Digitized by Google

LXXVI. Sed & *Grammaticum Judæorum ſtudium*, Arabum ad exemplum, à nonnullis ſucceſſu fœlici tentatum, & expeditum Theologo Chriſtiano non parum commodare inter viros eruditos non ambigitur. Et qui poſſit ſecus? *Grammaticis* utique *Judæorum ſcriptis*, defæcatis, & ad Chriſtianum uſum perpurgatis, Orthodoxiæ ſuperiore ſeculo reſtitutæ non obſcura fax antelata, ut Chriſtianiſmus Teſtamento Veteri quoque collato confirmaretur: Quid, quòd iiſdem Hebraici Canonis authentica integritas tot retrò ſeculis defenſata, & deinceps defenſanda eſt?

LXXVII. Sequitur denique *de Hebraica L. Vſu in Philoſophicis Judæorum ſcriptis*, Ethicis, Aſtronomicis, Metaphyſicis, Phyſicis, &c. ſed cùm à Chriſtianis, aut Gentilibus pleraque ſint mutuati, *Philoſophica* eorum *ſcripta* momenti hic minoris ſunt, quàm cætera quæque.

LXXVIII. Ad *Chaldaicæ Linguæ Vſum* itaque pergimus. Eſt verò iſte etiam geminus; alius *in ipſa S. Scriptura*; & *extra θεόπνευςον Scripturam* alius.

LXXIX. *In ipſa Scriptura θεοπνεύςῳ.* Hic enim ὁμολογουμένως ἐνδιάθηκα V. Teſt. monumenta idiomate non Hebraico ſolùm, ſed & Chaldaico à viris θεοφερομένοις concepta & ſcripta ſunt. Hinc Chaldaiſmum comperias, Gen. xxxi. c. 47. Ierem. x. c. 11. vel maximè Ezræ c. iv. à c. 8. ad c. vii. 27. & Danielis c. II. à c. 4. ad c. viii.

LXXX. *Extra θεόπνευςον Scripturam* eſt vel *in Chaldaica V. Teſt. Metaphraſi*, vel *in Talmude*.

LXXXI. *Chaldaicam* enim illam *Metaphraſin* (quæ Onkeloſi, ſive Aquilæ Proſelyti in Legem; Ionathanis in Prophetas, Ioſephi cæci; ſive quisquis illius Metaphraſeos author eſt; in Hagiographa ante, circa & poſt Meſſiæ tempora in Iudaici populi uſum prodiit) etiamſi nobis incorruptam & integram temporis injuria inviderit; magno

tamen & inæſtimabili Chriſtianæ Theologiæ bono hodiéque extat. Tantæ illa apud Iudæos authoritatis eſt, ut non ſolùm ei contradicere auſit nemo, ſed ei non minus fidei, quàm ipſi Authentico Canoni plerunque adhibeant. Venerabilis verò etiam eſt calculo doctiſſimorum inter Chriſtianos quorumcunque, neque præter rationem. In hac enim, *præter eruditam locorum V. Teſt. explicationem, quàm præclara de æterno Dei Filio, de æterna vita, de noſtræ ſalutis reparatione, &c. etiam cùm minùs manifeſtè in textu de iis agi videtur, ex occaſione interpretationis extent teſtimonia*, quibus aut Chriſtiana Orthodoxia conſtabiliri, aut Iudaiſmus convelli poſſit, noverunt eruditi.

LXXXII. *In Talmude*; eoque & *Hieroſolymitano* à R. Iohanan ferè CCXXX. & *Babylonico* CCCCC. Chriſti anno abſoluto. Utrumque enim etiamſi in rebus divinis ſæpe immane quantum nugatorium, in Chriſtum, & Chriſtianos impiè blaſphemum; in rem tamen Chriſtianæ Theologiæ non conſulunt, qui utriuſvis uſum ſanum è Scholis Chriſtianis proſcribunt. Ex illis enim indubia Chriſtianæ Religionis veritas adverſus Iudæos, aliôſque demonſtrari, Eccleſiæ Iudaicæ priſcæ cum Chriſtiana conſenſus oſtendi, variæ controverſiæ illuſtrari, plurimâque V. & N. Teſt. loca dubia, phraſes, voces, ritus, proverbia, hiſtoriæ explicari poſſunt.

Dicta hæc apparent ſpecioſa, at comperiet majora, quiſquis vel ipſa illa, vel doctiſſimorum quorumcunque virorum Druſii, Scaligerorum, Caſauboni, Dan. Heinſii, utriuſque Buxtorfii, Lud. de Dieu, &c. ſcripta adire ſtudio habebit.

LXXXIII. *Syriaca Linguæ*, Chaldaicæ, ut nunc eſt, vicinæ, *uſus* obtinet primùm *in N. T.* quà *vocabulis* quibuſdam, quà *phraſi* explicandis. Cùm enim Chriſtiana Eccleſia Hieroſolymis nata, cùm Syriaca Lingua, Hieroſolymis

mis tunc vernacula, quaſi adoleverit: fieri non potuit, quin Chriſtus, & Apoſtoli idiotiſmo Syriaco ſæpiuſcule indulſerint, & quâ *voces*, quâ *phraſin Syriacus* locuti ſint.

LXXXIV. *Syriacæ voces* ſunt verè iſtæ. λαμὰ σαβαχθανὶ, Matth. XXVII. c. 46. Κορβᾶν, Marc. VII. cap. 11. βὰρ ἰωνᾶ, Matth. XVI. c. 17. ſic alibi βὰρ Τιμαῖος, βὰρ ἰησοῦς, &c. Βοανεργὲς, Marc. III. c. 17. μαμωνᾶ, Luc. XVI. cap. 9. Ταλιθὰ κοῦμι, Marc. V. c. 41. Σαπφείρη, Act. V. c. 1. Ταβιθὰ, Act. IX. c. 36. Κηφᾶς, Ioann. I. c. 43. Ἀββᾶ ad Rom. VIII. c. 15. Ἀκελδαμὰ, Act. I. 19. μαραναθὰ, 1. ad Cor. XVI. 22.

LXXXV. *Quod ad N. T. phraſin*: equidem hîc nolim diſputare cum magnis illis viris Druſio, Heinſio, Salmaſio, Bœklero, &c. *Helleniſticâne* an *Hebræo* aut *Syro-Græca* alitérve *N. Teſt. originalis phraſis* dicenda ſit. Affirmo tamen illud: Etiamſi *N. Teſt. phraſis* originaliter Græca dici poſſit, non tamen pura & mera fluit, ſed Hebræi Syriq́ue ſermonis liquore infecta: ut fruſtrà Demoſthenicum λόγον hîc requiras; cùm tota phraſis Orientem; id eſt; Hebraiſmum & Syriaſmum magis ſpiret. *Qui idiotiſmi quàm longè à Græciſmo ſæpe abeant, dici non poteſt: quamvis etiam nonnunquam κατὰ συνέμπλωσιν cum iſto conveniant.* Hæc verò qui Syriacæ L. neſciens inter ſe diſtinguere neſciverit, non poteſt ut in omnibus N. Teſt. nativum & ſincerum ſenſum aſſequatur.

LXXXVI. Deinde *L. Syriacæ notitia ex Chriſtiani Theologi uſu eſt in Syriacis utriusque Teſt. verſionibus. Teſtamenti* quidem *V. verſio Syriaca*, cujus Clariſſ. Erpenius meminit, ab ipſis adornata Chriſtianis Syris, quid & quantum momenti hîc conferat conjicere magis, quàm aſſerere poſſumus. Iſtam enim hactenus neque videre neque examinare contigit.

LXXXVII. *Teſt.* verò *N. Syriaca verſio*, quanta ſit apud Orientales veneranda, imò Apoſtolicæ & antiquita-

tis & authoritatis exiſtimatione, eruditorum conſenſus ferè unanimis probat. Sed & noſtrates in obſcuriorum N. T. locorum examine & collatione eidem non parum tribuere Theologicæ & Philologicæ eruditionis principium virorum Bezæ, Caſauboni, Scaligeri, Heinſii, Cameronis, Spanhemii, aliorumque monumenta teſtificantur.

LXXXVIII. *In Eccleſiaſtica Hiſtoria Syriaca* L. *ſui Vſûs etiam ſpecimina dat.* Non enim, niſi talium contemnentem aut neſcientem, latet viros in Syriaca Eccleſia non voce tantùm, ſed & ſcriptis claruiſſe celeberrimos. Documento ſunt tot hodieque in Syria & alibi inſtructiſſimæ Bibliothecæ, Ephremi patris antiquiſſimi, Mor-Sabæ, & aliorum monumenta fideliter aſſervantes.

LXXXIX. Denique *Syriacæ. L.* doctus hócce de Uſu certus eſſe poſſit, quòd ita faciliùs longè & feliciùs L. Arabicæ, vocum tam formationem, quàm ſignificationem Syriacæ maximè vicinæ, ſtudia promovere poterit. Huc uſque *de L. Syriacæ Vſu.*

XC. Deinceps *de Arabica L. in Chriſtiana Theologia Vſu.* Iſtum autem ampliſſimè diffuſum his deſcribimus cancellis.

XCI. A. Obtinet ille primùm *in S. Contextu Fœderis Veteris.* Inibi enim non pauca comperias vocabula, quorum origo & thema etſi Hebraicum ſit, apud Hebræos tamen exoletum, hodiéque non niſi penes Arabes ſolos uſucapione eſt. Præ cæteris tamen *magni illius Arabum Theologi* (Iobum ſic appellare amat Theod. Bibliander) Liber Arabicæ Linguæ indolem paſſim prodit.

XCII. B. *In Canonis utriuſque ſacri Verſionibus Arabicis.* In *V.* enim *Teſtamentum* vel *univerſum*, vel *libros ejus ſingulos* varias, eaſque antiquitatis ultimæ, Arabicas verſiones, tam ab Iudæis, quàm Chriſtianis, imò & Samaritanis adornatas

eſſe

eſſe ambigere non ſinunt monumenta multa, quæ partim lucem jam viderunt, partim in Bibliothecarum inſtructiſſimarum forulis (ò denique blattis ejuſmodi omnia & tineis invideantur, & è ſitu eruta illuſtrentur!) latent. *In universum V.Teſt.* verſio eſt Saadiæ Iudæi. *In Pentateuchum* quædam ab Iudæis in Mauritania compoſita, & ab Erpenio edita: Samaritanorum item alia; cujus fragmentum Iacobus Uſſerius, Hiberniæ Primas poſſidet; & Chriſtianorum denique, ab Ibn-Sina quodam tranſlata, & Viro Illuſtriſſ. Cornelio Haga, Conſtantinopoli tunc per annos xxx. Legato oblata. *In Pſalterium* Nebienſis editio, Græcum contextum ut plurimùm exprimens: Romana etiam accuratiſſimè quidem impreſſa, ex Hebræo tamen multis in locis malè verſa; & Ægyptiaca denique, cujus meminit Nebienſis ad Pſalm. LXXXIV.

XCII. *Arabicæ verſionis Novi Teſtamenti* editio nobis innotuit gemina, Romana & Erpeniana. Hac de, qui iſtam viderunt & penſitârunt, referunt, quòd hoc peculiare habeat, ut plurima Novi Teſtamenti loca ambigua diligenter explicet. Ceu illud Iſaacus Caſaubonus in Exercitat. adverſus Baronium, & Theod. Beza eruditis in N. Teſt. Annotationib. paſſim teſtificatur.

XCIII. C. Cùm verò ex Hiſtoria Chriſtianæ Eccleſiæ Orientali fidem habeat Chriſtianos plurimos, duro Muhammedanorum imperio longum habitos, L. Arabicam non ſolùm diutina uſurpatione ſibi vernaculam feciſſe; ſed & in eadem celeberrima monumenta Philoſophica, Hiſtorica, Ethica, Poëtica inprimis (quibus gens Arabica egregiè gaudet) ad ſeram poſteritatem derivâſſe, quis iſtorum uſum in Philologia S. haud pœnitendum negaverit?

XCIV. Ut monumenta ſolùm Hiſtorica leviter tangam, E. Chriſtiani Theologi uſu omnino hodiéque eſt-

etiam nati Muhammediſmi tempora oſtendere poſſe: noviſſe item quæ dogmata, cumprimis poſt Muhammediſmum natum, recens in Eccleſiam, præter S.Scripturæ authoritatem, magno cum infidelium ſcandalo & Orthodoxiæ detrimento, irrepſerint: De Angelorum religioſo cultu, Sanctorum invocatione, Sacerdotum cœlibatu, Epiſcoporum ἀνυπευθύνῳ judicio, creaturarum ſuperſtitioſis conſecrationibus, idolorum veneratione, & fraudulentis in iſta aſſerenda miraculis, de auriculari confeſſione, Feſtorum multiplicatione, Interceſſorum multitudine, Miſſa, Sacrificulorum in plebem Chriſtianam arrogantia, peccatorum confeſſione, illicito examine exprimenda, & quæ ſunt ejuſmodi alia, ab ipſis Muhammedanis, multis ante Reformationem temporibus, opera minimè deſide obſervata.

XCV. E. Neque verò à Theologico ſtudio alienum eſt noviſſe Chriſtianæ Eccleſiæ ab Orientali Antichriſto miſerè infeſtatæ; ſive potiùs ipſius Orientalis Antichriſtianiſmi; rationem, id quod cumprimis in multis deſiderari poſſit. Noviſſe; inquam; unde impoſtor Muhammed ſuæ & proſapiæ & apoſtaſiæ incunabula derivet, quàm ementia fraude novam Religionem cuderit, quæ divina colloquia cum Deo & Archangelo Gabriele jactârit, quî Alcoranum, ſive Furkanum in cœlo ſcriptum, ad ſe verò cœlitus tempore vel eodem vel diverſo (prout mendaciſſimus impoſtor antilogias crebras habet) Arabicè demiſſum fuerit mentitus, qui ob novam Religionem à tribulibus Coreïſchitis; & Meccenſi Magiſtratu, patriâ Meccâ; ſive Beccâ; ejectus, Medinam ſeu Iatrebum verſus fugam; quam *Hegiram* Arabes dicunt; molitus, variis dolis faſces regnandi ibi quoque ſibi fecerit, qui hoſtes devicerit, in Prophetico munere æmulos Caabum, Aſwedum,

dum, Muſeilmannum, Tulitam alióſque ſubruerit, qui Meccam hoſtili manu ſuperârit, quos reliquerit ſucceſſores, quo ſucceſſu & quibus armis iſti Muhammedici imperii latifundia ampliârint,& etiamſi cætera ipſi ſibi infeſti in novam tamen Religionem conſpirârint, iſtam etiam inter Arabes unam retinendam ſanciverint, Chriſtianæ Orthodoxiæ libros legi prohibuerint, de Corano ejusque fide vel diſputantes capitis arguerint, qui inter Muhammedanos ipſos (ut hæreſeos pateat vanitas) prodierint ſectæ Hanifæorum, Melkitarum, Schafæorum, Henbelitarum, Aſcharitarum, Schamrachitarum,Gebritarum,Caranitarum, &c. qui non omnes Sunam,ſive civilis juris pandectas à Muhammede conceptas receperint, quo ſucceſſu Muhammedani Aſiam, Africam, Europam obeuntes cum Chriſtianis, Iudæis, Sabæis coaluerint, Linguarum Græcæ, Hebraicæ,Arabicæ ſtudia promoverint, Academias,ut Cufenſem, Baſoranam, aliáſque inſtituerint, quibus ſcriptis Theologicis, Hiſtoricis, Medicis, Philoſophicis,Phyſicis,Aſtronomicis, Rhetoricis, Poëticis, Grammaticis inclaruerint, quanto denique cum furore Iudæos primùm infeſtârint, & quibus de cauſis deinde etiam adverſus Chriſtianos in odia incaluerint, & quæ ejuſmodi alia ſunt.

XCVI. Noviſſe enim hæc cuncta eò facit, ut

A. Ex eventu rei Danielis Prophetiam & S. Iohannis Apocalypſin explicarè poſſimus. Utrobique enim non pauca ſunt,*quib. de* (verba ſunt D. Bibliandri præfat. in Alcoranum) *exactè conſtitui non poterit, niſi univerſam Muhammedis doctrinam & inſtituta ex ipſius organo cognita cum Prophetiis conferamus.*

B. Ut putidæ iſtæ Ieſuitarum, Gaultherii, Campiani, Franciſci Guilimani, aliorúmque, Reformatores cùm Muhammede, doctrinam verò eorum cum Muhammediſmo

con-

conferentium ſolidiùs abſtergi, & in Romanum Pontificem retorqueri poſſint.

XCVII. F. Denique *Arabicæ L. Vſus* notabilis prorſus eſt in monumentis multis, quæ apud Græcos & Latinos aut penitus, aut magnam partem jam ceciderunt, apud Arabes tamen ſolos hodiéque integra cuſtodiuntur. Iſta verò non ſolùm profana Gentilium, ſed imprimis ſacra S. Patrum, Clementis Alexandrini, Chryſoſtomi, Baſilii, aliorúmque ſunt. Quid quòd memoria literarum Arabicarum multa Patrum ſcripta, Hiſtoriam item Conciliorum, Synodorúmque & Nationalium, & Univerſalium, plurimáque alia ejuſmodi habet, quæ neque ad Latinos & Græcos, neque per iſtos ad nos hactenus pervenerunt?

XCVIII. Reliqua mihi pars eſt cæterarum quoque *Perſicæ, Æthiopicæ, & Ægyptiacæ linguæ Vſum in Chriſtianæ Theologiæ ſtudio* monſtrare: pauculis exequar.

XCIX. *Perſica Linguæ* in Chriſtiani Theologi uſu eſt A. *In ipſo contextu V. & N.T.* Hîc enim non crebræ voces ſolùm, in Eſtera maximè, Eſra & Matthæo Perſicæ extant, v.g. אחשורוש , אסתר , פרתמים , אחשתרנים , אחשדרפנים, μάγος, &c. ſed & res ipſæ aut in Perſia, aut magnam partem à Perſis geſtæ deſcribuntur.

C. B. *In S. Contextus Perſicis tranſlationibus.* Ejuſmodi enim apud Perſas etiam eſſe viri eruditi ambiguum non habent. Quamvis præter *Pentateuchum Tawaſi Perſicum,* Conſtantinopoli editum, & Pſalterium, recèns tamen tranſlatum, ad nos hactenus nihil pervenerit.

CI. C. *In Hiſtoria Eccleſiaſtica.* Perſicæ enim Linguæ ſciens non tantùm, quæ in monumentis Perſarum de Chriſtiana Orthodoxia paſſim ſparguntur, ad uſum Eccleſiaſticum applicare poterit: ſed & fraudes ab Monachis & Ieſuitis Perſicâ Linguâ, pro Romanæ Apoſtaſiæ pomœriis am-

amplificandis, conceptas facilè deteget. Id quod ſpecimine eximio nuper præſtitérunt magni illi Orientalis Philologiæ promotores *Joh. Elichmannus*, & *Lud. de Dieu*, qui Euangelicam Hiſtoriam Perſicâ Linguâ ſcriptam, anilibus nugis refertam, Mogulenſiúmque Regi ab Hieronymo Xaviero Ieſuita oblatam, Latina verſione in theatrum & lucem produxit.

CII. D. Denique non ſine uſu L. Perſicæ notitia eſt in Hiſtoria, Philoſophia, & Philologia Gentili. Perſas enim in Hiſtoriis univerſalibus, & particularibus, Ethica, Poëtica, &c. ad ipſam quaſi ἀκρότητα eruditionis conſcendiſſe multis oſtendi poſſet exemplis & ſpeciminibus. Hæc certè una cauſa eſt, quòd ne ipſos quidem nobiliores Turcas pudeat L. Perſicæ uſum ſuis aulis inferre, vernaculámque ſibi Turcicam hac cum miſcere.

CIII. *Ægyptiaca Lingua* ſuam habet utilitatem

A. *In ipſa S. Scriptura.* Hic enim comperiri eſt rerum à Iudæis in Ægypto geſtarum hiſtoriam nonnunquam Ægyptiaca requiſiviſſe vocabula. Cujuſmodi in Geneſi & Exodo vel maximè videmus משה, צפנת פענח, &c. De vocabulo אברך infra agemus.

CIV. B. *In Biblici Codicis verſionibus*, quales antiquiſſimas apud Ægyptios eſſe faciunt compertum cúm analyſis utriuſque Teſt. librorum ferè omnium Ægyptiaca, nobiſcum hic aſſervata: tum Vaticana Bibliotheca, in qua Copticum Pentateuchum haberi *Athanaſius Kircherius* in Prodromo Coptico commemorat.

CV. C. *In Eccleſiaſtica Hiſtoria.* Siquidem non Hieronymus tantùm Ægyptiacorum quorumdam vocabulorum *Nonni, Nonne, Cauſes, Remboth, &c.* ſparſim meminerit: ſed Chriſtiani quoque Coptitæ non pauca, antiquitatis venerandæ, Patrum monumenta ſuâ Linguâ exarata habeant.

CVI. D. *In Hiſtoria* denique *profana & Philologia univerſa* Ægyptiacæ L. notitia impensè nobis commodat: idque non ſolùm quia Iamblichus *de Myſteriis Ægyptiorum*, & Plutarchus paſſim, vel maximè *de Iſide & Oſiride*, aliique etiam Ægyptiacarum rerum commentatores vocibus crebrò utuntur Ægyptiacis: ſed & quia ipſi Ægyptii ſcripta jactant linguâ ſuâ antiquiſſima cùm aliorum, tum Triſmegiſti Hermetis monumenta.

CVII. Coronis noſtri Speciminis eſt *de Æthiopica Lingua.* Hæc enim etiamſi apud Europæos hactenus omni ferè cultu vacârit; ob commendabilem tamen uſum, quem S. Theologiæ & Philologiæ ſtudio commodat, operam aliquam ſibi quoque impendi meretur.

CVIII. Primùm enim planê conſtat Hebraicarum vocum multarum, in V.T. Canone adhibitarum, radices, adeóque primas & nativas ſignificationes in Iudæa exoletas apud Æthiopes integras conſervari. Id quod exemplo מלאך ad Paragr. LII. oſtendimus.

CIX. Deinde etſi *Æthiopica Verſio*, quæ in utriuſque Teſtamenti libros nonnullos (Pſalterium nempe Davidicum à Ioh. Potheno Romæ edita An. MDXIII. & M. S C. quoq; alia: in Novum item Teſtamentum Romæ excuſa MDLVIII.) extat, ejuſmodi ſit, ut πλαγιάζειν paſſim videatur, aliquibus tamen N. Teſt. obſcurioribus locis lucem ex iſta poſſe afferri Doctiſſ. *Ludov. de Dieu* ejus cum Contextu Græcô in IV. Euangelia collatione comprobavit.

Placuit, prologi inſtar, ſeu παρεκτικῆς, hanc ſubjicere Diſſertationem, ut, ὡς ἐν τύπῳ quid deinceps ex Orientalium penu promturi ſimus quò ſic æquiſſimis, Doctiſſimi Viri poſtulatis ſatis καλῶ μέρ⊛ fiat, clariùs pateſcat.

Caput

Caput IV.

De Linguis Orientalibus, *Originalibus præſertim*, in Genere; *earundemque in Eccleſia pretio.*

ABen Eſra, ad verbum רפאך *Sanans te*, *Exod.* 15. v. 26. ita commentatur: אהיה רופאך מכל מחלה שגזרתי להיותה על הארץ אין לך צורך לרופא כאשר רפאתי המים המרים שאין יכולת ברופאים לרפאם והנה דבר מרה הפך המכה הראשונה כי מימי היאור היו מתוקים ולא יכלו לשתות וכאן המים המרים שבו מתוקים והנה השם עשה הדבר והפכו על כן יש לך להשמר שלא תמר בו ולאהוב אותו כי הוא ייטיב לך: *Ero medicus tuus ab omni morbo, qui decreto meo, infeſtavit terram; quemadmodum & aquas amaras, cæteris Medicis ἀνιάτως, ſanavi. Hæc verò amaritiei plaga, priori plagæ contraria eſt. Aquæ enim fluvii* (ſic Nilus κατ' ἐξοχὴν *vocatur*) *adeò erant dulces, ut bibi non poſſent, hic verò aquæ amaræ convertuntur in dulces. Ecce verò Deus hujus rei, & contrariæ etiam author eſt. Cave proinde, ne exacerbes Deum, ſed ames, ut bene tibi faciat.* Miraculum hoc Rabbini nonnulli hinc amplificant, quòd, cùm lignum illud, quo aquis dulcitudo (ut loquitur Juriſconſultus) conciliata fuit, naturâ ſua amaritiem (vide *Kimch.* 2. Reg. 2. v. 21.) potiùs inducere debuiſſet, contrario effectu, eaſdem edulcârit. Nempe proclive fuit Authori Naturæ patrare נס בתוך נס *miraculum in miraculo*, ut ſcribit *Kimchius*, vel, ut eſt in *Ceſeph Mezukak* pag. 84. c. 4. ubi integra hac de re extat concio, ſanare vulnus מתוך המכה עצמה *ex ipſo vulnere*; atque adeò contraria contrariis pellere, & venenum in antidotum convertere. Hæc providentiæ divinæ Methodus alibi etiam luculentiſſimè apparet. Magnum certè Lin-

Digitized by Google

guæ beneficium eſt, quo animi ſui ſenſa ſolus homo exprimit. Unde, quem *λογικὸν ζῶον* animal rationale Philoſophi appellant, Chaldæi, Arabes & Syri, ut plurimùm ממללא *loquentem* nuncupant. Ita Gen. 2. v. 6. pro לנפש חיה *in animam viventem*, Onkel. habet לרוח ממללא *in ſpiritum loquentem*, adeò, ut formam hominis in *λόγῳ* potiùs *προφορικῷ*, quàm *ἐνδιαθέτῳ* conſtituere videantur. Ex Arabibus *Abrahamus Ecchellenſis* ſynopſim nobis dedit Philoſophiæ Arabicæ, ubi propoſit. 7. אעלם אן אלנפס אלנאטקה עלי קסמין. *Scito animam loquentem* i.e. rationalem, *biſariam dividi.* Poſtquam verò linguâ potiſſimùm homo peccâſſet, tum deguſtando fructum arboris vetitæ, tum etiam varios in Deum ipſum injurios cum ſerpente cædendo ſermones, in Linguam etiam ita fuit animadverſum, ut, manente quidem materiali, i. e. ſermone Hebræo, formale tamen, res Lingua exprimendæ variis patuerint malis. Lingua, *πῦρ, καὶ κόσμος τῆς ἀδικίας, Jacob. 3. 6.* fieri cœpit. Qua debuiſſet, potuiſſet etiàm, homo, *εὐλογεῖν τὸν Θεὸν, καὶ πατέρα,* v. 9. *καταρᾶσθαι τοὺς ἀνθρώπους, τοὺς καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγονότας* maluit. Unde, qui una & ſimplici lingua Deum conſtanter laudare noluit, triplici poſtea (ita Hebræi turpiſſimum linguæ vitium, *calumniam* appellant, vide *Jus Heb. S.* 243.) mulctatus fuit. Et cùm ne ſic quidem *τὸ ἀκατάσχετον κακὸν,* Lingua, coërceri potuiſſet, ſed, latiùs graſſata, ipſi in Cœlis Deo bellum indicere perrexiſſet; profanas de erigenda inſanæ ſubſtructionis turri, quæ ipſos feriret cœli cardines, cogitationes temere effutiens, aliâ affligitur plaga, & uſus præſtantiſſimi aliâs organi, Dialectorum confuſione ita debilitatur, ut cùm inde ab orbe condito omnium eſſet שפה אחת ודברים אחדים *unum labium, eadémque lingua*, Gen. 11. v. 1. vix poſthac pauci, Linguæ vernaculæ ſubſidio, ſuam ſibi commodè mentem aperire potuerint.

Am-

Amplus quidem hic pateret campus diſſerendi, I. *De multitudine Linguarum ; ſit ne Natura*, quod nonnulli Philoſophi ἄπε γεαφῆς, defendunt; *an pœna* ? Et ſi hoc (illud enim ex ipſis Hebræis doctè refutavit R. *Levi Ben Gerſon, lib.* מלחמות ה׳ l. 6. c. 25.) mediatè, an immediatè à Deo ſit inflicta? Prius illi aſſerunt, qui vel Angelos, exemplo *Jonathanis*, Gen. 11. R. *Eliez.* in Pirk. cap. 24. *Origenis* homil. ſuper Num. 11. vel homines, qui tamen iterum in varias abeunt claſſes, in ſocietatem operis cum Deo venire contendunt. Poſterior ſententia, quæ & ſcripturæ magis convenit, ita Deo confuſionem Linguarum ſoli tribuit, ut tamen modum, quicunque fuerit, planè arcanum agnoſcat & miraculoſum, utpote cujus vi homines illi prioris linguæ ſubitò ſunt obliti, & quibus momento alia & confuſa lingua fuit indita, ſed pro ratione populorum, quos Deus ſimul habitare volebat, ut ex Linguæ cognatione ſuam quiſque familiam agnoſceret, ſedémque aptam eligeret.

II. *De occaſione* hujus confuſionis, ſtructura videlicet turris Babylonicæ, ubi quæritur, *quinam Architecti illi fuerint?* An Chami familia, quod vult *Abarbanel, Tanchuma* R. *Eliez.* Pirk. 24. R. *Sol.* ad Gen. 10. verſ. 9. Utrum Noachus cum Schemo fuerint מבוני המגדל *ex ſtructoribus illius turris*, quæ ſententia eſt, R. *Levi Ben Gerſon.* & R. *Abraham Seba*, Hiſpani, ita tamen, ut ad propoſitum tantum deunitate inter ipſos conſervanda, conſenſerint. *An*, quod quidem ex Chriſtianis negat *Alphonſus Toſtatus*, ex Hebræis *Aben Eſra, tanti operis intentione peccârint*, rectiùs verò cum *Abarbanele* cæteri affirmant? Quodnam peccatum illorum fuerit, ſimplex tantùm, ſive θεομαχία vel aperta, vel opertu, an multiplex, ſuperbia, ambitio, Dei neglectus & contemtus, labor irritus & inutilis, &c.

III. *De numero Linguarum*, in quas diviſio illa facta eſt, utrùm præcisè, pro numero 70. nepotum & familiarum Noachicarum, ſeptuaginta ſint Linguæ, quæ communis eſt Hebræorum ſententia, aſſerta in *Zemach. David* p. II. Anno M.996. R. *Becbai* S. נח fol. 20. R. *Niſſim*; Paraphraſta Chaldæo *Jonathan* & *Hieroſolymitano* Deut. 27. verſ. 8. an verò LXXII. quæ ſententia fuit *Eupori* & aliorum Hiſtoricorum, teſte *Clem. Alexand.* Stromat. l. 1. *Epiph.* lib. 1. T. 1. Cont. hæres & eodem lib. T. 3. quem etiam numerum approbâſſe videtur *Hieron.* in Matth. cap. 26. v. 53. *Guido Fabricius* Boderianus, Præfat. in N. T. Syriacum, qui tamen malè Hebræorum calculo hanc ſententiam probari aſſerit, an tandem, quod tutiſſimum eſt, multæ quidem ſint Linguæ, nullo tamen certo numero definitæ, id quod vel inde patet, quia videmus ipſas linguas generationi & corruptioni, ſi non totali, partiali ſaltem, non minùs eſſe obnoxias, atque alia ſublunaria. De Ægyptiaca, Græca, Latina Lingua, variiſque earum mutationibus, qui dubitat, infans eſt, & in Hiſtoriis αἰσθητήρια γεγυμνασμένα non habet.

IV. *De tempore confuſionis* Linguarum. Acerrimi hic eruditorum ſunt conflictus. Alii *ad* ætatis Pelegi *initium* referunt, alii ad *medium*, iterum deníque alii ad *finem*, adeóque annum ejus emortualem. Prima ſententia *Joſephi* eſt Antiq. l. 1. c. 7. *Auguſtini* de Civ. Dei, l. 16. c. 11. *Merceri*, *Muſculi* in Genes. *Poſtelli* de Originib. c. 20. *Beroaldi*, *Perkinſi*, *Brougthonis* *Patei*, *Pererii* & aliorum. Secunda, *Cornelii à Lapide*, *Tornielli*; Tertia, *Hebræorum plerorumque*, quam hauſerunt ex *Seder olam*, quámque ex Chriſtianis non pauci ſunt amplexi. Hæc, inquam, & ſi quæ ſunt alia, originem Linguarum pandentia, operoſius hîc tractari poſſent; quia tamen hoc ipſum abundè præſtitit *Clariſſ. Buxt.* prolixa Diſſerta-

ſertatione de Linguæ Hebrææ confuſione, & plurium Linguarum Origine, ſumma attigiſſe capita ſufficiat. Id potius inſtituti ratio poſtulat, ut breviter demonſtremus, Linguarum diverſitatem pœnæ loco inflictam, ita paulatim ob inſignem earum uſum admirationi eſſe iterum cœpiſſe, ut non minus in Veteri, quàm Novo Teſtamento vixerint honorati בעלי לשונות *Linguàrum periti*. Abhorruit gens Iudaica à ſtudiis exoticis longo tempore; Linguarum tamen peritia in pretio fuit, nullis tributa, niſi quibus maxima quæque aſſerta vellent & vindicata. Ioſephum *πολύγλωττον* fuiſſe, & ab Archangelo Gabriele ita inſtitutum, ut 70. calluerit linguas, tradunt *Talmudici*, Tract. Sot. c. 7. Eliciunt hoc Myſterium ex litera ה Pſal. 81. verſ. 6. עדות ביהוסף שמו *Teſtimonium in Joſeph poſuit illud.* Idem referunt de Mardocheo Talmudici in *Megilla*, & *Paraphraſtes Chaldæus* Eſther. cap. 2. v. 22. idque propterea, quia fuit מיושבי לשכת הגזית *ex aſſeſſoribus Cameræ λιθοστρώτου.* Lege nempe ſancitum erat, ut nulli in ſecretius hoc admitterentur Conſilium, niſi quem notitia 70. Linguarum commendaret. Unde expreſſum in *Cod. Sanhedr.* c. 1. textus:

אמר ר׳ יוחנן אין מושיבין בסנהדרי אלא בעלי קומה ובעלי חכמה ובעלי מראה ובעלי זקנה ובעלי כשפים בשבעים לשון שלא תהו סנהדרי שומעת מפי התורגמן. *Inquit R. Jochanan: Non aſciſcebant in Synedrium* (magnum videlicet) *niſi viros præditos ſtaturâ, ſapientiâ, præditos aſpectu reverendo, præditos ſenectute, præditos ſcientia magica, gnaros ſeptuaginta Linguarum, ut non opus haberet Senatus audire quemquam ex ore interpretis.* Hyperbole eſt, dubio procul, Synecdochica, quæ de LXX. Linguis jactant Magiſtri; docet tamen illa, quanti Linguas cæteras fecerint illi, quibus ſola Hebraica ſufficere potuiſſet. Quo fine peritia Magica à Senatoribus illis requiſita fuerit; commodè explicat R.

Levi

Levi Barzel. Seph. Chin. S. 491. אין מעמידין בסנהדרין בין גדולה בין קטנה אלא אנשים חכמים ונבונים בחכמת התורה ויודעים גם כן קצת משאר החכמות כגון רפואות וחשבון תקופת ומזלות ואצטגנינות ודרכי המעוננים והקוסמים והמכשפים כדי שיהו יודעים לדון העם בכל דרכים אלו אם יצטרכו לכך. *Nominem aſciſcunt in ſynederium vel magnum vel parvum, niſi ſapientes, peritos ſapientiæ legalis, gnaros inſuper reliquarum etiam quarundam ſcientiarum, Medicinæ, Aſtronomiæ & Aſtrologiæ, ſtudiorum hariolorum, divinatorum & Magorum, adeò ut ipſi nôrint de populo in talibus judicium ferre, ſi neceſſe fuerit.* Inter Reges πολυγλώττους excelluiſſe tradunt *Solomonem*, cui cum quibuſdam aliis notitiam 70. Linguarum tribuunt. In *Novo Teſtamento*, cùm placuiſſet Deo pomœria regni ſui ad Gentes etiam, quas præteritis ætatibus ſuis ſiverat ambulare viis, *Act.* 17. extendere, Linguarum illud ſubſidio fieri debuit. Unde & Apoſtoli, domi enutriti, & ſoli Dialecto Galilæorum obſcuræ & barbaræ aſſueti, Pentecoſtes feſto miraculosè linguarum tanta peritiâ fuerunt divinitus inſtructi, ut Iudæi; *ἄνδρες εὐλαβεῖς, ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν viri religioſi ex omni natione eorum qui ſub cælo ſunt*, audiverit unuſquiſque ſua propria Lingua ipſos loquentes, Parthi, & Medi, & Elamitæ, & qui incoluerunt Meſopotaniam, Iudæam, Cappadociam, Pontum & Aſiam, Phrygiam & Pamphiliam, Ægyptum & partes Lybiæ, quæ eſt ſecundùm Cyrenem, Advenæ Romani, tum Iudæi, tum Proſelyti, Cretes & Arabes, *Act.* 2. v. 5. 6. 9. 10. 11. Miraculi hic naturam non excutiam. Illud mirari ſubit, eruditiſſimos & emunctiſſimæ nonnunquam naris ſcriptores in explicatione ejus ſibi & aliis crucem fixiſſe. Quorſum probabile ſit, ut voluit *Eraſmus*, Apoſtolos ſuâ linguâ fuiſſe locutos, & miraculo factum, ut nemo non intelligeret, perinde ac ſi ſuam quiſque linguam audiviſſet?

Quaſi

Quaſi verò miraculum fuerit in Auditoribus, non autem in Diſcipulis Chriſti? Neque etiam dignitati miraculi velificantur, qui nolunt ultra diem illam durâſſe *δύναμιν ἑρμηνείας*, quam Spiritus ſanctus iis afflaverat; adeò ut quamdiu ſuper eos ſederint Linguæ diſperſæ, ſpiritu perficiente ſancto, tamdiu omnibus locuti fuerint linguis; ablatis verò linguis, ceſsârit miraculum. Qui ita ſentiunt, parùm religiosè obſervare videntur, cui bono tantum miraculum! Ideò nempe Beatos Apoſtolos Linguarum accepiſſe donum, ut profecti in orbem docendo & baptizando facerent diſcipulos, *Matth.* 28. *Marc.* 16. Non præſenti tantùm occaſioni, & illuſtri trium millium converſioni linguæ inſervire debuerunt; majori deſtinatæ erant per univerſum mundum meſſi. Et ut de ſolo Petro dicamus, ita illi Iudæorum demandata eſt ἀποστολὴ, ut abſque Linguarum, Græcæ cumprimis, cortice in tanto oceano nare non potuiſſet. Res enim illi, ut patet ex 1. Ep. c. 1. v. 1. fuit cum ἐκλεκτοῖς παρεπιδήμοις διασπορᾶς Πόντου, Γαλατίας, Καππαδοκίας, Ἀσίας καὶ Βιθυνίας, in quibus locis Græco potiſſimùm ſermone Iudæi utebantur. Objicere enim, Epiſtolam hanc Syriacè ſcriptam à Marco in Græcam Linguam eſſe tranſlatam, conjicere eſt. Eadem ratio reliquorum etiam fuit diſcipulorum. Sufficienti quique ad obeundum munus ſuum erant inſtructi viatico. Quòd interpretem veteres Petro Marcum aſſignant, cum grano ſalis intelligi debet. Ex indulgentia non indigentia adhibitum, comitis potiùs, quàm interpretis officium feciſſe, tutius eſt admittere, quàm Apoſtolo Petro neceſſariam Linguæ Græcæ notitiam abjudicare. Et ſanè ſi Apoſtoli impoſitione manuum aliis Linguarum contulerunt notitiam, *Act.* 19. v. 6. cur eâ non polluerint ipſi? Nihil eſt in principiato, iniquiunt Philoſophi, quod non ſit in principio. Acce-

 perunt

perunt igitur Apoſtoli tantam uno momento Linguarum copiam, quantam ſibi ullus mortalis vix toto vitæ tempore acquirere poſſet. Quantæ difficultatis ſit exoticarum linguarum exactam conſequi notitiam, illi experiuntur, qui poſt multos labores unam alterámve vix balbutientes exprimunt. Apoſtoli verò Hebræis Hebraicè, Syris Syriacè, Græcis Græcè, Latinis Latinè, Perſicè Perſis, Arabibus Arabicè, τὰ μεγαλεῖα θεοῦ enarrabant. Atque ita per ſuperbos homines (extructores videlicet turris Babylonicæ) diviſæ ſunt Linguæ, per humiles verò Apoſtolos congregatæ ſunt Linguæ; ut loquitur *Auguſtinus* in Pſal. 54. Rectè congregatas eſſe Linguas judicat Auguſtus Pater. His enim nationibus receptiſſimas per orbem Dialectos notas fuiſſe & uſitatas, quis ambigat? Non deerat Lingua *Hebræa*; ab impuriori diſtincta Galilæa, aderant enim Hieroſolymitani Iudæi: Non *Aramæa*, Meſopotamiæ incolis vernacula: Non *Græca*, per Aſiam, Phrygiam, Pontum, Cappadociam, diverſis tamen Dialectis culta: Non *Latina* tum Iudæis, tum proſelytis Romanis nota. Multi enim reperiebantur tum Iudæi τρίγλωττοι, Græca, Syriaca, & Romana uſi. Non *Africana*, ſeu *Punica*, quam Actuum ſcriptor, ex Auguſtini mente, Libyæ nomine comprehendit. Non *Ægyptiaca*, diſertis expreſſa verbis. Non *Arabica*; non cæteræ illæ barbaræ 22. quas Mithridatem didiciſſe aliquando, monumentis veterum aſſeritur. Quæ vel explicitè, vel Aſiæ involucro proponuntur: Non *Perſica*, *Medica*, *Elamytica*, quam potentiſſimæ & bellicoſiſſimæ orbis nationes familiarem habebant. Atque hoc Linguarum donum cum Pentecoſte illa prima non expiravit. Neque enim minùs quàm donum ἰαμάτων in Apoſtolica Eccleſia locum habuerunt γένη γλωσσῶν genera linguarum, & ἑρμηνεία γλωσσῶν donum interpretandi lin-

di linguas peregrinas, quo quidam præditi erant 1. *Cor.* 12. 10. 28. 30. Hoc, cùm ad oſtentationem abuterentur Corinthii, meritò in Apoſtoli ἐπίπληξιν incurrerunt. Poſt Apoſtolorum exceſſum, tempore adhuc *Juſtini Martyris* reperimus, ne tunc quidem extraordinaria ἰάσεως καὶ προγνώσεως dona planè expirâſſe, quod diſertis idem teſtatur verbis *Dial.* cum Tryph. At τὸ λαλῆσαι γλώσσαις χάρισμα, cum inſtituta jam ordinaria docendi & diſcendi in Academiis & Eccleſiis Methodo planè ceſſavit, admiratione interim ſui aliqua relicta apud eos, qui magno Zelo & animo in ſtudium linguarum lati fuerunt. De quibus ſuo loco. Obſervent interim, qui adunco naſo Linguas ſuſpendunt, quo cum ſibi res ſit; quàm malè oderint, quæ ignorant, & quæ Spiritus ſanctus ipſe, præſentiæ & virtutis ſuæ documenta extare voluit.

Caput V.

Παρασκευὴ *ad tractationem* μερικὴν; *& hoc quidem capite demonſtratur, ab Interpretibus Scripturæ Sacræ, quorum* ἔργον *eſt, Contextum Biblicum in Linguas transferre vernaculas, requiri notitiam* 1. *Linguarum* Originalium. 2. Orientalium *vicinarum Arabicæ, Perſicæ, Æthiopicæ, Syriacæ, Ægyptiacæ.*

NE quis exiſtimet, Linguarum nectare ita nos eſſe inebriatos, ut, Perſica lege, ad earum notitiam æqualem omnes rigidè aſtringamus, qui Theologi ſibi ſumunt axio-

Prout cujuſvis rationes, & muneris partes ſunt comparatæ, ita etiam vel plures vel pauciores linguæ ſuum conferunt Symbolum. *Habet* vaſtus ille Theologiæ oceanus ſuos etiam Iſthmos, ſinus & portus, in quos, poſtquam diu ſatis ſcalmum ſcandere, & ſentinam variorum laborum haurire Theologiæ Candidati aſſueverint, ſe recipiunt. Hinc videmus, ferri aliquos ſtudio *Metaphraſtico*, ſive Paraphraſtico contextus ſacri; alios *Symbibaſtico* obſcuriorum locorum, & diverſarum verſionum; alios *Exegetico* rerum, alios *Homilitico*; alios *Elenctico*; iterum alios *Didactico, Catechetico, Practico, Hiſtorico, &c.* quid ſinguli à Linguarum ſtudio expectare poſſint, diſpiciemus. Et hoc quidem capite de illis agemus, qui contextui Sacro tranſvaſando operam ſuam locant. Qui ad tranſlationes Bibliorum animum appellunt ſuũ, arduum ſuſcipiunt negotium, & quod præter omnium invidiam, multis expoſitum eſt periculis, cùm vix alii συμπάθειαν faciliùs mercantur, quàm qui in hoc Oceano in ſyrtes allidunt, & ſcopulos. Hic jam quiſque in ſe deſcendat, & quantæ aleæ molem ſuſcipiat, æſtimet ipſe; Sine quidem vel in Avicennæ, vel Hippocratis, vel cujuſcunque authoris tranſlatione impunè peccare liceat; at verbum Dei παρερμηνείαις collutulare, eaſdemque poſtea plebi Eccleſiaſticæ obtrudere, quanti periculi ſit? Ad animum ergò revocent, qui his ſe poſteritati commendare volunt ſtudiis, certóque perſuaſum habeant, abſque earum Linguarum ſe fruſtra fore notitia, quibus vel major vel aliqua ſaltem pars Scripturæ ſacræ eſt exarata. Quiſquis igitur in veteris Teſtamenti tranſlatione non modò cum fructu, ſed etiam cum laude verſari vult, afferat neceſſe eſt

A. *Linguam Hebraicam.* Hac enim Linguâ Authenticæ tabulæ initiò traditæ & ſcriptæ ſunt. Heic magnis verborum

Digitized by Google

borum ambagibus opus non eſt: rerum teſtimonia adſunt. Aut num benignius ille tractandus, qui in ipſius Dei ſacra, eorúmque Interpretationem nulla Linguæ Originalis præditus notitia involat, quàm quilibet alius thraſo, qui illius ſe Linguæ fingit Interpretem, quam ne à limine ſalutavit?

B. *Chaldaicam*, quòd in *Geneſi*, *Jeremia*, *Daniele*, *Eſra*, non pauca occurrunt ἀποσπασμάτια, Dialecto Chaldaica exarata, quibus transferendis ſola Hebrææ Linguæ notitia non ſufficit. Proximè quidem (vide *Abarbinel.* Comment. in Daniel. pag. *9*. à. b. *Meor. Enajim*. p. 172.) ad Hebræam Linguam Chaldaiſmus accedit; ſuis tamen Idiotiſmis intricatus peculiarem efflagitat operam: quàm huic Linguæ denegare non poſſunt, quibus Tranſlationis negotium curæ eſt.

Atque harum Linguarum peritia, abſque limitatione in hoc ſtudii genere eſt neceſſaria: de cæteris hoc certum, & noſtri potiſſimùm ſeculi fide abundè probatum, quòd, quò majorem Interpres huc attulerit Linguarum vicinarum peritiam, eò feliciori pede in auguſto illo opere ſit progreſſurus. Nam polliceri poſſumus

A. De Lingua Arabica; plurima eam huc conferre; 1. *Voces obſoletas & injuria temporum Hebræis penè ignotas Arabes reſtituunt*. Exemplis egimus fuſiùs in *Anal*. P. 1. p. 145. & 258. Cùm in examine nuper occuparemur Capit. 1. Geneſ. deprehendimus initio ſtatim pleorumque vocabulorum, obſcurorum ſatis, & malè à Criticis nonnullis vexatorum, originem fruſtra quæri apud hodiernos Hebræos, quorum lingua arctis V. T. cancellis includitur; Arabum hic in ſubſidium vocanda ταμιεῖα. Audacter pronunciavi; audaciùs in propoſito perſtiti, cùm totidem penè verbis poſtea Clariſſ. *Pocok*. Not. Miſcell. pag. 34. eandem viam

I 3 often-

oſtendiſſe comperiſſem. *Quòd ſi objiciatur*, inquit pag. 34. *nec thema ipſum, nec aliquam ejus propaginem alibi in Sacro Codice extare, non eſt, quòd nos hoc moveat, utpote quod aliis compluribus cum ipſo commune ſit, quorum alia, themata ſua, quæ in longam deſuetudinem abierunt non aliunde, quàm è vicinis Syrorum & Arabum Dialectis agnoſcunt; alia ſemel tantum occurrentia, non alia habeant ſignificatus ſui indicia. Non opus eſt, ut his probandis multum operæ inſumamus; Vel primus Geneſ. verſiculus exempla ſuggerit omnibus notiſſima. Unde enim ipſius Dei appellatio* אלהים *apud Hebræos? Ab* אלה *juravit? Longius petitum hoc, ut taceam inter* ה *Mappikatum & quieſcens differentiam. Diſcimus ergo è lingua Arabica, ab* אלה coluit, ſervivit, *nomen hoc* unicè colendum *indigitari. Unde cæli* השמים dicuntur, *quis noverit, niſi Linguæ Arabicæ, in quam ex Hebraica antiquitus fluxerunt ſignificatus iſti, ope? Jam verò ne ad longè petita neſcio quæ Etyma divertamus, facit quod in ea vocem iſtam Altitudinis & Eminentiæ intellectum habere docemur. Obſervavit illud jam Aben Eſra ſuis ad hunc locum commentariis:*

טעם שמים גובה ומעלה וכן בלשון ישמעאל שרבו על מתכונת לשון הקדש

Significatus Schamaiim eſt altitudo & eminentia, uti etiam in Lingua Iſmaelitica, quæ in pleriſque Linguæ ſanctæ conformis eſt. Rectè, apud eos enim סמא Sama eſt elatum, altum, excelſum eſſe, eminere, unde quicquid alia ſupreminet, nomine סמא Samaò gaudet: *Meritò igitur cælum; quòd alii incerta neſcio quæ ſectati ſint, ignem aquâ miſcentes, Arabiſmi ignorantiâ factum videtur. Si ad illud quod proxime ſequitur, pergamus* הארץ Haaretz, ſcil. *ejuſdem etiam nullibi in ſacro volumine obviam radicem ſuppeditabit, nobis eadem Arabum Dialectus. dum* ארץ Ards *à Themate* ארץ Aradza, *contraria ſuperioris notionis quicquid humili, atque* infimo loco; ſeu infra cætera poſitum eſt, *(ac proinde terram à ſitu nomen ſortitam) appellatum docet. Eadem, ne in* תהו ובהו Tohu & Bohu *Originibus indagandis incertus erres, aut inanem operam impendas, ducem ſe præbebit, monens*

תאח

Digitized by Google

תאת Taha *idem eſſe quod* עפל neglexit, neglectui habuit, deſeruit, *&* תוה Tavah *tranſpoſitis literis*, periit: בהא *autem* vacuum atque inane eſſe; *unde* אלבאהא Albahi, *domus vacua & deſerta*, ut ſint Tohu & Bohu neglecta & deſerta, *& hoc ſenſu (ſi ita loqui liceat)* ἄοικος, & inanis, vacua, deſolata. De Angelorum, quos מלאכים Melacim vocant, licèt non hic ſtatim nominatorum, creatione, hoc etiam loco ab Interpretibus diſquiri ſolet, at unde illi appellationem ſuam ſortiti, pauci docent, nec certè facile, niſi eadem Dialecto Interpretem ſe præbente, cognoſcent, in qua Themata לאך & אלך (quam tamen formam ignorare videntur Arabes, ut poſtea videbimus) *mittendi & miſſionis* ſignificatum habent, ut inde qui nuntii deferendi, ſeu *Legati* Officio fungatur, מלאך audiat. Expeditior ratio eſt, ubi ipſa utrinque vocum explicationi patrocinatur radicis, ſi non frequentia, ſaltem exiſtentia. Sic majori confidentia *ἅπαξ λεγομένου* טאטאתי *Jeſ.* 14. v. 23. reddo *everris*, ubi conſtiterit, tum Talmudiſtarum, tum etiam Ebn-Iannahii & Kamuſii teſtimonio טאט eſſe *excutere, amovere* טחטח *diſpergere*; טתי *auferre*; תעתע *movere*, תאתא *loco movere, amovere*. Hoſ. 13. v. 5. de תלאובות nihil fere definiunt, niſi, qui exemplo Aben Eſræ, Arabicæ Linguæ periti, pronunciare audent, notare *terram ſiticuloſam*. Conſtat enim, Arabibus לאב אלרגל eſſe, *ſitivit viri* לאבה verò *locum aridum & ſiticuloſum*. *Deut.* 29. v. 19. בשרירות לב vulgo *cogitatione cordis*; ſed melius *malitia cordis*, ex Arabiſmo, ubi hæc ſignificatio uſitatiſſima eſt. *Exod.* 13. v. 18. חמושים עלו בני ישראל *Agmine ad exercitus formam ſeu ordinem compoſito* aſcenderunt: Non, ut Rabbini plerique volunt, quod ſub quinta coſta armis eſſent accincti. כמים enim Arabibus dicitur *exercitus πεντεμερὴς*: partes ſunt; אלמקדמה *prima acies*: אלקלב *Cor.* אלמימנה *dextrum cornu*: אלמיסרה *Siniſtrum*: אלסאק *crus, extrema acies*. 2. *Integris inſervit explicandis libris*. Sanè non

Digitized by Google

nè non demum χθὲς ἢ πρόχθες creditum, *Jobum cum Arabica lingua plurimam habere ſocietatem*. Hieronymi jam judicium fuit Præfat. in Daniel quod tanta nonnunquam Viri magni exceperunt reverentia, ut vel hanc unam ob cauſam, dignam æſtimârint Linguam Arabicam, quæ foro Theologico commendetur. *Id ſi dederit Deus, ſpero me aliquando palàm facturum*, ſcribit *Bochart.* in Phal. l. 1. cap. 15. *quod opus*, cum Clariſſ. *Pocok.* Not. Miſcell. *avidè exſpectamus*. Fidem interim facient exempla quæ collegimus in *Theſ. Philol.* p. 507. quibus addit *Pocok.* c. 31. v. 6. זחלתי quod vulgò vertunt *metui*. At *R. Jona* ex Arabiſmo התאחרתי *tardavi*. Arabicè enim זחל eſt ואל תאכר *recedere*, *ſecedere*, *tardare*: Unde ab illis etiam dictum vult זחל *Saturnum*, nempe לכתרה קהקהרתה *quòd multum retrogradus ſit*. Conferatur Interp. errabund. *Hakſp.* m. 41. 42. 43. 3. *Ritus, ceremoniæ* veterum in ipſis tranſlationibus obſervandæ, magnam ex Arabica Lingua accipiunt lucem. Vide *Anal.* P. 1. pag. 260. quæ tamen ratio manifeſtior eſt in Commentariis Biblicis. 4. *Juvat etiam* (certum enim eſſe debet, Arabiſmum ad Linguæ Hebrææ perfectam cognitionem multò plus conferre, quàm creditum eſt hactenus, ſcribit Bochart. l. Phal. c. 15.) *explicationem & conciliationem τῶν ἐναντιοφανῶν*, quæ varias Interpreti injicere poſſunt moras, & ne à doctiſſimis quidem ſemper viris ſatis attenduntur. Facilius capimus, verbum ברא non tantùm eſſe *creare*, ſed & rem *creatam in nihilum redigere*, *Joſ.* 17. v. 15. *Ezech.* 23. 47. Si Arabia ſuum quoq; ſuppeditarit כלק, quod eſt *fingere*, *creare*, *plaſmare*; & falsò *effingere*, *affingere*, veſtis detrita fuit. Idem aliis obtingit verbis Hebraicis, Syriacis & Arabia. Hebræi ab eadem radice קדש & *ſanctum*, & quod à *ſanctitate remotiſſimum eſt*, 1. Theſſ. 4. 3. *ſcortum* deducunt; ſeu *cynoedum*, de utroque ſexu dictum, *Deut.* 23. verſ. 17. Verbum ברך uſitatiſſimè *benedicere*;

optimo-

optimorum tamen Interpretum conſenſu etiam *maledicere* ſignificat 1. *Reg.* 21. v. 13. *Job.* 1. v. 11. Repugnant quidem nonnulli, quaſi indignum eſſet ex incerta loci Interpretatione novam verbo tribuere vim σημειωτικὴν, cùm, teſte *Ibn-Athir*, Arab. אבחרך promiſcuè ſit & *benedicere*, & *conviciari.* Vox נפש non *animam* tantùm, ſed & *corpus*, idque exanime, *Hagg.* 2. v. 11. denotat, planè ut Arabes, eadem voce & *corpus* & *animam* reddunt. חסר *Majm.* teſte, *quilibet eſt exceſſus*, פי כיר או שר *tam boni*, *quàm mali.* Hinc, quod *pietatis* ſenſu ubique eſt obvium, *Lev.* 20. v. 17. rem nefariam, opprobrium LXX. ὄνειδος, notat. Unde, obſervante *Iſabar Ali*, חסידא Syriacum, Arabibus eſt non tantùm אלמחבוב אלמרחום *dilectus*: Sed & מחסור מעבוט *invidiâ & infortunio preſſus.* R. Iannachius & R. Tanchuma pronunciant, nomen אור competere אלציא וצרה *Luci* & oppoſito ejus, i. e. *tenebris*, quòd tamen Talmudico feliciùs, quàm Scripturæ ſtylo probant. Unde, qui cœcus erat, Paraphraſtes Chaldæus, R. *Joſephus* סגי נהור nuncupatur. Niſi malis, uſitatam Orientalium cum Scaligero agnoſcere ἀντίφρασιν. Huc referunt vexatum illum locum *Mich.* v. v. 2. Coll. cum *Matth.* 2. v. 6. Certè ſi, quod doctè demonſtravit Clariſſ. noſter amicus, *Edward. Pocock.* Miſcell. Not. c. 2. nomen צעיר *Jerem.* 48. v. 4. *Zach.* 13. 7. *Ducem, Principem, Judicem*, adeóque non parvum tantùm; ſed & *magnum*, *excellentem* ſignificat, ἐναντιοφάνεια, quæ magna hactenus, exercuit ingenia, inter Micheam & Matthæum, ſolidè tollitur. Ex *Syriaſmo* vel unum dediſſe exemplum ſatis fuerit. סכל forma ſimplici eſt *deſipere*, in forma aucta *ſapere.* Unde *Iſa bar Ali* מסכל Arab. reddit יפהם ויפקה *intelligit*, *aſſequitur*. Eadem ratio nominum inde derivatorum eſt. סכלא *Saclo ſtultum* ſignificat; סכולתנא *intelligentem*: סכלא ſucolo *intellectum*: סכלותא *ſtultitiam.* Sed & Hebræis verbi hujus ἐναντιοσημία nota

eſt, niſi quòd R. *Tanchuma* obſervet, סכל *intellectum*, שכל verò per ש *ſtultitiam* velle & *inſaniam*. Arabum præſertim ager ἐναντιοσήμων planè luxuriat. Tale eſt verbum נאל *dedit* & *accepit*; quam ſignificationem verbum etiam Hebræum לקח obtinuiſſe eruditi non malè hinc conjiciunt, quòd, cùm *Pſal.* 68. v. 19. legimus, לקחת מתנות *accepiſti dona*; non modò Syrus valde antiquus, tranſtulerit יהבת מוהבתא *dediſti dona*; ſed & ipſe Apoſtolus *Eph.* 4. v. 8. ἔδωκεν δόματα retinuerit. Ita etiam ותב diverſam *ſedendi* & *exiliendi* notionem habet. Hinc, cùm Arabs quidam ab Hamyarenſium Rege in palatii tecto ſedente, verbo תב *ſede* comiter fuiſſet compellatus, ipſe vocem patria Dialecto æſtimans, de tecto ſponte deſiliit. Rex hominis dementiam miratus, cùm à ſuis intellexiſſet, verbum תב alia Arabum Dialecto, non tam *ſedendi*, quàm *proſiliendi* ſignificatione venire, *certè*, inquiebat, *qui Dhafarum ingreditur, Hamyariſmum addiſcat*. Bruti hujus obſequii, quod ſuis Muhammedani deferre ſolent Ductoribus, exemplum dedimus luculentius *Hiſt. Eccleſ.* Sec. XI. p. 452. Quò facit illud proverbium אטוע מן חואב *obſequentior Tawabo*. Hic obſecutus dicitur uxoris voto, quod fecerat, ſi ex itinere vel expeditione maritus reverteretur domum, ſe per naſum ipſius trajecto annulo profecturam una cum eo Meccam. Cauſam ἐναντιοσημίας, de qua altum apud Hebræos ſilentium, hoc loco expendere inſtituti noſtri non eſt; quærenda potiſſimùm videtur in ſignificandi ubertate, ſingulis verbis inſita, quâ non ſimplicia tantùm; ſed & compoſita, adeóque contraria ſæpe continentur. Hebræorum עשה, exempli gratiâ, Latinorum eſt *facere*, *afficere*, *conficere*, *perficere*, &c. Uſui tamen & arbitrio loquentium multum hic deberi, minimè inficiamur.

B. Habet & *Perſica* Lingua ſuas in Interpretatione

vices

vices non contemnendas. Multa enim Linguæ hujus vocabula in libris Danielis, Eſræ & Eſtheræ; quia continent hiſtorias rerum ſub Perſis geſtarum; occurrere rectè monent Viri eruditi *Waſerus*, Comment. in Mithrid. Geſſner. p. 124. *Bochart.* Phal. l. 1. c. 15. De quibus tamen, cùm diverſa ſint Authorum judicia, ita ſentimus, ut *alia* ſint ἀναμφιλέκτως, & quidem primariò Perſica, *alia* à Perſis ex aliis linguis mutuata, *alia* dubia.

Primi generis ſunt a. פור plur. פורים *ſortes*. *Eſther.* 3. v. 7. fecit פור הוא הגורל *Pur*, *hoc eſt ſortem.* Perſicum eſſe notat *Aben Eſra*, & poſt eum plures alii. Quanquam ex aliis Perſarum ſcriptis uſum ejus alibi, nulli, quod ſciam, obſervarint. Arabibus quidem פהר eſt *feſtum*, quod epulis potúque celebrant Iudæi, quodque ipſum Purim eſſe opinatur Clariſſ. *Golius*, quo hilaritati ſe dant apellæ באדר בתראה בזמן עבורא *Adar poſteriori, tempore intercalationis i. e.* 27. 28. Februarii, ſed veſtigia nominis פורים hactenus non reperi. b. נשתון *Epiſtola*, Diploma, *Eſræ* c. 4. v. 7. & 18. Perſicum eſſe judicatur, ſcribit Clariſſ. *Buxtorff.* in Lex. ſuo. Non eſt dubium, Nam & hodie Perſis נושתן eſt *ſcribere*; נוסית verò γεγραφὼς, vel γεγραμμένος. c. אחשתרנים *Eſth.* 8. v. 10. *Santes Pagninus* componit ex אחש *magnus*, & תרין Chaldaicè *duo*. *Druſius* in Annotat. ad lib. Eſth. notat. סתר Camelum eſſe Lingua Perſica, & ex Andrea Bellunenſi Aſtir, unde putat, compoſitum eſſe ex אחש *magnus*, & ſethar *Camelus*. Unde & R. *Sol Jarchi* vertit *Camelos velociſſimos*. Non conjectura eſt, ut ille quidem vult, ſed res. Nam apud Perſas אסתר eſt *mulus*; Plur. Termina I. 1. אסתראן Secunda אסתרהא quæ forma occurrit in Tawaſio *Geneſ.* 36. 24. pro הימים, quod mulos denotare vocabulum Iudæis indubitatum eſt. Quod docti nonnulli addunt, *Aſter* vel *Aſtir*, contractum eſſe ex Ahaſter, cujus plurale ſit Aſteran, præter Perſicæ Lin-

guæ conſuetudinem dicitur. d. אחשדרפנים Satrapas vulgò reddunt, *Eſth.* 3. v. 11. *Dan.* 3. 2. In Perſia natum eſſe nomen vel caput ejus אחש; quod & Kinchius per גדול exponit, indicat. Quod verò caudam ejus ex Chaldæa accerſunt, quaſi דרי פנים ut ſint *magnates, qui in aula in Regis conſpectu* degunt, à recepto compoſitionis uſu longè recedit. Non admittunt Orientalis כלאים *μιξοβάρβαρα*; diverſarum Linguarum compoſita. Magis igitur placet deducere ex אחש quod, ex mente Lexicographorum Perſicorum, eſt ואדו קימת *dignitas*, ſeu *Majeſtas*, & *Honor*, ſeu *pretium*; & דרבאן *Janua*. Ut אחשדרפנים propriè ſint *cuſtodes portæ*; *Majeſtatis Janitores*, qui ideo dicuntur videre faciem Regis, *Eſd.* 1. v. 14. Vocem interim corruptam in Satrapas degeneràſſe non repugnamus: *ἐξατεϱάπην* propius ad Perſicum Idioma, dixit Theopompus, loco, qui eſt apud Photium. *Jachiad.* in Daniel. c. 3. ſcribit; נראה שהנהגת מלכותו אז היה כהנהגת התוגר היום אשר יש לו שרים על הנהגת עניני המלכות הנקראים בלשונם באשה ואולי כי אלו הם האחשדרפנים. *Videtur fuiſſe adminiſtratio regni ejus cum hodierna adminiſtratione regni Turcarum, cui ſunt Principes Præfecti adminiſtrationi negotiorum regni, vocati eorum lingua Baſſæ; ac fortaſſis hi ſunt iſti Satrapæ.* Sed longè ſplendidior Satraparum iſtorum, qui inter tot Regni Miniſtros primo loco ponuntur, fuit ſparta. *Baſſa* enim & *Baſſi* Turcis eſt caput. Baſſileri *capita* ſive *Duces*; ut Græcis à *κεφαλῆ* dicti *κεφαλάδες*; noſtris à *capite* capitanei. Conſtat Portæ nomine ipſam aulam venire. Unde Porta Ottomannica. Quid ſi igitur אחשדרפן idem Perſis ſit, quod in Francico Imperio *Major Domus*. Hodie etiam notum eſt, quid in aulis Principum ſit Major aulæ Præfectus, Groß-Hoffmeiſter e. פרתמים R. Sol. Iarchius idem notare vult, quod Hebræorum שלטנם *Sultanos, præfectos*. Mavult tamen *Clariſſ. L'emp.* in Dan. pag. 13. denotare *potentes*,

tentes, à פרת *fregit*; unde פרתמים *potentes*; Eſræ ſunt *Præfecti*, Kimchio *Principes*, *magnates*, *nobiles* à frangendo dicti. Principum nomen reliquis præfertur, quia ſic vox ab Hamane exponitur, *Eſther.* 6. 9. cui ſignificationi patrocinatur certior Etymologia Perſica. Rectiùs enim derivamus à באר vel פאר *altus*, *magnus*: Unde באר כרא *altus*, *ſummus Deus*, & רם *ſpiritus*; ut בארדם vel ברדם ſit *magnanimus*, *magnificus*, qui habet רוח נדיבה, pro quo Hebræi, ר mutato in ת, & addita terminatione, pronunciant פרתמים. Non igitur veriſimile eſt corruptum eſſe ex Græco πρότιμοι, i. e. ὁμότιμοι, qui Curtio peculiariter vocantur cognati Regis, Xenophonti συγγενεῖς τοῦ βασιλέως, Hebræis ſecundi Regis, vel à Rege ſecundum gradum obtinentes, ἔχοντες, ut loquitur *Joſephus*, μετὰ βασιλέα προεδρείαν, quos aliter Græci vocant δευτεροβάθρους, reſpectu πρωτοβάθρου, qui ſecundi erant ad regium Principatum, ut loquitur Cicero. f. אחשורוש *Majeſtate præditus*, Ahaſuerus, compoſitum ex אחש & ור, quod nominibus abſtractis affixum facit concretum; & poſſeſſionem alicujus rei; ſic à גאן *anima*, fit גאכור *animal*, anima præditum, נאמור Namvar, *nomen habens*, *celebris*; ſic אחשור *Principatum habens*, *Princeps*. g כורש *Cyrus*. Cteſiás *ſolem* exponit. Et poſt eum Plutarchus κῦρον τοὺς πέρσας καλεῖν τὸν ἥλιον teſtatur. Nunc quoque *Solem* כור vocari, monet Clariſſ. *Warner*. Proverb. Perſ. pag. 41. Contractè tamen pro כורשיד quod & *Waſerus* noſter obſervavit, *Comment.* ad Mithrid. pag. 125. b. Quanquam non deſint, quibus Coris Perſicè τροφὴν, ſive ἐδωδὴν, notet verbo כורדן *deglutire*, *edere*, *bibere*, Grav. Grammat. Perſic. pag. 40. ut quaſi *Nutritius* dicatur; quem *Auguſtum* nunc vocant. Aliter Arabes voce Synomyma אכל utuntur vel pro *Rege*, à tributis ſeu vectigalibus ſic dicto; vel pro *tyranno*, qui populum conſumit & devorat. h. Darius דריוש *Dorjaves*, à Perſico דרוש ἔρξις *coërcitio*.

tio. Unde Herodotus: Δύναται, δὲ κτ̃ ἑλλάδα γλῶσσαν Δαρεῖος ἑρξείης: *Poteſt autem Darius explicari coërcitor.* i. Eodem refe-runt אגרטל Buxtorf. אגרטל *Pelvis, pollubrum. Perſicum putatur.* אגר prunam (niſi me fallit memoria) Perſæ appellant. Quid ſi idem ſit, quod Hebræorum מחתה *Thuribulum*, quaſi rece-ptaculum ignis & carbonum? Talmud. & Arab. מנמר nuncupant. k. Huc tandem pertinet vocula בג, quæ *Daniel.* cap. 1. v. 8. 13. & c. 11. v. 26. occurrit & à Kimchio per מאכל *cibum* exponitur. Perſicum eſt, באה *cibus*; unde באהאן *diverſa ciborum genera.* Arabes tamen באג, & Hebræi בג pro-nunciant.

Secundi generis cenſentur 1. גנזי *Ginze*, vel *Ganze*, ut veteres legerunt, *Eſth.* 3. 9. Unde Curtius: *Ante ſolis or-tum Gazam, quam Perſæ fiſcum vocant, cum pretioſiſſimis rerum efferri jubet.* Et Mela: *Gazam Perſæ ærarium vocant.* Hieronymus; *Gaza linguâ Perſarum divitiæ nuncupantur: nec eſt Hebræus ſermo, ſed Barbarus.* Imò, etſi Civitate etiam Perſica vox גנזי dona-ta ſit, ab Hebræis tamen ejus originem accerſendam, non dubito. Ab illis, tam ſacris, quàm profanis Scriptoribus, quibus verbum גנז recondendi ſignificatu uſitatiſſimum eſt, tranſiit ad Chaldæos, ab his demum ad Arabes, & Per-ſas. 2. Saturnus uſitatiſſimè Perſis vocatur כיואן *Chiun*. Communis tamen hæc illis ſignificatio eſt non cum Ara-bibus tantùm, ut conjicit *Aben Eſra*; ſed etiam cum He-bræis & Syris; à quibus, dubio procul, mutuatum eſt. Vi-de *Lud. de Dieu* Act. c. 7. v. 43. Amos c. 1. v. 26. *Pocok.* Miſcell. p. 39. 3. פרדס Creditur eſſe Perſicum, ſcribit *Bochartus* lib. cit. pag. 69. Non nego, Perſis uſitatum eſſe. Originem tamen debet Hebræis quibus, notante *Aben Eſra* גן hortus, variis arborum ſpeciebus conſitus; פרדס verò unica tan-tùm. Quod tamen diſcrimen apud Orientales perpetuum non eſt. Unde *Deut.* 11. v. 10. pro גן הירק *Hortus olerum*; Sy-

rus

rus habet פרדיסה רסקיא *Paradiſus irriguus.* Ab his demum ad Syros, Arabes, Perſas, Græcos, Latinos, Germanos manavit, quibus promiſcuè pro pomario voluptatis & amœnitatis adhiberi cæpit. 4. סרבלין *Saraballa* Dan. 3. verſ. 21. Græcè σὺν τοῖς σαραβάροις αὐτῶν. Sarabara autem vel ſaraballa ſunt perſica femoralia, inquit *Bochart.* p.c. Non Perſica tantùm; ſed & Chaldaica, & Arabica, quæ סראויל illi appellant, & סראוילאת ſuntque hujuſmodi femorum tegumenta, quæ à lumbis ad talos uſque ſe extendebant. Unde *Hiſt. Elmac.* Sarac. c. 17. refertur de veſtibus Heſchami Imperatoris. quòd reliquerit אלף תכה אלסראוילאת *mille femoralium vincula*: Femoralia enim vinculo ſuperiori laxabantur & conſtringebantur. *Jachiad.* tamen cum aliis quibuſdam mavult *pallio* æquipollere. Sed ſine ratione. Confer *Druſ.* Quæſt. lib. 3. q. 60. 61. *Tremell.* Not. in Targ. Nahum c. 2.

Ad *tertium* denique genus pertinent reliqua dignitatum nomina, quæ occurrunt *Daniel.* 3. v. 2. אדרגזריא *Adargazraja*; גזבריא *Gasbbaraja* quæſtores, דתבריא *Dethabraja*, Conſiliarii; תפתיא *Thiphthaje*, exactores tributorum, ut *Bochartus* reddit. Sed ex conjectura tantùm, ut ipſe fatetur, quia, excepto ſecundo, reliqua ſunt valde incerta. Etymologia tamen pariter atque vera ſignificatio ejus videtur eſſe in vado. Reſpondet vox גדבריא vocabulo גזבריא (mutato Zain in Daleth. R. *Saad.* Dan. 3. 2.) quod extat *Eſra* 1. 8. & 7. 21. Hoc Compoſitum exiſtimamus à גנזא vel גזא *Theſaurus*, & perticulâ ור (ו mutato in ב, ut etiam fit in סרבלין) quæ, cum ראר & ואר, poſſeſſiva eſt, ut ſupra jam monuimus, vocumque fini affigitur. Ut ergò à בְּאַן *anima*; fit בְּאַנוּר *anima præditus*, animal; ſic à גזא *Theſaurus*, fit גזור vel גזבר & גרבר *Theſauro præditus*, *Theſaurophylax.* Eandem rationem eſſe reor voculæ דתבר ſive דתור, quæ vel *Conſiliarium*,

vel

vel Legis *peritum propriè* notat. Significatio hæc pleriſque placet; ſed in Etymologiæ viſceribus non ſatis eam clarè oſtendunt. *Jachiades*, in Daniel ושרים על הכנסות המלך והנהגת ביתו והוצאותיו ומאכלו ומשתהו הנקראים דפטארדירי ואולי כי אלה הם גדבריא *ſunt* (in hodierna adminiſtratione Turcica) *præfecti reditibus regiis, quibus incumbit adminiſtratio aulæ, nec non expenſarum ratio, cibique atque potus Imperatoris, qui vocantur Dephtbar diri, quibus fortè reſpondent iſti quæſtores.* Non certè quòd; ut Doctiſſimus quidam Vir conjicit, דבריא & גדבריא eſſent *συνώνυμα*, regimen propriè *ἡγουμένων* denotantia (eſt enim a ſemper radicale) ſed quia Etymi vis, à nobis excuſſa, id ipſum efflagitat. Sic eruditi ferè conſentiunt, דתבריא eſſe *Legis purioris peritos*, Interpretes, Doctores quibus Fakij Turcarum & Arabum ſucceſſerint. R. *Jachiades*: ושרים על כל האנשים האלהיים אשר מלאכתם על שמירת בתי התפלות ועל השפלות והישרת העם באמצעות התורה הנקראים אלפאקי וצאייתי *Principes, qui omnibus Theologis præſunt, quique occupantur in procurandis Oratoriis, incurvationibus, & directione populi, beneficio Legis, vocantur* Alphaki & Zaiithi. Puto eſſe Arabum פיר *Dominus, Princeps* ſpecial. *Johannes Baptiſta*; vel *quiſquis ex Muhammedis familia originem ducit.* Atque hi, ipſius judicio, reſpondere videntur דתבריא Pontificibus illis. Non ineptè. Hos tamen deducere à דית *lege*, & ברר *purificavit*, cum Perſicis incunabulis non ſatis convenit. Hæc de duobus nominibus גזבריא & דתבריא De reliquis, quia nihil certi ex Perſica Lingua occurrit, *ἐπέχω*. In ארדגזריא aliquid tentarem, ſi particula דאר, poſſeſſionem notans, in principio æquè ac fine compoſitionis haberet locum. A ריש enim *barba*; Perſæ formant רישדאר *barbatus*; רוזה *Jejunium*; רוזהדאר *Jejunus*; utrum verò initio etiam habeat locum, hactenus non obſervavi.

C. Quid

C. Quid *Æthiopica* lingua in examine obſcuriorum veteris Teſtamenti vocabulorum poſſit, feliciſſimè demonſtravit Clariſſ. Vir *Ludov. de Dieu* Animadverſion. in V.T. *Ezech.* c. 21. v. 14. ad vocem חֹדֶרֶת *Nos verò*, inquit, *quia verbum illud alibi non reperitur, aut ut loquuntur Hebræi,* אין לו ריע *non eſt ei ſocius, ad Linguam Æthiopicam liberè recurrimus, ubi verbum* חדר *eſt* manere, ut Matth. 10. v. 11. *μείνατε ἐκεῖ. Æthiopicus Interpres* חררו הי *Inde* מחרר manſio, tabernaculum, *Marci* 9. 5. *Nec dubium mihi, quin inde ſit Hebræorum* חֶדֶר conclave, cubiculum, *ea domus pars, ubi quis præcipuè habitat, manet & cubat.* Ioëlis 2. v. 7. ולא יעבטון ארחותם Et non pervertent, aut tardabunt vias ſuas. *Recurrimus ad linguam Æthiopicam, quæ ut paſſim, ita & hic lucem adferre poſſe videtur. Significat ibi cogere,* & quidem ad iter, *quod proprio vocabulo angariare dicitur: ponitur enim pro ἀγγαρεύειν Matth.* c. v. 41. 27. v. 32. *Hinc verto*: Et non cogent itinera eorum i. e. non cogentur itinera eorum, Phraſi Hæbreis familiariſſima. Eſaiæ cap. v. 30. Ultimum membrum, (חשך בעריפיה) variè admodum redditur. Hieronymus: *obtenebrata eſt in caligine ejus,* LXX. *ἐν τῇ ἀπορίᾳ αὐτῶν.* Pagninus: *In cœlis ejus* Iunius: *in ruinis ejus.* Alii, *in ſtillationibus. Non mirum hic variare ita Interpretes; cùm alibi in ſcriptura non reperiatur. Licebit ergo & nobis noſtram conjecturam addere ex lingua Æthiopica, quæ uti non minus Syriaca & Arabica, quia magis fortaſſe Hebreæ Linguæ eſt affinis, ita magnam paſſim inſolentibus in V. T. vocabulis lucem affundit.* In hac ערף *ſignificat* quieſcere, Matth. 26. 45. *In Hiphil* אערף quietem dare, *Matth.* 11. 28. ערפת quies 16. v. 29. *Hinc non gravatè verterem, tenebreſcit in quietibus ejus. Explicat, quod dixerat, anguſtia eſt etiam, cùm lux eſt, quin etiam, ubi quietem ſibi polliceri poſſent, tenebræ occurrunt.* Eſaiæ c. 30. v. 29. לא יצגו Non transfertur. *Nuſquam hoc verbum alibi extat. Nec Lingua Arabica, Syriacáve, quòd ſciam ſubſidii aliquid adferunt.*

L *Adfert*

Adfert Lingua Æthiopica, ubi verbum צען *uſurpatur pro* רכב *vehi. Hinc rectè vertitur, Tabernaculum, quod non avebitur.*

Ut verò Linguæ hujus uſus, in tranſlatione Scripturarum, ſe melius & uberius commendet, certis claſſibus eum diſtinguemus. *Prima* oſtendet multa in ipſa Grammatica Hebræa deſiderari, quæ ex Æthiopia reſtitui, aut confirmari poſſint. *Secunda*, obſcuras Etymologias aut ſignificationes illuſtrabit. *Tertia*, Fimbrias ſignificationum vel contrahet, vel dilatabit, lociſq; difficilioribus lumen affectet. *Quarta*, levi literarum immutatione, genuinam vocum & radicem & ſignificationem aſſeret. *Quinta* tandem nomina derivatâ ad origines in Hebraiſmo exoletas reducet, adeóque radices ignotas pandet.

Ad *Primam* Claſſem ſequentia pertinent. Pluralis numeri terminationem eſſe ִם, pauci hactenus vel dederunt, vel viderunt. Eam verò nos cogunt admittere exempla מים, שמים. Qui dualem præferunt, ad ſubtilitates varias delabuntur. Impedit terminatio, quæ frequentius quidem dualis eſt; regulariter tamen ex ſingulari מַי & שָׁמַי, (quorum utrumque apud Æthiopes reperitur) formatur מים & שמים. מתים *Mortales, homines*: ſingularis apud Hebræos non amplius extat; Æthiopes tamen *hominem* מתוה vocant. *Matth.* 1. 19. Contingit apud Hebræos; ſed rariùs מו affixum uſurpari ſingulariter; Æthiopibus tamen ubique eſt obvium. Vide *Lud. de Dieu* Eſ. 53. v. 8.

Secundæ Claſſis exempla ſunto 2. *Sam.* 1. v. 10. אצעדה *armilla*: non pedum; ſed brachiorum ornamentum. Ergo, inquit *Lud. de Dieu* Etymon non habet ab Hebræorum צעד *incedere*. Fortaſſe ab Æthiopico צעד *albus*, quod illa albis candentibuſque gemmis niteat. *Pſalmo* 44. v. 2. סופר מהיר vulgo redditur *ſcriba feſtinus*, ſed Sionita ſuum מהירא *Syrorum* vertit *peritus*; quæ ſignificatio, Syris notiſſima; ſuffragium

gium obtinet ab Æthiopibus, quibus מהר eſt *docere*, Matth. c.5. v. 2. Exod. 27. verſ. 3. inter altaris inſtrumenta referuntur היעים i. e. מגרפות ut Chaldæus & Arabs habet, quorum formam Iarchius deſcribens ait כמין כסוי הקדרה מתכת רק ולו בית יד *ſimile operculo lebetis ex ære fuſili tenui, habenti manubrium.* Ut lubenter huic aſſentiamur, inquit idem, facit Lingua Æthiopica, ubi radix יעה pro quo illi ועי ſignificat *urere, comburere*, Matth. 3. 12. & 13. 40. Erat ergo inſtrumentum, quo in comburendis victimis utebantur, quod ardentibus lignis immittebant, quoque ignitos cineres colligebant & auferebant. Unde & *Eſ.* 28. v. 17. ויעה ברד vertit; & *aduret grando* refugium mendacii. *Ezech.* 22. v. 15. Super omnes portas eorum dedi אבחת חרב *mucronem gladii.* Alii aliter. Certius quid ſuppeditat Lingua Æthiopica, ubi uſitatiſſimum eſt verbum אבח pro *poteſtatem* dare; unde vertendum; *poteſtas gladii*, c. 33. *Eſ.* v. 11. חשש *ſtramen*, ab Æth. חשש *quærendo*, derivat, ut à קשש fit קש, quod tamen cum Arabico כשיש majorem habet Analogiam. Illud autem *quamlibet herbæ ſpeciem* ſignificat. Eſræ c. 10. 10. Vos prævaricati eſtis ותושיבו *& duxiſtis* mulieres alienas, ut Hieronymus & Pagninus vertunt; de qua Interpretatione ne quis dubitet, ſciendum, Æthiopibus illam eſſe uſitatiſſimam, in Hebraica autem Scriptura ſemel tantùm occurrere. In N. T. Æthiopico ponitur pro *χωρεῖν Matth.* 5. v. 32. Et cap. 19. v. 9. 10. *Job.* 21. v. 21. מספר חדשיו חצצו *Numerus menſium ejus dimidiati ſunt*, mutuantes ſignificationem ab affini verbo קצה *dimidiavit.* Alii *interrupti, conciſi, truncati* ſunt, ex ſenſu id conjicientes. Ex Lingua autem Æthiopica dubium omne tollitur, ubi חצץ uſitatiſſimum eſt pro *parvum eſſe.* In Dageſſata conjugatione eſt, *parvum facere, abbreviare, truncare.* Ab eodem porrò verbo eſt Hebræorum חצץ *calculus, ſcrupulus*, non à concidendo; aut conte-

rendo ſic dictus, ut hactenus creditum fuit; ſed à *parvitate*; Eſt enim minimus lapillus. *Projiciendi* ſignificatio verbi ירה confirmatur *Jerem.* 49. v. 14. ex Æthiopica Lingua, quæ crebrò verbo hoc utitur, *Matth.* 7.16. *Marc.* 2.22. ירק *ſpuendi* ſignificatu ſemel tantùm occurrit *Num.* 12. v. 14. ſed Æthiopibus ורק (mutata prima radicali, י in ו quod non minus Æthiopibus quàm Arabibus in more poſitum videmus) uſitatum eſt; *Matth.* 27. v. 30. & alibi. *Job.* 21. v. 20. יראו עיניו כידו exponunt, per conjecturam, *Videbunt oculi ejus interfectionem ſuam*; vel *calamitatem ſuam*; vel *perniciem* vel alio quodam affini vocabulo *interitum* denotante. R. *Nathan*, & R. *David* exponunt per אידו *calamitatem ſuam*. Non extat alibi in ſcriptura, neque ejus Radix. At in Lingua *Æthiopica* uſitatiſſima eſt radix כיר pro *καταπατεῖν conculcare*, Matth. 5. 13. Et 7. v. 6. Unde & מכיר *ſcabellum*, quod pedibus calcatur. Matth. 5. 35. & מכיאר *torcular*; ubi calcantur uvæ, Matth. 21. v. 33. Iam firmata eſt conjectura, Doctiſſimorum Virorum: propriè ſonat; *videbunt oculi ejus conculcationem ſui*. Eſr. c. 4. v. 14. מלח היכלא מלחנא ubi Aben Eſra agnoſcit ſignificationem בטול Raſchius חורבן ושממון *vaſtationem & deſolationem* reddit; Favet huic Interpretationi lingua Æthiopica; in qua מלח eſt *perdere*, *vaſtare*. Verbum רב *Pſal.* 18. 15. rariori ſignificatu eſt *Jaculari*; ejus tamen luculentum veſtigium eſt in Æthiopico מרבבת *ἀμφίβληστρον*, *rete*, *jaculum*, ab ejaculatione dictum, *Matth.* 4. 18. Eſ. 19. 5. נשתו מים quidam ex Niphal vertunt; *Et deperdentur aquæ*: concordat lingua Æthiopica, ubi נשת in Activo eſt *deſtruere*, *Matth.* 27. 40. *Luc.* 1. 52. *Num.* 6. 14. מחרצנים ועד זג לא יאכל *Ab acinis uſque ad corticem non comedet*. Aben Eſra monet; המפרשים אמרו חרצנים חיצונים וזג פנימין *Interpretes ajunt*; חרצנים *eſſe exteriora at interiora*. Addit tamen alios contrario modo exponere. Non mirum, ſcribit *Lud. de Dieu*, Interpretes variare,

riare, quum neutra harum vocum alibi reperiatur. Puto at idem eſſe, quod in Lingua Æthiopica ꝏ *corpus, caro*. Paſſim enim pro *σάρξ* & *σῶμα* ponitur. Verto, *à pelliculis ad carnem* non comedet id eſt, neq; exteriorem uvæ corticem, neque interiorem ejus medullam, quæ calcando exprimi ſolet. Caro ea vocatur, ſicut carnem piſcium dixit Apoſt. 1.*Cor*.15. Quod autem pro ; in Æthiopica ſit ס, non eſt quod quenquam turbet: Facile enim illi & frequenter ץ ש ס ז permutant. *Proverb*. 16. v. 30. עצה עיניו לחשוב תהפכות Non eodem modo interpretantur omnes עצה, quia ſemel tantùm occurrit. Neque in Lingua Chaldaica, Syra, Arabicáve ſignificationem habet, quæ huc quadrare queat. R. Nathan in Concordantiis ait, ſignificare סתום *clauſum*. Probatur hæc Interpretatio, & ex Lingua Æthiopica confirmatur, ubi *claudendi*, ſignificatio huic verbo eſt uſitatiſſima. Sic *Matth*.6.v.6. עצר *claude* oſtium, &c. *Jud*.c.1.v.14. ותצנח מעל החמור qui locus cum altero, *Jud*. 4. 21. per conjecturam hactenus variè eſt expoſitus: videndum igitur, an Lingua Æthiopica certius quid ſuppeditet. Certè verbum צנח frequens & uſitatum eſt, atque adhibetur pro *μένειν*, *Matth*. 15. v. 32. *Marc*. 8. v. 2. pro *προσδοκᾶν*, *Luc*. 1. 21. quod & *μένειν*, apud Græcos ſæpe ſignificat. Hinc vertendum: *Et expectavit inſidens aſino*, *&c. Jerem*. 4. v. 24. omnes colles התקלקלו *commoti, agitati ſunt, inſtar rei levis*. Conſentiunt Æthiopes, quibus אנקלקל eſt *concuti*, ut *Matth*.24.29. *Proverb*. 25. v. 22. גחלים אתה חותה ſolet verti חתה *capere, accipere*. Non malè. Monemus tamen, verbum hoc in Lingua AEthiopica ſignificare *accendere*; & ſic ſenſus erit; *Nam prunas tu accendas ſuper caput ejus*. *Gen*.40. 40. שר הטבחים *Præfectus ſatellitum*; volunt ſic dictum, quaſi mactatorem hominum, quòd in ſontes animadvertere ſoleat. In Lingua AEthiopica מטבחת eſt *gladius*, Matth. 10. 34. Actor. 16. 27.

מטבח

מטכח *gladii*, Matth. 26. 47. hinc טכחים quaſi *gladiati*. *Habac.* 1. v. 8. ופשו פרשיו *Et multiplicati ſunt equites ejus*: Ex conjectura potiùs, quàm certo verbi uſu. Alibi enim non ad numerum, ſed ad vires ac robur refertur. Id ipſum confirmat AEthiopica lingua, in qua פוש pro *ſanum eſſe*, & in Piel pro *ſanare* frequentiſſimè uſurpatur. *Matth.* 8. 16. 9. 35. Ita hîc verti debet: *Et ſani, robuſti ſunt equites ejus*.

Ad *Tertiam* Claſſem pertinent a. verbum בעל quod non tantùm in ſpecie ſignificat *munus viri agere*; ſed & ſimpliciter, *nuptias celebrare*. Unde *Matth.* 13. 22. בעל *nuptiæ*. Hoc ſenſu videtur ſumendum *Exod.* 21. v. 13. b. ברכה *Benedictio*. Generaliter Aethiopibus *bona*. Luc. 12. 18. Sic accipi poteſt *Malach.* 2. v. 2. ארותי את ברכותיכם *maledicam bonis veſtris*. c. חלה *Ægrotare*: in genere, *ſolicitum eſſe*, Matth. 6. 28. quo ſenſu commodè verti poteſt 1. *Sam.* 22. v. 8. ואין חלה מכם עלי. *Et nemo de me eſt ſolicitus*. Quanquam *ægrotandi* verbum non malè hic ponatur. d. עבה *craſſum eſſe, incraſſari*, non de corpore tantùm, ſed etiam de animo acceptum, notare *ſuperbum* AEthiopica probat lingua, *Luc.* 1. 51. 52. *Marc.* 7. 22. e. אבר *Perire*: AEthiopicè *ſtultum eſſe*. Hinc *Deut.* 32. v. 28. גוי אבד *gens ſtulta conſiliis hi ſunt*. confer *Jerem.* 4. v. 9. f. אזוב, *Hyſſopus*, (propter ſoni affinitatem vulgò; maluit tamen *Schindlerus* ſumere pro *parietaria*, ſeu *ruta muraria*) reddunt. AEthiopicè *mentham* ſignificat. Unde *Matth.* 22. v. 23. ἡδύοσμον reſpondet. Atque hæc herba, cum loco 1. *Reg.* 4. v. 32. meliùs quadrat, quâm hyſſopus. Cùm enim non fruticeſcat, nec ligneſcat, quorum utrumque contingit hyſſopo, rectius opponitur cedro, tanquam minima planta altiſſimæ arbori. g. אמר præter *jubendi*, *dicendi* ſignificatum AEthiopibus etiam eſt *ſcire*, *nôſſe*, *Matth.* 6. 32. In tranſitiva conjugatione *docere*, *profiteri*, *confiteri*, Matth. 7. 23. Hinc *Deut.* 26. v. 17. אתה את יי האמרת *Tu Jehovam profeſſus es hodie*. h. שרך AEthiopicè ſignificat etiam

etiam *veſpere, ſerò*. Hinc, quid ſi *Jerem.* 2. v. 23. משׂרכת דרכיה verteretur; *quæ ſerotinat vias ſuas* i. e. quæ veſperi in tenebris, quàm plena luce ambulare mavult. i. מלאך AEthiopibus & *Angelum* denotat, & *Principem*, *Actor.* 3. 15. Unde *Malach.* 3. v. 1. מלאך הברית verti poſſet, *Princeps fœderis*. k. סו Et generaliter eſt *recedere*; & AEthiopicè ſpecialiter *mulus*. Unde *Proverb.* 14. v. 14. סוג לב *Malus corde*. l. פלט, *dividendi* ſignificatu augetur apud AEthiopes, quem Iudæa ignorat. Unde *Pſal.* 56. v. 8. פלט למו *verti* poſſet; *ſepara eos*. m. קנה AEthiopicè eſt & *poſſidere*, & *operari, efficere*. *Matth.* 20. 7. Hinc *Zach.* 13. v. 5. אדם הקנני *homo operari fecit me*, coëgit opere manuum mearum victum mihi comparare. Et *Gen.* 14. 19. קנה שמים *Non poſſeſſor* tantùm; ſed & *factor cœli* appellari debet. Minimè contemnenda obſervatio. n. דבר novo, Hebræiſq; , inſolito, ſignificatu AEthiopibus eſt *mons*. A quo מדבר *deſertum* deducere malunt, quàm à Chaldaica *ducendi* ſignificatione. Ut enim valles habitatæ ferè & fertiles, ſic montoſa loca inhabitata & inculta eſſe ſolent, pecoribus magis paſcendis, quàm frugibus parandis apta. Vide *Animad. Lud. de Dieu*, Exod. 14. v. 3.

Quartæ Claſſis exemplum eſt vox כתנת *tunica*, *Exod.* 28. v. 4. à כתן dubio procul, cujus veſtigia apparent in AEthiopico כרן, mutato ת in ר (ſunt enim ejuſdem organi literæ) quod eſt, *complicare, claudere, tegere*, *Luc.* 4. 20. Unde colligere eſt, כתנת dici *veſtimentum interius*, quod ſub aliis tectum latet, corpúſque proximè tegit & claudit. Unde illud Chriſti *Lucæ* 6. 29. Si quis tollat tibi τὸ ἱμάτιον pallium (veſtem exteriorem) etiam τὸν χιτῶνα tunicam (veſtem interiorem) ne prohibeto. Sic autem perpetuò uſurpandas eſſe duas has voces, ſi conjungantur, obſervat *Caſaubonus*. Vide *Wal.* Comment. Matth. 5. v. 4. Ita etiam Arabibus חוב eſt *veſtis interior*; רדא *exterior*, toga ſive pallium.

Quinto

Quinto tandem loco veniunt 1. מלאך *Angelus*, cujus radix in Sacris, adeóque tota Lingua Hebraica, eſt inuſitata. Ab Arabibus eam nonnulli accerſunt, quod tamen ne ipſi quidem Clariſſ. Golio ſatisfacere videtur. מלך inquit, *quaſi* מאלך Angelus, *quippe Arabes ab* אלך *derivant. Hebræi* מלאך *à* לאך *quod vicinæ Æthiopica genti mittere denotat, & idem fortè ea vox Hebræis quondam ſignificavit. Nam vero ſimilius eſt Arabes ab Hebræis, quàm hoſce ab illis, eam vocem cum rei ipſius cognitione accepiſſe.* Oſtendimus igitur vocis מלאך radicem commodiſſimè in Lingua AEthiopica, ubi לאך in prima conjugatione eſt *mittere.* Unde de uxore Pilati *Matth.* 27. v. 19. לאכת *miſit.* In conjugatione per ת aucta, eſt *ſervire*, Matth. 4. 11. Hinc לאך *ſervus*, & præfixa מ, מלאך *πνεῦμα λειτουργικὸν, Angelus, Heb.* 1. 14. Unde etiam מלאכה *opus*, *negotium*, propriè *ſervile*, ad quod obeundum quis mittitur. 2. 1. Sam. 19. v. 20. להקת הנביאים *cœtus Prophetarum.* Non malè convenit, ne ad uſitatam Metatheſin confugiendum, cum AEthiopico להק *creſcere, Matth.* 6. 28. Unde, de ætate priori, *πρεσβυτέρῳ* ſumitur, *Matth.* 22. 25. Ut להקת הנביאים vel ſit *magnus Prophetarum numerus*, ſive incrementum Prophetarum: vel *Senatus, Presbyterium Prophetarum.* 3. Huc referunt *Jud.* 17. v. 10 ערך בגדים *par veſtium.* Binitatem hic indicari, in confeſſo eſt. Sed cur ערך dicatur, fortè ex ſola AEthiopica lingua petendum: ubi pro *ſocio* & *amico*, quaſi alter-ego, ſumitur. 4. צאה *ſtercus* deducunt à יצא *exivit.* Magis convenit cum AEthiop. צא *olet, fætet.* Ioh. 11. 39. Ita 2. Reg. 18. 27. שיניהם *urinas ſuas*, veriſimiliter derivatur ab AEthiop. שין *ſpumare*; Marc. 9. 18. 5. שער cur à verbo, quod æſtimandi notionem habet, deducatur *portam* ſignificet, difficile eſt divinare. Expedita ratio, ſi dicamus primæ ſignificationis veſtigia adhuc latere in AEthiopica lingua, ubi שער eſt *ſolvere, liberare*, Luc. 13. 12. Adeò ut שער ſit porta, per quam populus intra

mœnia

mœnia autem detentus liber ac ſolutus dimittitur. Atque hæc, pluráque alia, accepta in ſolidum ferimus magnæ Clariſſimi, & de Orientali literatura optimè meriti *D. Ludovici de Dieu*, *induſtriæ*, quâ primam fere in hac collatione fregit glaciem. Ubi tamen & hoc obſervamus, cautè eſſe agendum, & in iis, ubi Etymologiæ ratio manifeſta eſt, non facilè ab Hebræis recedendum. Ingenioſè Clariſſ. Vir obſervat ad *Jud.* 20. v. 16. חטא AEthiopibus eſſe *deſtitui, carere, non habere*; Unde rectè deducatur חטא *peccatum, defectus, carentia juſtitiæ legalis*, adeò ut generali notione omnia omnino peccata, etiam originale complectatur. Hic ipſe quippe locus propria eſt ſedes, ex quo probamus. verbum חטא eſſe *ἀστοχεῖν*, *aberrare à ſcopo*; cui Metaphoræ commodiſſimè reſpondet nomen תורה quod non *doctrinam* modò, ſed & *metam* denotat.

D. Proxima eſt *Syriaca*, cujus in explicatione difficiliorum Scripturæ locorum, tantò eſt luculentior uſus, quantò propius ad Hebræam matrem accedit. Quid in veteri Teſtamento præſtet, abundè probavit ſuis Notis Arnoldus Bootius. Obſcurum ſatis eſt verbum גרף *Jud.* 7. v. 21. Plerique volunt eſſe *convolvit*; alii *everrit*; At loci circumſtantia *inundationem* magis exigit, quæ Syriacâ Linguâ ubique obvia eſt, unde & pro שטף ponitur. *Eſ.* 10. 22. *Cant.* 8. 7. In N. T. plures apparent Syriaſmi, quam qui, in Interprete ejus, Syriacæ Linguæ ignorantiam ferre queant. Hæſitanti ſatisfaciunt doctiſſimi *Lud. de Dieu* ſcripta in N. T. Syriacum edita. Stat omnino illud *Bocharti* Phal. lib. 1. c. 15. *Syriaca Lingua Theologis eſt ſummè neceſſaria, quia Hebraicæ vicina eſt, & Apoſtoli non paucas locutiones ex illa mutuantur.*

E. *Ægyptiacæ* porrò Linguæ aliquid, dubio procul, in hac palæſtra eſt deferendum. Alibi jam (vide *Exercit. Anti Morin.*) palàm fecimus, צפנת פענח, משה nomina quidem

M propria,

propria, Emphatica tamen valde, in AEgypto ſuos habere natales. Id ipſum larga dant manu viri hac literatura præ aliis tincti, *Kircherus*, *Bochartus*. Addimus nomen מלך Moloch Ægyptiorum, *Mars*, Perſarum Mythra. Ægyptiacum eſſe oſtendit *Kircher.* Oedip. T. II. P. I I. Syntag. IV. p. 332. Huc pertinet vocabulum תרפים quod, cum ipſa fabrica, ex Ægypto in Judæam tranſiiſſe videtur. Erant autem pueri faſciis involuti, cujuſmodi ſtatuæ apud AEgyptios multæ ſunt, quas *Serapidas* vocant, & loco φυλακτηρίων erant. Et ſanè תרפים eſſe AEgyptiorum *Serapides*, diſertis confirmat verbis ſcriptor Arabicus *Aben-nephius* in Oedip. *Kirch.* T. II. P. I I. Synt. 4. pag. 259. *Serapis* autem vox compoſita eſt ex *σὼρ Ciſta*, & *ἀπι* quod Ægyptiacè *bovem* notat, adeò ut propriè notet *arcam bovis*, Numen, cui multa Ægyptii tribuerunt miracula. Vide eundem *authorem* Syntagm. III. p. 197. 199. Poſteà ad varios adhibebantur uſus. Ab hac ergò voce potius, ש mutato in ת (quam mutationem & illi admittunt, quibus שרפים & תרפים eundem Angelorum ordinem notant) quam aliunde obſcurum illud nomen deduxerim, præſertim cùm idem utrobique fuerit officium. Varias earum figuras collegit *Kircher.* Synt. IV. p. 261. Plura habet *Tom.* III. Synt. XVI. p. 474. & deinc. Utrum verò jam latius ſe Linguæ Ægyptiacæ uſus in Bibliis extendat, non facile dixerim. Voculam מן *Man* Ægyptiacum, *Chazkuni* dicit æquipollere מה Hebræorum; ſed non probat. סהר ſuſpicatur *Aben Ezra* AEgyptiacum, propter additam Interpretationem, *Gen.* 39. 20. ſed non ſufficit hæc conjectura. Illi certè qui Linguæ hactenus Ægyptiacæ feliciter operam dederunt, nihil tale oſtendunt. Vocem כנה *Pſal.* 80. 16. cujus ſeptem ſunt expoſitiones minus commodè ex AEgyptiaca lingua accerſi, alibi jam diximus.

De *Samaritica* & *Rabbinica* Lingua, tanquam Chaldaicæ & Hebraicæ famulis nihil hic addimus. De *hujus* uſu ex profeſſo alii ſcripſerunt, & nos etiam quædam propinavimus *Theſ. Philol.* p. 245. ad quæſtionem: *An Commentaria Rabbinica Theologo Chriſtiano uſui eſſe poſſint & quomodo?* Illius uſum ſatis commendat. 1. Verſio Chaldæo Samaritana, quam & Pariſienſis & Londinenſis nobis Editio ſuppeditat. 2. Vocum obſcurarum inveſtigatio. טלסם Chaldæo-Samariticè eſt *creare, facere*. Quid ſi vexatum illud vocabulum טלסם *Taliſma* inde deducamus, ut propriè ſit *figmentum, fabrica*? A Chaldæis enim ſive Sabæis primùm hoc ſuperſtitionis monſtrum introductum eſſe, fusè probavimus, *Hiſt. Orient.* p. 184. Quid igitur obſtet, quò minùs & vocem illis tribuamus, quam poſtea Samariam etiam Chutæi, novi coloni, deportarunt.

Caput VI.

A quibus Linguis in collatione Textuum maximum expectandum ſit ſubſidium.

COllationem verſionum variarum operam eſſe Theologo dignam, & exemplis ſuis, & egregiis probârunt encomiis viri *πολλῶν ἀντάξιοι ἄλλων*, *Scultetus*, *Druſius*, *Amma*, *Ludovicus de Dieu*. Inſpiciantur præfationes, quas ſuis præfixerunt collationibus: *Sculteti* cumprimis in Exercitat. Euangel. & *Lud. de Dieu* in N. T. Syr. Hoc verò ſtudium ut Miniſtro verbi variis ſe modis commendat; Ita Doctoris Academici, Exegetici præſertim, & cui alterutrius Teſtamenti explicatio incumbit, verſionum accurata collatio non ornamentum modò inſigne, ſed & munimentum

eſt neceſſarium. Atque hinc eſt, quòd doctiſſimi à Reformatione Commentatores, *Muſculus, Pareus*, &c. vocum ſemper & verſionum examen rerum tractationi præmiſerint. Neque majus ferè, in explicatione Scripturæ, inter Doctorem Academicum, & Eccleſiæ Miniſtrum eſt diſcrimen, quàm quòd illius potiſſimum ſit Textum Originalem expendere, conferre, ex fontibus ſenſum eruere, commentariis erutum inferre: hujus verò, cùm non ipſi ſemper variarum verſionum copiam habeant vel notitiam; ſenſum elicitum proponere, & dextrè plebi Eccleſiaſticæ accommodare. De hujus collationis vario uſu aliquid delibaturi, nolumus eſſe prolixi, in oſtendenda ejus differentia. Eſſe enim in hac verſionum συμβιβάσει notorium diſcrimen, quis dubitet? Delectantur multi examine diverſarum verſionum Latinarum, Germanicarum, Gallicarum, &c. Operam tales non perdunt. Subinde aliquid accedit lucis; certiùs tamen ſcopum feriunt, majuſque faciunt operæ pretium, qui Orientalium, magna ſibi affinitate vicinarum Linguarum, examen inſtituunt. Vocem Hebræam obſcuram, ἅπαξ ἢ σπανίως λεγομένην certius ex Syriaca aliqua vel Arabica, quàm Latina aut Græca tranſlatione explico tum maximè, cum fortè vocis illius adhuc promiſcuus in Syria aut Arabia reperiatur uſus. Res clara eſt, & ſexcentis exemplis, tum à *Lud. de Dieu*, tum etiam ab aliis probata. Uſum hujus collationis eſſe inſignem, nemo niſi cui pro cerebro eſt fungus, ibit inficias.

Primò enim beneficio hujus collationis de cujuſvis verſionis authoritate, ſi non authore ipſo, judicium ferre licet. Laudat quiſque ſuas, qui vult extrudere merces, Orientales præſertim, quibus admiratio ut plurimum ineſt. Scimus, nomina eſſe rerum vehicula. Quoties contingit, ut Interpretes [illegible] δουλεύοντες, & ſcenæ ſervientes ſuis

Tranſla-

Tranſlationibus ea infarciant, quibus ipſas ſimul res, etſi novitate periculoſas, Lectori inſtillent. Quibus, ſi poſtea antiquitatis accedat mangonium, glaucoma imperitioribus periculoſe objiciunt. Sit exemplo Editio Pariſienſis. Quas quæſo de antiquitate verſionis Arabicæ ampullas non jactat, quid de dignitate ejus Lectori Proæmiaſtes non pollicetur? Et tamen Muhammedis ætate poſterior eſt; ex Saadia maximam partem (neque enim, quod pace celeberrimi Viri *Edoardi Pocok.* Specim. Hiſt. Arab. p. 361. & doctiſſimi *Waltoni* Præfat. de Bib. Londinenſ. p. 45. negaverim, ipſa Saadiæ tota eſt) & alia conflata: niſi probetur, geminam Saadiæ fuiſſe Editionem. Non negamus, utrumque Interpretem multa habere communia. Exempla congeſſimus Diſſertat. in Heptap. Pariſ. peculiari, ex Tetrateucho Moſis: plura interea occurrerunt, ex Deuteronomii libro, quæ, quia hæc illorum ſedes propria eſt (oſtendunt enim, quid accuratiori textuum Orientalium collationi Theologia debeat) heic ſubjungemus. *Conveniunt* igitur Saadias & Pariſienſis Arabs I. *In iis, quæ ex Rabbinorum Schola deprompta videntur,* Deut. 32. v. 39. אשא ארח השמים ידי *Tollam in cælum manum meam.* Ubi quidem Chald. vertit; ארי אתקינית בשמיא בית שכינתי *Ecce ego conſtitui in cælo domum habitationis meæ.* At expreſſè *Aben Eſra* agnoſcit hic ritum שבועה *juramenti*, cujus exemplo, uterque Arabs: אקסם באלסמא *jurabo per cælum*; confer *Matth.* c. 6. v. *Deut.* I. v. I. voces במדבר בערבה uterque vertit: אלבריה אלבידא *deſertum deſolatum*: adeò ut alterum alterius ſit ἐξηγητικόν; quo ſenſu illud *R. D. Kimchi* explicat: verſu tamen 7. Arabicè redditur פי אלעור *in valle.* Huc referri poteſt locus, *Deut.* I. v. 13. איכה אשא טרחכם *quomodo ego feram moleſtiam veſtram?* Uterque Arabs habet, קצצכם *Hiſtoriam veſtram*, ut vertit Pariſienſis Interpres. Fateor, primò & propriè קצץ eſſe *Hi-*

ſtoriam; ſed & generaliter pro *qualibet re geſta*, aut *narratione*, negotio etiam ſumi, ex Lexicographis conſtat. Hic certè, Synecdochicè, denotare videtur *tædioſam litigantium ſerram*; quam coram judicibus reciprocare ſolent. Hunc ipſum ſenſum ſuppeditat *R. Sol. Jarchi*.

2. *In nominibus propriis. Deut.* 34. v. 1. A Gilead uſque ad Dan, uterque Arabs מן גרס אלי באנאס *A Giares ad Banias. Deut.* 1. v. 5. בשן *Baſan*. Arabes: בתניה *Bathnia*. v. 40. ים סוף *Mare algoſum*. Arab. בחר אלקלזם *Mare rubrum*, à nomine קלזם quæ Ægypti propriè Urbs eſt, propè montem Sinai. *Deut.* 2. v. 20. זמזמים *Zamzumæos*; Arab. רוי אלהמם quod Latinè reddunt; *magnanimos*. Meliùs, *ſolertes, ingenioſos*. c. 2. v. 23. כפתר Arab. uterque דמיאט *Damiatum*. c. 3. v. 4. כל חבל ארגב *Omnem tractum Argobi*; Onkel. *Traconitidem* habet; ſed Arabs uterque עלי חד אלמגב *ſuper lineam Mugeb*. v. 17. ים כנרת Chald. גינוסר Arab. גנסר *Mare Geneſateth*. Ita pro ים המלח *Mare ſalſo*, uterque reddit, אלבחירה אלמיתה *Mare mortuum*. Ibi אשדות הפסגה Arab. מצב אלקלעה *defluxiones collium* c. 4. v. 4. בעל פעור *Baal Peor*; Arab. פעור אלצנם *Pheor Idolum*. v. 49. ים הערבה *Mare ſolitudinis*. Vatablus explicat, *ſalſum*. Ita & Chaldæo Samaritanus ים בקעתה ים מלחה *Mare vallium, Mare ſalſum*. At Arabs uterque, בחירה טבריה *Mare Tiberiadis, Deut.* 16. 1. חדש אביב *Menſis Abib*; Syr. ירחא דהבבא *Menſis florum*. Arabs uterque שהר אלפריך *Menſis ſegetis perfricabilis*.

3. *In obſcurioribus Scripturæ explicationibus, magna utrobique deprehenditur harmonia*, Deut. 1. v. 4. אחרי הכתו את סיחן *Poſtquam percuſſiſſet Sichonem*; Arabs uterque בעד פתחה אלבלד *poſt apertionem terræ*, v. 11. Iehova Deus majorum veſtrorum augeat vos ſuprà quàm eſtis millecuplo. Arabes: ואסל אללה אלאה אבאיכם אן יזיד *Rogato autem Deum, Deum patrum veſtrorum, & addat, &c.* v. 22. ותקרבו אלי כלכם *Et acceſſiſtis ad me omnes*. Arabs uterque תקדם אלי כתיר מנכם *Acceſſerunt ad me multi ex vobis*. v. 27.

תרגנו

תרגנו vulgò, *murmurabitis.* Arabs uterque תכרסתם *turmatim coacervati*, v. 36. מלא אחרי יי *Plenè ſecutus eſt Jehovam.* Arabes, אתבע טאעה אללה *ſecutus eſt obedientiam Dei.* v. 4. ותהינו *obtuliſtis vos ad aſcendendum*, Syr. אתגרגתון *mutuò vos excitâſtis.* Arabs uterque ובאדרתם לתצעדוא *feſtini aſcendiſtis*, c. 4. v. 34. או הנסה אלהים *Aut num tentaverit ullus Deus*, &c. Arab. אן רפע אללה עלמא באן יטהר אנעאמה *Aut num erexit Deus vexillum, manifeſtando beneficia ſua*, Syr. או נסיו אלהא ראזל ונסב לה עמא מן גו עמא *aut probaverint Deum, qui abiens aſſumſerit ſibi populum è medio populi per tentationes, & ſigna & miracula*, v. 34. את הראת *Tibi oſtenſum eſt.* Uterque Arabs פאנת יגב עליך אן תעלם *tibi autem incumbit, ut ſcias.* Videntur reſpicere ſignificationem participii ראוי *convenit tibi*, Syr. אנתון חזיתון וידעין אנתון *vos vidiſtis & nôſtis.* Deut. 25. v. 13. ובכתה את אביה *Et deflebit* (capta ejuſmodi) *patrem ſuum.* Arabs uterque פתבכי עלי מדהב אביהא *Deflebit religionem patris ſui.* Neque enim dubitandum, quin & Saadias hoc velit, pro eo, quod nunc in Edit. legitur אלמטאלב ברנוד: מרבח *altare*, c. 5. v. 9. פוקד עון Arabs uterque *exigens peccata; vindicans peccata*, v. 22. שני לחות אבנים *Duas tabulas lapideas.* Arab. לוחי אלגוהר *tabulas gemmeas*, c. 6. verſ. 13. ובשמו תשבע *Et per nomen ejus jurabis*; Arab. תחלף באסמה בארא *Jurabis per nomen ejus purè, ſanctè*, v. 20. מה העדות והחוקים *Quod nam teſtimonium, & quæ ſtatuta.* Arab. מא סבב אלשואהד *quæ nam cauſa eſt teſtimoniorum.* c. 7. v. 20. וגם את הצרעה ישלח *Et crabrones mittet*, Quod & *Syro* placet, & *R. Sol Jarchio.* At Arabs uterque: *Calamitatem, perniciem mittet.* Eodem fortè tendit, R. *Eſra*: חולי בגוף מגזרת צרעת *Morbus corporis, à* צרעת *lepra*, c. 8. v. 4. ורגלך לא בצקה *Et pes tuus non intumuit.* Ita vulgò, ex mente *Aben Eſra, Jarchii.* At Arabs uterque לא תחף *non eſt denudatus.* Quod etiam *Syrus* ſequitur & *Chaldæus.* c. 9. v. 14. הרף ממני וא שמידם *Abſtine à me, perdam eos.* Uterque Arabs addit conditionem פאן כפפת ען אלתשפע פיהם אפניהם *Et ſi abſtineas*

Digitized by Google

abſtineas à precando pro iis, conſumam eos. c. 10. v. 6. pro eo, quod in Hebræo eſt; *Filii autem Iſraël profecti ſunt de Beeroth;* Arabs ſubſtituit פלמא שפעני פי הרון אקאם אלי רחל בני אסר איל מן באירות *Cùmque gratiam impetrâſſent pro Aharone, manſit vivus, donec proficiſcerentur filii Iſraël de Bairoth.* Gloſſa liberior, quæ nuſpiam apparet: c. 11. v. 12. אשר דרש Terra, *quam quærit.* Arab. ארץ אללה רבך מתעאהד *Terra, quam Dominus Deus tuus ſemper viſitat.* c. 12. v. 23. הדם הוא הנפש Arab. *Sanguis eſt* מסכן אלנפס *ſedes animæ* c. 13. Cum ſurrexerit in medio tui populus: Arab. פאן קאם פימא מדעי נבוה *ſi ſurrexerit in te profitens Propheꞇiam* i. e. jactans ſe Prophetam, v. 3. הישכם אוהבים את יי׳ אלהים *Verum diligatis Dominum Deum,* Arab. הל אנתם מחבים מכלצין *an ſitis amici ejus ſinceri* : malim : *an ſincerè ipſum diligatis,* v. 5. כי דבר דבר סרה על יי׳ Quoniam locutus eſt verbum rebellionis contra Dominum; Arab. תקול אלמחאל עלי אללה *Architectatus eſt fraudem contra Dominum* : vel *conſinxit mendacium contra Dominum,* c. 15. v. 7. כי יהיה בך אביון cum erit in te pauper, addit uterque Arabs, או בדנב או מחנה *ſive ob culpam, ſive tentandi causâ*, c. 18. v. 10. מעונן ubique eſt מתפאיל *Sortilegus,* c. 19. 21. לא תחוס עינך Ne parcat oculus tuus. Arab. לא תשפק פי אלקצאץ *Ne ſis clemens in lege Talionis*, c. 20. v. 19. Et educat eum (filium immorigerum) אל שער מקמו *ad portam loci ſui*; eleganter Arabes אלי באב חאכם מוצעה *ad januam judicis loci ipſius,* v. 23. כי קללת אלהים תלוי Eſt enim maledictio Dei ſuſpenſus. Arab. אד צלב למא אפתרי עלי אללה *Patibulo affixus eſt, quia blaſphemavit contra Deum*; quaſi hoc potiſſimum ſupplicium blaſphemis ſit deſtinatum. Iuxta Canonem: דין התליה הוא במגדף ועובד ע״א לבדם כדברי חכמים בפרק נגמר הדין *Supplicio ſuſpendii mulctantur blaſphemus, & Idololatra tantum, juxta ſententiam Rabbinorum, Capite* : Abſolutum eſt judicium *Seph, Chinn.* S. 533. Et paulo poſt S. 534. Ipſa hæc verba כי קללת אלהים תלוי ſic explicat; שלא יאמרו הבריות מפני

מפני מה זה תלוי מפני שקלל את הש״י ונמצא בהזכירם זה ומהעלותם הדבר בפיהם שהם מחללים שם שמים ונומלים רע לנפשם והאל שחפץ במובת בריותיו מנעם מזה מפני כך *Ne forte homines quærant; Cur hic ſuſpenſus eſt? Quia maledixit nomini Dei benedicti & ſic eo ipſo, quòd in memoriam hac revocat, & ore talia efferre ſolicitat, cauſa ſit, cur maledicant nomini Dei benedicti; atque ſic malum ſibi concilient.. Deus autem, qui creaturis ſuis bene vult, prohibuit ne ſic facerent.* Unde & rectè, contra Manichæos, obſervavit *Epiphanius*, non propter pœnam, ſed propter reatum, peccatúmque, ſuſpenſum execrationi fuiſſe. Nec longè abit Syrus: מטל דמן דמצחא לאלהא נזדקף *Nam, qui blaſphemaverit Deum ſuum, ſuſpendetur*, c. 23. v. 13. ויתר תהיה לך על אזנך *Paxillus eſto tibi præter arma tua*; Arab. ויכון לך ותד מע סלאחך *Erit tibi paxillus cum armis tuis*, c. 24. v. 6. נפש הוא חבל *Animam ille ſuam oppignorat*: Arab. פאנה יסתרהן קות אלנפס *Acciperes pro pignore victum animæ. Molis enim*, ut animadvertit Onkeloſus מתעבד מזון לכל נפש *paratur cibus omni animæ.* Syrus, *oppignorandi* ſignificatu præterito נפשא הו גיר מעיק אנת *animam enim contriſtabis, arctabis*, reddet, c. 26. v. 14. לא נתתי ממנו למת *Neque dedi ex illo in mortuum* i. e. ne in religioſis quidem ſumtibus funerum, ullam decimarum partem collocari. Sic Arabes; לא פי חואיג מית *Non in neceſſitatibus pro mortuo*, Deut. 32. v. 1. האזינו השמים *Attendite cæli*; Arabes, ינצת אהל אלסמא את *Auſcultent incolæ cæli*, c. 33. verſ. 1. איש האלהים *Vir Dei*: Arab. רסול אללה *Legatus Dei*, Syr. עבדה דאלהא *Servus Dei.*

4. *In locutionibus elipticis*, quibus σαφηνείας ἕνεκα, aliqua ab Interprete accedit explicatio. Deut. 1. v. 31. Iehova Deus tuus נשאך *portavit te*, Syr. *Nutrivit te*; ἐτροφοφόρησε, uterque Arabs addit, השפאקא *miſericordiâ.*

5. *In* ἀνθρωποπαθείαις, quibus elucidandis Iudæi præ aliis ſuam impendunt operam. *Deut. 1. v. 30. Jehova Deus noſter*

ההולך לפניכם *qui vos anteit.* Arabs uterque אלס איר נורה אמאמכם *ejus lux ambulat ante vos.* Ita etiam v. 33. & c. 7. Deut. 4. v. 24. יי' אלהיך אש אכלה *Dominus Deus tuus eſt ignis conſumens.* Arab. עקאב אללה נאר אכלה *Pœna, vindicta Dei, eſt ignis conſumens.* v. 37. ויוציאך בפניו *Eduxit te ante ſe.* Arab. ברצאה *beneplacito ſuo.* Syr. בפרצופה *In perſona propria ſua*, ut Latinè transfertur. c. 8. 2. לדעת את אשר בלבבך *ut ſciret, quæ eſſent in corde tuo*, Arab. יטאהר אלנאס *Notum faciat hominibus*, quòd eſt, &c. Confer c. 9. v. 24. Cap. 9. v. 3. יי' אלהיך הוא העובר *Dominus Deus tuus tranſit.* אללה רבך נורה גאיז *Deus tuus, cujus ſplendor te tranſit.* c. 26. v. 11. והנחתו לפני יי' אלהיך *& relinques ea* (primitias) *coram Domino*, Arab. בין ידי קדש אללה *In Sanctuarium Domini*, cap. 31. v. 17. הסתרתי פני מהם *Abſcondi faciem meam ab illis.* Arab. אחגב רחמתי עמם *Abſcondam miſericordiam meam ab iis*, c. 32. v. 31. & alibi vocem צור reddit מעתמד *adminiculum*, c. 33. v. 10. באפך *in maſum*, Arab. uterque בין ידיך *in conſpectu tuo.*

Quis hic dubitet Pariſienſem Interpretem multa ex Saadia mutuâſſe? Non tamen planè eundem eſſe, palam facit manifeſta illa differentia, quæ alibi occurrit V. G. *Deut.* 34. v. 10. verba: אשר ידעו יי' פנים אל פנים *quem novit Deus de facie ad faciem*; Saad. tranſtulit. לאן ערפה אללה משאפהא *Novit eum Deus præſentem.* Pariſii אללה נאגאה בעין ואסטה *Deus allocutus eſt eum ſine medio* i. e. immediatè, Deut. 31. v. 19. Saadias totum illum verſiculum ita reddit: אכתבוא להם אלתסביחה ולקנהא לבני אסרא יל חתי תצירהא פי אפואהם לכן תכון שהאדה *Nunc igitur ſcribite iis hoc Canticum, & edoce illis filios Iſraël*, &c. Pariſ. pro תצירהא habet חתי תשתמל הא *donec elicias illud ex oribus*, Deut. 27. v. 24. מכה רעהו בסתר *qui percutit proximum ſuum clàm*, Pariſ. מן יסעי עלי צאחבה שרא *qui clàm detractabit ſocium ſuum.* Saad. מן יצרב צאחבה סרא *Qui proximum ſuum percuſſerit clàm.* Ita & Syrus. Idem judicium de Editione Syriaca. Multa de Antiquitate ejus præfatio cumulavit encomia; quæ

quæ utrum Pariſienſi conveniant editioni, pronuntiet, qui audet. Certè, qui Anglicano præſunt operi, jam publicè monuerunt, multas in Syriacam editione Pariſienſi eſſe lacunas: Vide *Waltoni* Introduct. ad Lect. Ling. Orient. p. 40. cui illi malo medelam afferent tum alia arte: tum verò maximè exemplari Patriarchæ Antiocheni, quod *ſimplex*, ex Hebræo tranſlatum, vocant; Utriuſque collatio, antiquitatis & perfectionis laudem demum faciet dubiam.

Secundò; Cùm verſiones nonnunquam longiùs à Textu Originali abeant, intereſt omnino obſervâſſe, unde differentia illa nata. Accedamus iterum ad Syriacum Editionis Pariſienſis contextum. Hic obſervare licet, diſcrimen nonnunquam notorium ortum. 1. *Ex literarum* ל *&* ן *confuſione.* *Deut.* 3. v. 12. & alibi pro ראובן legit ראובל v. 5. Huc pertinere videtur locus, *Deut.* 32. 15. שמן ישרון *Pinguis factus eſt Jeſchurun.* Syr. שמן אסראיל Arab. סמן אלמוצוף *Pingue factus* eſt *laudatus*: כ & ב *Deut.* 34. pro ככר Syr. habet כבר *Chobar*: ד & ר Pro ארדעי Syr. ארדעי *Ardei* c. 2. v. 11. עד Syr. ער Arab. v. 26. קדמות Syr. קרמות *Karmuth.* v. 36. & 48. Pro ערער *Arüer*; Syr. ערעיר *Adir.* 2. *Confuſione vel diverſarum vocum*; Deut. 33. verſ. 12. ידיד יי ישכן לבטח *Manus, manus Domini habitare fecit cum confidentiâ.* At Syra, quaſi unica eſſet vox, ידיד *dilectus*; חביבה דמריא כשרא בשליא *Dilectus Domini habitabit cum tranquillitate.* Ita & Arabs: אר הו ודיד אללה יסכן ואתקא *cùm ipſe ſit dilectus Dei, habitabit ſecurus in eo.* Vel *diverſarum radicum*; Deut. 1. 26. ותמרו את פי יי *Rebellaviſtis præſtituto Jehovæ.* Syr. *Exaſperâſtis verbum oris Domini*: Confuſis radicibus מרר & מרה c. 28. v. 54. תרע עינו באחיך *Malignus erit oculus in fratrem tuum.* Syr. תחור עינה *reſpicit oculus ejus.* ירע & ירע permixtis, vel hoc pro illo lecto: vel *ejuſdem radicis diverſis derivatis non probè deſtinctis.* Deut. 16. verſ. 16. יראה כל זכורך *apparebit omnis maſculus tuus.* Ita etiam Chald. Græc. Ara. Syrus tamen דוכרניך *monumenta tua apparebunt.* Vel

inſolitæ penè ſignificationis uſu. Deut. 32. v. 36. אפס עצור ועזוב *ceſſavit concluſus cum derelicto.* Syr. לית דעדר וסמך *Non eſt qui auxilietur, aut adjuvet.* עזב Semel tantùm atque iterum *juvandi* ſignificatione occurrit *Nehem.* 4. v. 2. *Exod.* 23. v. 5. Ubi ſi *deſerendi* notione accipias, Legiſlatoris menti repugnabis. Itaque *Deut.* 22. v. 4. pro עזוב תעזוב legitur הקים תקים *omnino eriges.* Unde *Seph. Chinn. pag.* 30. עזב תעזב עמו כלומר עזרה מלשון ויעזבו את ירושלים שהוא מלשון חזק Azoba Taazob immo, i. e. *juvabis eum, ex ſignificatione* Nehem. 3. 8. *inſtauraverunt Hieroſolymam. Denotat enim confirmationem, robur,* &c. Alii tamen, Talmudici cum Aben Eſra, loco Eſræ *pavimentum* intelligunt. Vide *Lex. Bibl. Buxt.* R. עזב L. Emper. in Cod. Midd. pag. 159.

II. *Libertas Paraphraſtica*, quâ factum, ut de ſenſu ſæpe magis, quàm verbis ſolicitus fuerit Interpres. *Deut.* 20. verſ. 6. כרם לא תחלל *Vineam non profanabis*; Arab. & Samarit. quanquam Morin. Samaritica verterit; *non eſt epulatus ex ea. Syr.* לא עצר מנה *Muſtum ex ea non collegit*; vel, ut melius reddi poſſet; *Preſſit, expreſſit.* Unde Iſabar Ali futurum נעצור Arabicè profert, יעצר quod *torculari* propriè convenit. c. 21. v. 9. תבער הדם הנקי *Tollito reatum ſanguinem innoxii. Syrus;* עקב *Exquire.* Liberè quidem: ſed non malè. Unde & Syro-Arabs נעקב explicat per יבחרת, יפחש *explorabit, inquiret.* c. 1. verſ. 44. ſicut apes: *Syrus* addit; *fumo irritatæ.* Cujuſmodi pleonaſmi occurrunt plures. c. 25. v. 18. קרך בדרך *occurrens tibi in itinere*; Syrus, & quidem ſolus, addit, בחרבא *cum gladio.* c. 29. v. 17. כסף וזהב אשר עמהם *Argentum & aurum, quod* cum illis; Syr. דק רימין *quibus ſunt obducti.* c. 1. v. 17. לא תכירו פנים *Ne ſuſcipite perſonam.* Syr. אל תסבון באפא πρόσωπον ȣ̓ λήψεσθε. v. 34. Conditionalem vertit cum Arabe in negativam אם יראה *Non videbit.* c. 2. v. 7. ידע לכתך את המדבר הגדול הזה ארבעים שנה Syr. *Novit regere vos in iſta ſolitudine* 40. *annos.* Utrum tamen ſemper feliciter æquè hæc peraphraſtica libertas ceſſerit

alii,

àlii viderint. Obſervo certè nonnulla, quæ cum ignorantia Linguæ Sanctæ conjuncta eſſe videntur. Sic *Deut.* 3. v.17. אשדות הפסגה *ſub decurſibus ipſius collis*; Syr. אשדוד ופסגא מצוע רמא *Aſdod & Phaſgo, quæ ſunt in colle.* c. 23. v. 1. דכר מאתא *Contuſus, contritus.* Ita communi conſenſu Interpretes; ſolus Syrus, גירא *adulter*, quem definit Iſa bar Ali ובאנתתא חברה מזנא *cui cum uxore proximi res eſt.* III. *Imitatione Paraphraſeos Chaldaicæ*, quæ in obſcuriſſimis etiam locis obvia eſt. *Deut.* 1. v. 2. Pro קדש ברנע Syr. habet רקם תאיא *Rekam excelſa.* Planè ut Onkeloſus. v. 5. Rex Baſaa: Syr. *Rex Mathnem.* Chald. מתנן v. 27. תרגנו uterque *murmurâſtis.* v. 28. בני ענקים Chald. & Syr. בני גבריא *Filii gigantum*: quos & Arabs ſequitur. v. 32. לתת לכם מקום Syr. & Chald. cum Arabe; *ad præparandum vobis locum* c. 13. verſ. 6. אשת חיקך *Uxor gremii tui.* Syr. & Chald. אנתת קימך *Mulier fœderis tui.* Legiſſe videntur חֻקֶּךָ Et v. 13. בני בליעל *filii Belial*; Syr. גברא בני חטא *Viri ſcelerati*; Chald. גברין בני רשעא Arabs uterque קדם כבאר *Homines faſtuoſi, turgidi.* Sic דבר בליעל *verbum Belialis*; Syr. פתגמא ועולא *Sermo impius*; ut Chald. פתגמא ברשע Patet hinc, malè Codicem Hebræum ex Tranſlationibus ejusmodi caſtigari, aut varias illas Lectiones ſingulis Exemplaribus reſpondere, quod periculoſo errore nonnullis placet admitti poſſe.

Tertiò, Probat tot textuum collatio, magnam reverentiam, quâ Eccleſiæ ſemper contextum Sacrum, ejuſque tranſlationes ſunt proſecutæ. Nihil profanæ Romaniſtarum circa hoc caput Theologiæ nervoſiùs opponi poteſt, quàm conſtantiſſima vetuſtiſſimarum Eccleſiarum praxis, quæ à novitate Eccleſias Reformatas, Tranſlationis ſtudio intentas, ſolidiſſimè purgat. Qua de re prolixius egimus ſcripto Hodeget. P. 1. Item *Anal.* P. 1. pag. 129. & deinceps. Vel ſola Eccleſia Syriaca exemplo eſſe poſſit. Non

modò antiquiſſimo inſtituto ſuas ſemper habuit verſiones; ſed & ne vel unius verſiculi faceret jacturam, exactum eorum inivit numerum. Sub finem Pentateuchi Edit. Pariſ. legimus אסתיכו בספרא הנא דתנין כמוסא פתגמא תרין אלפין ושבע מאא ותשעין ושרת כלה דין כתבא הנא דאוריתא איתוהי פתגמא שתת עסר אלפין ותשע מאא ושתא דחמילינן בצחיחא קכו מכתב למושא מנכס ומהתם לישוע בר נון משמשנרה. *Continentur in iſto volumine repetitionis Legis verſus bis mille ſeptingenti nonaginta ſex. Totus verò iſte liber Legis complectitur verſus ſedecies mille nongentos & ſex, ſectionibus centum & viginti ſex comprehenſos. Compoſitus fuit à Moſe, diſpoſitus verò atque abſolutus à Joſue, filio Nun, ejus Miniſtro.* Idem ſtudium probant Iudæi, idem Samaritani; ut alibi monuimus. Nos ergò frigidiores ſimus aut remiſſiores?

Quartò, juvat in locis difficilioribus habere, quo cum faciamus. Non ſinunt nos dubitare exempla, aliquid nonnunquam conſenſui iſti deberi, & meditationes noſtras quaſi attritu ſilicis, ἀναζωπυρεῖσθαι. Pauca quædam præmiſſis (nam eſſe quædam quæ aſſertioni huic faciunt fidem, cur ambigam?) addere placet. Deut. 27. verſ. 18. משגה עור בדרך *Errare faciens cæcum in via.* Literaliter, proculdubio, *orbum caſſum oculis* corporis עור denotat; neque tamen male Arab. מצל גאהל אלטריק *Ignarum* (cæcum animo) *errare faciens in via.* c. 28. v. 7. פרי ארמתך *fructus terræ tuæ*, ab Arabe reſtringitur, תמר ריאצך *fructus hortorum tuorum*, v. 25. והיית לזעוה *Eris in commotionem*: Arab. פתציר עברה *Eriſque in exemplum*: terroris nempe, ut eſt apud Iarchium. verſ. 34. והייתה משגע ממראה עיניך אשר תראה *Et fies amens propter viſum oculorum tuorum quod videbis.* Syr. והוית כמה מן הזוא עיניך דחזא אנת *Et offundatur caligine viſus oculorum tuorum, quo vides.* Arab. verò חתי תציר מעתוהא מן מנטר עיניך אלדי תראה *Ita ut evadas amens ob ſpectaculum oculorum tuorum, quod cernes.* cap. 29. verſ. 6. לחם לא אכלתם *Panem non comediſtis*; Arab. limitat; ומעאמכם אלדי

לא רתמודה, אעתא אלדי *Panem, cui aſſueveratis*, &c. c.30.v.6. *Et circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum*; uterque Arabs ישרח אללה רבך צדרך *Exhilarabit, dilatabit Dominus Deus tuus pectus tuum*. Plura habet Diſſertatio noſtra de Heptaplis Pariſienſibus. Quæ tamen non imitationi promiſcuæ, ſed examini ſubjicimus.

Patet, opinor, ſatis neque oleum perdere, neque operam, qui veterum, *Originis, Hieronymi*, &c. exemplo, ad verſionum collationem ſe accingunt, calcaribus etiam recentiorum, in quorum ordine agmen ducit *Paulus Fagius*, & *Bibliander*, quorum hic magno ſtudio univerſum contextum Græcum cum Authentico Hebræo contulit, excitati. Hodiè, poſtquam Pariſienſis nobis Editio Heptapla dedit, collationum uſus illuſtrior eſt. Nam præter Chaldaicam, Græcam & Latinam tranſlationes, quas jam ante Editio Complutenſis exhibuit & Antuerpienſis regia, Arabica acceſſit verſio Syriaca, Samaritano-Hebræa, & Samaritano-Chaldæa: Plura Londinenſis promittit, ut ex *Waltoni* præfatione, p.93. manifeſtum eſt. Qui igitur hodiè nucleo συμβιβάσεως paſci volunt, perfrui, delectari, nucem frangant neceſſe eſt. Linguis hoc, nullâ aliâ viâ, peragitur, iis potiſſimum, quæ in Heptaplis Pariſienſibus extant, quæque uſum habent communem.

I. *In explicatione verborum*. Si quæ obſcurior in Codice Hebræo occurrat vox; lucem accipit à verſionibus, vel omnibus vel pleriſque. Vide Diſſ. de *Heptapl.* p.133.

II. *In conciliatione ipſarum Tranſlationum*. Verſionem Græcam magnæ ſemper fuiſſe in Eccleſia authoritatis, nemo facilè negaverit. At unde factum, cur tot ubique à Codice authentico divortia? Multas expoſuimus cauſas in *Theſauro Philolol.* 1.c.3. Q. *de verſione Græca* XV. *Unde tanta verſionis V.T. Grææ varietas, & à contextu Hebræo diſcrepantia?* Tertia certè

cauſa

cauſa in ipſa temporum, quibus verſio illa adornata eſt, reſidet injuria. Sunt enim loca in Codice Græco non contemnenda, quorum explicatio non ex Hebraiſmo, ſed vel Chaldaiſmo, vel Rabbiniſmo, vel Syriaſmo, vel Arabiſmo, vel etiam Lingua Ægyptiaca aut Æthiopica dependet. Non quòd Linguæ illæ ſint primigeniæ aut Hebræa cæterarum non ſit fœcunda parens, ſed quia illarum ſignificationum, quarum veſtigia adhuc in filiabus apparent, jacturam fecit mater. *Arabiſmi* exempla habes p. 369. Quibus addimus 2. *Paral.* 11. v. 16. ואחריהם *Et poſteos*; LXX. ἐξέβαλον αὐτοὺς; Arab. אברגהם Majoris momenti ſunt loca, ἀναμφιλέκτως hactenus inter παρερμηνείας relata; *Jerem.* 31. v. 32. Heb. בעלתי בם LXX. ἠμέλησα. Creditum hactenus, *legiſſe* געלתי; ſed nihil eſt neceſſe. Conſtat enim בעל cum ב conſtructum eſſe *renuere, nolle, faſtidire*. Unde; בעל אלרגל באלאמראה׃ *Faſtidivit Vir mulierem, eámque expulit*. Hanc ſignificationem ex Hebræis etiam probant *Kimchii* Pater, & *Ibn Jannachius*; & de illo quidem R. *David*, in lib. Rad. ſcribit, quòd aſſeruerit, שכל לשון בעילה שהוא דבק עם מלת הוא לשון גנאי *ubicunque verbum* בעל *cum* ב *conſtruitur*, *in malam partem ſumi*. Unde verba illa ſic exponiti קצתי בכם בזמן שעבר אך עתה אקבץ אתכם *Ego faſtidivi vos, eo ſcil. quòd præteriit tempore, ut jam colligam vos*. Unde non modò Græci habent ἠμέλησα αὐτῶν; ſed & Syrus: בסית להון *ſprevi illos*. Eſ. 28. v. 16. המאמין לא יחיש vulgò; *Credens non feſtinabit* LXX. Soli; οὐ καταισχυνθήσεται. Conjectura eſt, legiſſe, יביש, quod & Paulus retinet, *Rom.* 9. 33. 10. 11. ſed quorſum hoc? חאש & חיש etiam num Arabicè notat 1. אסרע *feſtinare*; 2. פזע *timere*; 3. אסתחיא *pudore ſuffundi*, quod præ cæteris, Græcis Interpretibus placuit. Secundum Syro, לא נדחל *non timebit* & Chald. לא יזדעזעון *non commovebuntur*. *Habac.* 1. v. 5. ראו בגוים κατὰ πολὺ, *videte in gentibus*. At LXX. ἴδετε οἱ καταφρονηταί. Eodem modo & Apoſtoli citant

tant *Act.* 13.v.4. & *Syrus*, qui ex Hebræo V. T. tranſtulit: חזו מרחא *videte arrogantes*, quaſi legiſſent vel בוגדים ut plerique volunt, vel בוזים ut *Capellus* ſtatuit; ſed tutius eſt aſſerere, בגוים eſſe plurale, à ſing. בגויא formæ קניא, quod ex uſu Arabicæ Linguæ eſt *inſolens, arrogans*, à verbo בגא, quod eſt 1. טלם *injuſtus fuit.* 2. עלי עלי אחר *ſe ſuper aliquem extulit.* 3. עדל ען אלחק *Declinavit à vero.* 4. אסתטאל *inſolenter ſe geſſit.* 5. כרב *mentitus eſt.* 6. אכתאל פי אלמשיה *faſtuosè inceſſit.* Unde omnis *exceſſus* Arab. vocatur אלבגי quo Gieuharius, vocem æquipollentem, אלתעדי *tranſgreſſio*, explicat. אלתעדי autem *Iſa bar Ali*, eſt ipſum, quod Syrus ſequitur, מרחותא *audacia, tranſgreſſio*; מרחא verò אלמתעדי, אלגבר, אלוקח quæ ſenſu conveniunt, & καταφρονηταὶ Græcorum reſpondent. Eodem verſu ותמהו Græci habent ἀφανίσθητε, cujus ſignificationis vim Arabia oſtendit, ubi תמה eſt *corrumpi, in pejus mutari.* *Habac.* 2. v. 4. הנה עפלה נפשו *Ecce elata eſt anima ejus.* LXX. ἐὰν ὑποστείληται ἡ ψυχή μου. *Sic Heb.* 10.38. καὶ ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου. *Ac ſi quis ſe ſubduxerit, non probat eum animus meus.* Varii hic στοχασμοί. *Grotius* legiſſe ipſos עפלה pro עלפה & נפשי pro נפשו: ſed monet R. *Tanchuma*, duo hæc eſſe quandoque Synonyma; & עפל quidem notionem habere τῷ ὑποστέλλεσθαι vicinam, תאכר, בעד *Longe abeſſe, morari*; à nomine עופל *clivus.* Sed expeditiùs nodum ſolvit Arabica lingua, in qua עפל eſt *omittere, negligere, per ſocordiam ſuperſedere, aliò amimum avertere*, quæ etiam ratio movit *Lud. de Dieu*, cur aſſereret, non melius reddi poſſe עפלה quàm per ὑποστείληται. Eodem Clariſſimus *Pocokius*, cujus eruditio & exquiſita Linguæ Arabicæ peritia, hanc nobis ſegetem ſuppeditat, loco habet *Pſal.* 19. verſ. 5. Vult nempe LXX. קום rectè vertiſſe φθόγγος, à verbo Arabico קוקי quod idem eſt cum צאח *clamare, exclamare.* Primitivum eſt קי, vel etiam קיה He ultimo mobili; quod eſt צרח *clamavit,*

O

vit, exclamavit, ſenſu loci, mirè commodo, cùm ſit ita clamare, ut alter alteri reſpondeat, voce mutuò agnita. Quicquid ſit (ſic concludit *Clariſſ. Vir* Not. Miſcell. p. 50.) nequeo mihi perſuadere, aut LXX. aut *Syrum* legiſſe קולם cùm aliis hic utantur dictionibus, quàm quibus קול in præcedentibus explicârunt.

Chaldaiſmus obſervatus fuit in illis locis, quæ dedimus p. 367. *Theſ. Phil.* Quibus adde *Hoſ.* 13. v. 14. coll. cùm 1. *Cor.* 15. v. 55. ubi verba Hebræa אהי דבריך מות vertuntur, *ποῦ σοῦ θάνατε τὸ κέντρον*, &c. Latini *Ero ò mors*, &c. quaſi אהי per Apocopen ponatur, pro אהיה: ſed quid nos urget? Fuiſſe olim אהי idem quod איה, ex Chaldaïca patet Lingua. Unde eodem cap. *Hoſ.* v. 10. Chaldæus pro אהי מלכך habet אן מלכך *ubi eſt Rex tuus*. *Ibn-Jannabius*, & *Tanchumius* ſuffragantur, quibus אהי, per tranſpoſitionem; eſt איה.

Ex *Æthiopica* lingua Clariſſ. *Lud. de Dieu* explicat locum *Eſ.* 28. v. 16. המאמין לא יחיש *Credens non movebitur*, ut Chaldæus transfert. Ponitur enim חוש in tranſlatione Æthiopica pro *κινεῖν, σαλεύεσθαι* in paſſivo; cui reſpondet *τῶν* LXX. & Apoſtoli *καταισχύνεσθαι*. Sed planiorem conciliationis viam oſtendit Arabs. *Cantic.* 8. verſ. 5. מתרפקת *ἐπιστηριζομένη*: Vulgò *enixa*, quod & alii non pauci ſunt ſecuti, etſi interpretationis cauſam, præter conjecturam, non habuerint. Ea ex lingua Æthiopica confirmatur, ubi רפק eſt *accumbere*. Pro *ἀνακλίνεσθαι* ponitur *Matth.* 8. 11. Habet & *Syriaſmus* luculentum uſum in examine verſionum Græcæ & Latinæ. Vide *Theſaur.* p. 368. Adde *Job.* 37. v. 4. ולא יעקבם Vulgatus: *Et non inveſtigabitur*; ex uſitata Linguæ Syriacæ notione. *Iſa*, *bar Ali* נעקב מן עוקבא יפתש ויבחת Neakebh *ab* Ukobo, *eſt indagabit, inveſtigabit. Jud.* 7. verſ. 21. נחל קישון גרפם *Torrens Kiſchon traxit cadavera eorum*. Hieron. Ex ſignificatione Syriaca, qua uſitatiſſimè ſignificat, *mundare, trahere, detrahere*.

Cap.

Caput VII.

Probatur, Linguæ Arabicæ in Explicatione & Collatione contextus Sacri maximum eſſe uſum.

PRobant memorata à nobis exempla, multum in Explicatione obſcuriorum vocabulorum deberi tum cæteris Linguis Orientalibus; tum verò & cumprimis *εὐπορίᾳ* Arabicæ Linguæ; id ipſum nunc pleniùs propinabimus, demonſtraturi, vix intricatiorem occurrere voculam, cui Arabia non aliquid afferat lucis. Ordinem in hac *ἐπιδείξει* ſervabimus Alphabeticum, ubi eruditorum quædam præmiſerimus ſuffragia, quæ hunc noſtrum conatum haud obſcurè confirmant.

Ex illis primùm audiamus Syros. *Iſa bar Ali*, in Lexico Mſc. Syro-Arabico, aliquoties Arabes accuſat, quaſi furto ſuas quaſdam feciſſent voces, quod utique nihil aliud eſt, quàm magnam utriuſq; Linguæ *γειτνίασιν* indicare. Sic אבעד ה' ארחק ה' אבעד ה' ארביא גנבוה *Abhed inquit, eſt removit, id quod Arabes abſtulerant furto.* Iterum אגיז שבקוה סוריא ונסבוה ארביא id eſt vocem אגיז (Arab. אגאז) *reliquerunt Syri, acceperunt autem Arabes.* Et alibi אקץ הדא טוב ארביא גנבוה אקתץ מן אלקצאץ אלגאז עלי פעל אלשר *Verbum* אקץ *iterum furto abſtulerunt Arabes, ſignificatque retributionem pro malo opere.*

Nec aliter ſentiunt Hebræi, Aben Eſra cumprimis & Kimchius, quorum ſcripta Arabicis ubique non modò plena ſunt vocibus; ſed & frequentiùs in radicum obſcuriorum inveſtigatione ad Arabes nos rejiciunt. Vide *Sup.* p.70. Plura ſequentur. Sed & ſeculi tum ſuperioris tum præſentis Theologi pariter & Philologi in eandem con-

cedunt ſententiam. *Rivet.*Exod. c.13. *Subjectum ſanctificationis eſt* כל בכור *à Radice,quæ antevertere ſignificat,cujus uſus eſt apud Arabes. Ergò* בכור *is eſt, qui omnes ſuos alios fratros antevertit ſive in hominibus ſive in animalibus.*

Waltonus Præf. cit. p. 43. *Maxima tamen ejus (*Arabicæ Linguæ*) utilitas eſt & neceſſitas ad Linguam Hebræam & Sacra Biblia intelligenda, cùm Hebræa Lingua, quæ mutila & exigua ex parte in V. T. reliqua eſt, ex Arabica, quæ adhuc integra eſt, ſuppleri & diſci poſſit: multa enim vocum Hebraicarum radices Arabicæ ſunt, unde Hebraica vocabula, quæ ſemel tantùm in V. T. occurrunt, ex conſuetudine Arabici ſermonis exponenda eſſe ſtatuit Aben Eſra Comment. in Cant. Solom. ob Linguarum affinitatem. Arabiſmis plurimis refertos eſſe libros Scripturæ Poëticos obſervârunt docti, maximè librum Job (unde & Linguæ antiquitas elucet) ut dudum obſervavit Hieronymus.* Loca Ab. Eſ. obſervat *Rav.* Diſp. de Dudaim, pag. 48. & 53.

Nicol. Clenard. Epiſt. Lib. 11. pag. 252. *Ecce autem cùm vix duodecimus mihi in nova profeſſione ageretur dies, adferuntur Epiſtolæ Regis Luſitaniæ, illiusq; fratris Infantis Henrici, ad quem inſtituendum invitabar, cùm quo verſatus annos quinque, & dormientibus altum Arabicis, quod alias diſciplinas tractarem, cùm nuper facta mihi ab eo poteſtate rediturus eſſem in patriam, & ibidem ſedem ſenectutis, poſiturus conſilium cepi, ut menſibus aliquod peragratis urbibus Hiſpanicis, diligenter diſpicerem, ſicubi reperire poſſem hominem, quîcum fabularer de literis Arabicis. Nam hactenus vivam vocem non audieram, & dubiola quædam me movebant de illorum accentibus, & omnino ſtabat ſententia cum ſtudio Theologico Lovanii Profeſſionem auſpicari Arabicam*, quod eam mirificè conferre cenſerem rectiùs intelligendis Hebraicis.

Petrus Ravanellus Bibl. Sac. p. 296. *Adde, quod Aben Eſra, referente Paulo Fagio ſuper Gen. 1. affert,* שמים *idem ſignificare, quod* altum, *vel* ſupra, *quæ Etymologia cælo optimè convenit: Id quod*

Digitized by Google

quod probat ex Lingua Iſmaëlitica, quæ plurimum affinitatis habet cum Lingua Hebræa. Pocokii, Lud. de Dieu, Bocharti, L'Empereur, Coddæi, judicia ὁμόψηφα dedimus alibi. Nunc ad ipſam rem, & quanquam Grammatica etiam Hebræa Arabiæ multum debeat, Lexico tamen i. e. accuratæ vocum ſive primitivarum, ſive derivatarum notationi primæ debentur. Grammaticæ σύγκρισις brevior erit, Lexica paulò aperoſior. Id equidem exiſtimo, Hebræos tum demum Syſtemata dediſſe Grammatica, cùm & exemplo Arabum eſſent excitati, & Methodo eorum adjuti. Id quod manifeſtum eſt ex ſequentibus.

I. Primi Hebræorum Grammatici inter Arabes vixerunt. R. *David Kimchi*, præf. lib. Miclol poſtquam de linguæ Hebrææ decremento inter judæos diſſeruiſſet, ſubjecit; ואמנם קדמונינו והחזירונו עליו והורונו נתיבתו החכמים אשר היו לפנינו וראש המורים ומישרי הלשון החכם ר' יהודה פאסי המכונה חיוג מצאו בזמן ההוא מעות כפי אנשים ונשחת בלשונותם ויחבר שני ספרים מאירים כספירים ספר בעלי הרפיון וספר בעלי הכפל נותני לשון למודים פוקחי עינים עורות ולשון עלגים תמהר לדבר צחות ואחריו החזיק החכם רבי יונה אשר מלאו לבו לכתוב ולהאריך בדקדוק הלשון ובענייניו על כל אשר לפניו. *Verùm, Majores noſtri reſtituerunt eam nobis, oſtenderuntq́ʒ ſapientes, qui nos anteceſſerunt, ſemitam ejus. Caput Doctorum, & Linguam hunc rectificantium fuit ſapiens R. Juda Feſſanus, cognomento Chijug; qui reperit ſuo tempore (*Hebraiſmum*) hominum ore detortum; & linguis eorum corruptum. Compoſuit autem duos libros Sapphiri inſtar lucidos; alterum de literis Raphatis; alterum de geminatis; qui tradunt (*efficiunt*) Linguam eruditam: aperiunt oculos cæcorum; & linguam blæſam expeditè loqui docent. Eum inſequutus eſt ſapiens Rabbi Jona, qui implevit cor ſuum ut prolixius de ſubtilitatibus, linguæ, ejuſque rebus, quàm ejus anteceſſores, ſcriberet.* Vocatur hic R. Iuda Primus Grammaticorum; non abſolutè præ-

O 3 ceſſe-

ceſſerunt enim a. R. *Saadias* a. Ch. 927. Rector Academiæ Soranæ, qui de arte Grammatica tres ſcripſit libros 1. ספר האגרון *Librum collectionum*; ספר לשון עברית *Librum de Lingua Hebræa*; ספר צחות *Librum elegantiarum*: b. *Raſ. Hai* Geoneus, cui tribuit Aben Eſra ספר המאסף c. *Ben Liberat*, Feſſanus, cujus etiam meminit Aben Eſra in מאזני לשון הקדש) ſed comparatè, quòd R. Iudæ ſcripta primùm publici facti fuerint uſus, recepta in Scholis, & à reliquis Grammaticis adhibita. Hujus enim vitulâ *Kimchius, Ephodeus, Aben-Eſra, Balmeſius* ararunt. Cæterorum lucubrationes ferè perierunt. Quanquam nec R. *Jehudæ*, nec R. *Jonæ* Corduberſis 7. libri de arte Grammatica haberi amplius poſſint.

II. Ipſa Methodus veterum Grammaticorum Arabibus exactè reſpondet.

A. Arabes tres Grammaticæ conſtituunt partes: אסם ופעל והרף גא למענא *Nomen, verbum, & particulam ſignificantem*; Giarum c. 1. Totidem ponit Kimchius: ואומר בתחלה כי לשון הקדש וכן כל לשון נחלק לשלשה חלקים *Dicam initio, Linguam Sanctam, omnemque adeo Linguam tribus abſolvi partibus*; שם בעל מלה *Nomine, verbo, & particula*.

B. Eundem agnoſcunt ordinem; differunt tamen ſerie tradendi. Hebræi ferè doctrinam verbi præmittunt, vide *Kimch.* & Arug. habbos. Arabes nominis, tum aliis de cauſis, quas habet *Muhammed.* fil. *Ahmedis*, Coment. ſuis Mſc. in Giarum. tum, ut Baſorenſes monent, quòd vox אסם deducta eſt à סמו *altitudine, exaltatione*, חרף verò (*particula*) à voce *extremitatem* denotante.

C. Literarum accidentia ſunt ferè eadem. Conveniunt enim

a. *Numero*. Utrinq; ſunt 22. Quod enim Arabibus alii plures aſſignant, inde fit, quod literis ת, צ, ע, ט, ר punctis ſupernè hoc modo ת̇, צ̇, ע̇, ט̇, ר̇ notatis, à reliquis reipſa faciant

ciant

ciant diverſas, cùm aliud diſcrimen non intercedat, quàm quod occurrit inter literas Begadcephat Raphatas, & Dages leni inſignitas. Ut ergò Hebræi vel accedente, vel recedente puncto Dageſch numerum Alphabeticum non augent; ita nec augeri neceſſe eſt Elementa Arabica.

b. *Ordine*. Hodie quidem variat nonnihil Arabum ſeries. Olim tamen alia obtinuit ratio, ceu planum faciemus, *σὺν Θεῷ*, Lib. II. c. I.

c. *Figura*. Plerumque enim Arabum literæ vel Hebraicæ ſunt, vel Syriacæ. Hæc tamen ordinis & figuræ harmonia propriè huc non facit.

d. *Officio Grammatico & Arithmetico*: Motione etiam & ſecundùm organa deſtinctione. Videatur Grammatica noſtra *Chald. Syr.* p. 5. 6. 7.

D. *Doctrina* cumprimis *de punctis* ex Arabum Grammatica aliquid lucis accipit.

Primum punctum eſt vocale. Exemplo igitur veterum Arabum primi Grammatici Hebræi

a. Nullum agnoverunt diſcrimen vocalium. Poſteriores demum Grammatici, Chriſtianorum exemplo, eas diſtinxerunt in longas & breves.

b, Scheva in vocalium numerum non retulerunt; planè ut Giezma Arabum, quod Hebræorum Scheva reſpondet, ſyllabas tantùm combinat, pronunciationem nullam efficit.

c. Veteres Hebræi agnoſcebant שבעה מלכים *ſeptem reges*, vocales proprias; quæ etiam שבעה קולות *ſeptem voces*, item שבעה הברות *ſeptem ſoni* dicuntur; ex quibus, juxta Aben Eſram, tres erant ſimplices, *Chirek, Cholem, Patach*; quatuor compoſitæ. Totidem habet Arabum Grammatica, Phata, Damma, Keſre.

d. Nomina etiam vocalium ab Arabibus ſunt mutuata.

Idem

Idem enim eſt Arabum Phata, quod Hebræorum Patach; Keſre, quod שבר ſive Chirek; Dſamma & Kibbütz, ſive Schurek. Aben Eſra certè voce שבר crebrò utitur, quæ à *frangendo* dicta Hebræis pariter & Arabibus, e notat vel i.

Succedit punctum *umbilicale* Dageſch & Mappik, ubi notandum.

a. Differre quidem ſitu. Neque enim Arabes ventri literarum, quæ nimis ſunt graciles & exiles, puncta inſcribunt, ſed capiti earum imponunt.

b. Ignorare Arabes Dages lene, ſed Begadcephat raphatè omnes pronunciare.

c. Arabiſmi tamen veſtigia extare 1. In virtute & efficacia. Quod enim Hebræis eſt Dages fortè, Arabibus eſſe ſolet Teſdid; quod illis præſtat Mappik his confert Hamza. 2. Cum Arabica tantum lingua commune eſſe, quod veteres Grammatici tradiderunt; כי לריש שני קולות גׄ בדגשות ורפיין *Reſch duas habere pronunciationes, cum Dages & Raphe*; Ephod. Reſch eſſe רך molle i.e. raphatum; & קשה Durum, ſive cum Dages. In Arabica enim Lingua Reſch præ cæteris ferè literis, amat Dages ferte. 3. Makkaph lineolam non minus Arabibus quàm Hebræis eſſe uſitatam illi norunt, qui ſcripta Cufica vel à limine ſalutârunt.

e. De *nominibus* multa dici poſſent. Unum attingere placet, quod in obſcuriorum locorum examine non ſatis obſervatum fuit.

Ad analogiam multa beneficio Arabicæ Linguæ revocantur, quæ anomaliæ hactenus nomine venerunt. Ratione generis קהלה fœmininum eſt, ſi recepto Grammaticorum judicio ſit ſtandum. Sed intercedit exceptio: Nomina officium virile denotantia ſub terminatione fœminina maſculina ſunt; ut קהלת quod quidem ſexies in Eccleſiaſte

Digitized by Google

ſiaſte occurrit ſemper, uno tantùm excepto loco, junctum verbo maſculino. Forma fœminina vel Elliptica, vel Metonymica, adeò ut, quæ *Schindleri* ſententia eſt, fœmininum referatur ad ſapientiam, quæ in ipſo Solomone erat, & ad quam audiendam homines congregabantur, ita invaluit, ut cùm Erotematibus aliud meis Hebraicis inſeruiſſem, novitatis ſuſpicionem vix potuerim declinare. Confirmatus tamen Linguæ Arabicæ harmonia, didici, adeò frequens illud eſſe in nominibus tam ſubſtantivis, quàm Adjectivis, ut dubitationis ſcrupulus nullus ſuperſit. Quid uſitatius nomine חליפה *ſucceſſor*, חליקה *creator*, & tamen ſub terminatione fœminina maſculina ſunt? Videatur *Grammat. noſtra Chald: Syr.* p. 26. Pluralis numeri maſculini terminationem unam potiſſimum eſſe non negamus; quid tamen impediat, quo minus, Arabum exemplo, aliâs etiam admittamus, non video. Exempla certè urgent, de quibus in Erotemat. p. 40. Hæc verò, quo difficiliorum locorum compendio à nobis dicantur, ne ſine ratione à recepta ſententia receſſiſſe videamur, haud obſcurè patet ex Clariſſ. *Pocock. Miſcel.* p. 59. At quid ſi כָּאֲרִי (formâ כאר & כור etiam perfodiendi notione, jam ex uſu linguæ *Arabicæ* à nobis adſtructâ) vel pro *Benoni* ſeu participio præſenti formæ *Kal.* accipiatur? Ne litera א quam jam pro radicali genuinâ habendam, vel quod eodem recidit à ו mutatione factam, probavimus; aut vocalium quibus legitur naturâ, offendemur, faciunt exempla, קאם *Hoſ.* 10. 14. cùm alibi קם ſcribatur, & ראמה *Raamah, Zach.* 14. 10. in præterito, & ראמות in participio *Prov.* 24. 7. & שאטים *Ezek.* 28. 24. & שאטות *Ezek.* 16. 57. Neque nihili eſt, quod annotat *Tanchum Hieroſolymitanus*, ad iſtum *Hoſeæ* locum, אן חק כל קם וסאיר באבה אן יכתב באלף מתל הדא לאנהא כלהא פיהא סאכן לינה ואנמא תרך דלך אסתכפאפא ואתכאלא עלי דלילה אלחרכאת

P debuiſſe

debuiſſe קם *ubicunque occurrit , & reliqua ejuſdem ordinis, ſcribi per* א *ut hoc loco , quia in omnibus ſunt literæ quieſcentes lenes , quod tamen omittitur facilioris pronuntiationis gratia , & quòd indicio vocalium innitantur.* At tum formam pluralem requirere videtur ſenſus quâ vel כארים *Coarim* ut à כאר vel כארים *Caarim* à כור, vel in formâ conſtructâ, *Coare* vel *Caare* eſſet. Neque enim hîc locum habere videtur ſyntaxeos ratio illa quâ pluralia aliquando cum ſingularibus conſtruuntur ad partitionem ſeu diſtributionem innuendam vel ejuſmodi aliquid, ut *Pſal.* 87. 3. נכבדות מדבר בך *Glorioſa dicuntur de te, &c.* Eſto. at cur non & hîc pro forma plurali agnoſcatur כארי *Caar*, cùm non deſint aliàs numero iſto ſimiliter deſinentium exempla? ſic *Geneſ.* 40. 16. חרי *Chori foraminum* , vel ut alii, *Candidorum* ſive panum, ſive viminum, *Arabs* ab *Erpenio* editus reddit بيوض *alba* ſcil. caniſtra. החצי *Hachitzi*, *Sagittæ*. 2. *Sam.* 20. 38. שלישי *Shaliſhi* , *Triariorum* 2. *Sam.* 23. 8. הכרי *Haccari Duces* 2. *Reg.* 11. 4. & rurſum 19. עמי *populos* , ſæpe , ut 2. *Sam.* 22. 44. *Thren.* 3. 13. & *Ezek.* 3. & juxta nonnullos היבוסי *Jebuſæos* habitatores *Jeruſalem Joſ.* 15. 63. ad quem locum R. *Tanchum* קולה יושבי בחסב אלמעני לקבילה או יריד ואת היבוסים ואסקט אלמים מתל מעסיס רמוני הרווד עמי התחי עלי מא בינא פי אלכליאת לדלך קאל לא יכלו להורישם ולם יקל להורישו *Quod dicit, Joſhebe*, Habitatores , *eſt ratione ſenſus, quaſi de tribu dictum, aut vult*, היבוסים *Jebuſæos , omiſſâ literâ* Mim , *ſicut dicitur* Meaſis Rimmoni *E Muſto malogranatorum, Cantic.* 8. 2. & *Qui ſubdit* Ammi, *populos ſub me, Pſal.* 144. 2. *ſicut oſtendimus in* (præmiſſis noſtris) *generalibus* , ideóque , *Non potuerunt expellere ipſos* , non *ipſum* , dixit: his addere liceat & illud *Pſal.* 30. 4. juxta *Cetib*, vel prout in textu legitur , מיורדי בור *Miyauredi bor*, *A deſcendentibus in foveam* : ita enim accepit *Syr.* qui vertit מן מחתי גובא & LXX. qui ἀπὸ τ̃ καταβαινόντων εἰς λάκκον. Non magis, quàm hæc à regulâ aberrabit כארי *Caari, fodientes*, ut alia,

ſed

ſed aliter terminata, in quibus ם pluralis nota excidit, omittamus. Rariora equidem hæc in textu Biblico, ideoque pro Anomalis habentur, cùm præcepta quæ habemus Grammatica ad ejus ùnius exempla conformata ſint; quòd ſi plura *Hebraiſmi* antiqui monumenta extarent, plura forſan occurrerent, quæ & iſtiuſmodi formas olim non ignotas fuiſſe, aut inuſitatas probarent. *Chaldæus* certè Paraphraſtes eo, quem innuimus, modo verbum *Caari* ſumſiſſe videtur dum per נחכין *mordent*, effert. Idem p. 67. Si eodem modo & *Arabiſmi* annotentur, non paucæ tollentur quæ ex anomala, ut jam videtur, literarum tranſpoſitione, literarum אי quiete, otio, redundantiâ defectu aut uſu promiſcuo quæ in Lingua iſta notiſſima, aliiſque cauſis oriuntur. את *Atta* Tu M. quoties ſine ה ſcribitur ut anomalum notatur, dicunt ſemper *Arabes* אנת *Anta* (*num* enim non elidunt.) In ם הממותים 2. Reg. 11. 2. ו loco non ſuo poſitum obſervant pro ם המומתים At *Arabes* utrique ם illud poſtponentes in con. ſecunda ממותין dicerent in 4ta ממאתין In המאוית eodem c. v. 4. & 9. literam י redundare dicunt, at *Arabes* ipſam otioſam retinentes מאיה ſcribunt, החטי c. 13. 6. quod החטיא cum א legendum monent, conferri poteſt cum *Arabum* forma אחטי ibid. v. 17. ויר per Apocopen legi videtur pro וירה (quanquam hoc non pro *Keri* annotatur,) cauſa iſtius Apocopes forſan non malè peti poteſt è lingua *Arabica*; ubi Imperativum præcedens futuro Apocopen inducit. Hæc quod uno intuitu ſub oculos librum 2. *Regum* inſpicienti caderent, annotavi, qui id operæ pretium duxerit, meliora, ſeu magis appoſita facilè addet. Ubique obvia habebit iſtiuſmodi formas, quas *Arabiſmos* dicimus, non tam quod *Judæi* antiquiores eas ab *Arabibus* mutuati ſint, quam quod (uti de *Syrorum* uſu literæ י affirmâſſe *Capellum* vidimus) *Hebraiſmi* antiqui Dialectos vel

P. 2 formas

Digitized by Google

formas aliquas, quarum exempla jam minus uſitata ubi in Scripturis occurrunt pro anomalis habentur, nobis exhibeat lingua illa quæ parentem ſuam in multis refert, & quàm latè olim patuerit oſtendit. Ac certè quod de lingua *Hebraica* diximus, haud à vero alienum probabitur aliarum linguarum exemplo, ſi quis loquendi, pronuntiandi, & ſcribendi formas antiquas cum novis, vel diverſarum τῶν ὁμογλώσσων provinciarum dialectos inter ſe conferat, ubi non minorem in vocalium & diphthongorum vi & ſono, & promiſcuo ſæpe uſu, ac literarum tranſpoſitione, otio (ut loquuntur, dum ſcriptæ haud pronuntiantur) & mutatione, varietatem reperiet, quam variantes iſtæ linguæ *Hebraicæ* indicant, nec ſi quis ubi tale quid occurrit, aliam in margine, ac magis forſan nunc temporis in uſu ſcribendi vel proferendi formam annotaverit, quid immutâſſe vel corruptum aut corrigendum indicâſſe, re eodem recidente, ſenſuque inviolato manente, cenſebitur. Quamvis igitur voces quædam juxta regulas quæ apud Grammaticos recentiores obtinent anomalæ videantur, ne tamen pro erroribus ſtatim habeantur, atque è textu ut erroneæ abliminentur, ſuadet & ab immedicabili *Hebraiſmi* antiquioris ignorantia; & à vicinarum, quæ quicquid ferè habent linguæ iſti primævæ debent, uſu petita ratio.

Pergimus ad uſum, quem diſpoſitioni Lexici Hebraici mutuat Lingua Arabica. Ordine autem percurremus Alphabetum, expenſuri, quid vel ad obſoletarum radicum reſtitutionem, vel vocum rariorum confirmationem ſupellex conferat Arabica.

א

אב Hebræis eſt *Viror.* Arab. *Gramen ſeu pabulum quodcunque virens*; & opponitur in Alk. τῷ אלפאכה *fructui.* Illud enim idem pecori, quod hic homini.

אבא vel אבו *pater fuit; parentem ſe præbuit, educavit*: cujus ferè contrarium eſt אבי *recuſavit, noluit*; In ſecunda tamen conjugatione utrumque eſt *appellare patrem.* Unde אב 1. *Pater.* 2. *Author, inventor, defenſor.* Quo ſenſu Arabibus ubique eſt obvium.

אבטחים *Pepones.* Ægyptiacum quidem eſſe judicatur (unde & inter quadrilitera referunt) ſed quàm plana eſt radix בטח: unde conj. 4. אבטח *Melonibus abundavit terra*: בטיח *melo*; & מבטחה *Melonetum.*

אבנט *Baltheus.* Deduco à בנד vel בנט quod *vinculum* notat; Metaph. *ſeptum, aggerem.* Perſis uſitatiſſimum eſt pro *vexillo magno.* Unde Latino-Barb. *bandum*; Hiſp. *bandera*; Germ. panier, q. Bandier.

אגודה *Faſciculus*, Metaph. *cuneus, agmen militum*. Ab Arab. inuſit. אגד, quod in Conjug. 4. eſt *corroboravit, robuſtum effecit*. Unde partic. מגד *Firmus, corroboratus*, ut *validus* dentibus vel unguibus; *conſtrictus* nodus; *denſus* & compactus texturâ pannus.

אגוז *Nux*. Radix ponenda in ג, גוז, quod Perſis & Arab. eſt *nux* in genere. At גוז רומי eſt *juglans*; גוז אלטיב *Nux myriſtica*. Ut nec de ſignificatione vocis obſcuræ amplius dubitandum, neque de genuina ejus radice.

אגם *Mutata & alterata fuit aqua.* Unde אגם *palus*, & אגמון *arundinetum*: juncus aliàs verti ſolet, *Jeſ.* 58.v.5.

אגן Pro *cratere* rariùs occurrit. Arabibus verò, Syris & Chaldæis frequens eſt, & tum *lagenam*, *craterem* ſignificat, tum *labrum*, ſeu *vas lapideum inſtar pelvis, in quo lavantur veſtes.*

אוה *Congregari.* Unde אִיָה pro אוִיָה 1. q. עלאמה *ſignum tam nudum, quàm prodigioſum.* Heb. אות.

אזוב *Hyſſopus.* א dubio procul eſt Hæxmant. R. זוב, *Arab.* זוף quod uſitatiſſimè & *Hyſſopum* notat & *Oeſypum.*

אזן *Aurem accommodavit, aures præbuit, arrexit.* Ita enim

 crebrò

crebrò uſurpant Arabes in Conjug. Kal. ארן: Unde jam nomen אזן *auris*, per Metaph. *anſa*, & *quicquid auri ſimile*: ut מאזנים *ſtater*.

אָחָה *Frater*, & *amicus fuit*; *Fratrem aut amicum ſe præbuit*. Unde אָח *frater*, *amicus*, vel natura, vel profeſſione, Religione præſertim. Arabes certè hoc nomine vix alios compellant, quàm religionis ſuæ ſocios.

איד *Durus*, *firmus fuit*. Unde אֵיד *Calamitas*, *interitus*, quaſi durities, aut malum pertinax.

אחו *Vlva*, *careƈtum*. Radix eſt אחי, quæ Arab. in Conjugatione ſecunda ſignificat *paravit jumento annulum*, laqueum. Unde 1. אואחי ſunt אסבאב תרעי *funes* vel *res paſcuales*; *paſcuum*, *gramen* ſimpliciter, quo ſenſu ſumendum *Job*. 8. v. 11. 2. אחיה eſt *lignum*, *annuli vel unci formâ*, *parieti inſertum*, cui colligatur jumentum. Et in genere locus ipſe, ubi jumentum alligatur, quod in deſertis ac campis fieri ſolet, ubi arbores aut alia deſunt, quibus jumentum alligari poſſit. Huic ſenſui locus videtur *Gen*. 41. v. 2. Alibi careƈti ſignificatio melior. Vide *Job*. 8. v. 11.

אָטָד Pro *rhamno* poni, vel *Cynosbato*, *Pſal*. 58. 10. *Jud*. 9. 14. nemo facilè dubitat. Confirmat hanc ſignificationem ordinarius vocis uſus apud Arabes, qui pro עיראן עוסג *linguis lycii utuntur*. Eſt autem עוסג rhamni nigri ſpecies, qualem deſcribit Dodonæus. Afris etiam *rhamnus* Atadim dicitur.

אִטִּים *Præſtigia*tores reddunt, *Eſ*. 19. v. 3. Non malè. Ut enim אוב nonnulli dedudućunt à notione nominis altera, quæ *uterem* denotat, *quòd Pytho ex tumido ventre quaſi utre oracula depromeret*; ita & אִטִּים dicuntur ab אטט *ſonum edidit*, *perſtrepuit venter*, *cùm inanis eſt*. Unde Heb. explicant; מין מכשפים שעושים כשופים בנחת *ſpecies præſtigiatorum*, *qui clam ſuas peragunt præſtigias*.

אכל Chaldæis & Syris, addito præſertim nomine קירצא

קורצא eſſe *accuſare, criminari, convitiari*, ex Daniele & N.T. Syriaco ſatis eſt notum. Cujus quidem ſignificationis geminam reddunt rationem: *Prima*, ut ſit ab *edendi* ſignificatu, quia calumniatores ſolebant cibi quid capere cum iis, quibus traducebant alios. Sic quidam intelligunt locum *Pſal.* 35. verſ. 16. לעגי מעוג *Sanniones placentæ, vel cibi* i. e. paraſiti, qui cibi cauſa aliis adulantur. De hoc ritu ex Talmudicorum ſcriptis quædam habet Clariſſ. *Buxtorf.* Lex. Talm. R. אכל Sic rectiſſimè קורצא explicaremus per Arabum קרץ quod *cruſtulum panis, orbiculum, paſtillum, trochiſcum* notat. Ita Talmudici חתיכות בצק *orbiculos, fruſta maſſæ farinaceæ*, vocant מקרצות. Niſi malis deducere ab altera ſignificatione, quâ verbum קרץ *pungendi* notione in Arabia obvium eſt. *Secunda*, ut אכל idem ſit, quod אכלי *divulgare, proclamare, proferre in publicum*, pro ut Latinis, *edere*, & eſt cibum capere, & divulgare in publicum. Nos addimus tertiam, quâ verbum אכל in quarta conjugatione eſt *ſuſurronem agere, & obtrectatione inimicitias excitare*, ut אכל ſit, quaſi *roſit* famam, aut *rodendum alteri propinavit* alterum. Hinc אכלה *maledictum de abſente, clandeſtina obtrectatio*. Quibus affinia habet *Aben Eſra* ad Dan. 3. v. 8. ואכלו קרציהון notat; *qui clanculum loquitur malum de altero* כאלו אוכל בשרו *eſt quaſi abſumeret carnem ejus*. אלגביש כם vulgò *grando immanis*, Ezech. 13. 11. Ubi אבני אלגביש R. Sol. explicat אבני ברד גדולות *Lapides grandinis magni*. Annon aliquid affinitatis habet cum גבסין vel גץ i. e. gypſo Arabum? Favet affinitas: neque etiam ſenſus repugnat. Ut enim Deus, Pſal. 11. v. 6. impiis minatur pluviam laqueorum, ignis, ſulphuris, & procellas; ita citato Ezechielis loco, Deus immiſſurum ſe ait pluviam innudantem, lapides *gabis* i. e. partes ſive fragmenta gypſi, quod, ut *Plinius* loquitur, calci eſt cognatum lib. 36. c. 24. Plura ejus erant genera. In Syria & Thuriis è lapide coquebatur; in Cypro verò & Perrhæbis è terra fodiebatur.

אכר

אכר Unde conjug. 5. תַּאַכַּר *fodit*: Hinc אכר *foſſura*, *fodere ſeu terræ foſſio*: אכרה *puteus, fovea*, inprimis qualis foditur in agricultura. Hinc Latinorum *ager*, & Germ. Acker. אכאר *agricola*, *foſſor terræ*; in Contextu Hebræo occurrit plurales, *Joël* 1. v. 11. אכרים: in cujus vocis Etymologia authoris ſe variè torſerunt. Sunt qui à כרה *fodit*, deducunt; alii à כר *ager, paſcuum*, quaſi איש כר *Vir agri*. Agnoſcit quidem Aben Eſra אכר תאר והאלף שרש אין כמשקלו Iccar *eſſe nomen Toar*, *Aleph exiſtente radicali*; ſed *quod ſimile non admittit*; ſupplendæ tamen radicis ex Arabica lingua, non meminit.

אָלַה *Coluit, adoravit*; idem quod עבר: Unde אֱלֹהַּ *Deus*, quaſi numen venerandum. Quam vocis Etymologiam alibi paulò fuſiùs vindicavimus. Etymologiæ ratio expreſſa eſt *Deut.* 6. v. 13.

אָלָה *Juravit*, &c. Huic radici ſubjicitur nomen אליה *cauda arietina*. Quæ Analogiæ ratio? Arabica hic lingua ſuccurrit. Ab una illa radice Hebraica geminam formarunt Arabes, quieſcentem tertia و. & tertia ي. illa, præter cætera, ſignificat juravit; hæc verò carnoſas clunes habuit vel Vir, vel aries. Hinc jam ألية *cauda ovis vel arietis*. Sed duntaxat magna illa, & adipoſa, ut loquitur *Clariſſ. D. Golius* in Lex. Arab. quales in ovibus Orientis ſpectare eſt, quarum minimæ 10. vel 12. libras noſtrates pendent: nonnullæ etiam 40. libras pondere excedunt: Eas autem minutatim conciſas liquant, & adipem in uſus ſervant; vel ad condiendum inprimis frumentaceum cibum, vel etiam uti in Perſia & alibi, ad conficiendas candelas. Eſtque Arabica illa vox eadem cum Hebræa אליה: Caudam autem ovis communem, quales Europeæ habent, communi nomine Arabes זנב vocârunt, uti & Hebræis זנב. Hinc liquet, quidnam peculiariter deſignet locus *Exodi* 29. v. 22. *Lev.* 8. v. 3.

אָמָה In fœm. *ancilla ſeu ſerva facta fuit*; Arab. אמה *ſerva ſeu*

ancilla evaſit; Reperitur etiam אמו unde אָמָה *ancilla*, i. e. ut Arabes explicant, ממלוכה *puella capta, ſive ære redemta.* Opponitur ei חרה *libera.* Unde Conjug. 2. אמי *ſervam, ſeu ancillam effecit.*

אָמַם 1. *Mater fuit* (Arabibus אָמַם) unde אם *mater.* Metropolin etiam notat 2. Sam. 20. 19. pro ut Arab. אם אלקרי *Mater urbium* dicitur, Mecca. 11. *Præivit exemplo, præfuit, docuit, Antiſtes fuit*; Unde אום & אֻמָּה *Natio, gens:* præſertim unius Legis, Religionis vel inſtituti, potiſſimùm autem veri & recti. Aſſeclæ, Sectatores alicujus Prophetæ aut Antiſtitis. Hoc ſenſu Arabes ferè ſumunt; qui nobis non diſplicet. Quanquam & *propinquitatis* notio non ineptè huc quadret, quòd ex uno gentes ſanguine cretæ, *Act.* 17. propinquitate ſe invicem attingerent. Huc referunt לאום cum proſtheſi literæ ל. ſicut, eodem ſenſu dicitur לאט & אט *ſenſim.* Alii tamen ל. conſtituunt radicale. Ita *Aben Eſra* ad Pſal. 2. Geneſ. 25. v. 16. diſtinguit inter ל. vocis לְאֻמּוֹת & לאם Illud ſervile judicat, hoc radicale. Illud quamlibet denotat *Nationem*; hoc *Regno* æquipollet, ex ſententia R. Solom. Iarchii, Gen. 25. v. 23. Quòd ſi verò ל ſit radicale in לאום, ubi tandem quærenda radix? Mem finale Dageſſatum non patitur לאם (quod *ignobilitatis* etiam ſignificationem habet, quam turbæ, i. e. plebi abjectæ facile communicaret) למם igitur præferimus, inſerto א Hæemantico, ſive formativo, ut in פתאם *repentè.* Quid verò למם Hebræis? Idem proculdubio olim, quod etiam nunc Arabibus, *congregavit, collegit*; vel *colligendo ſimul in unum redegit Deus, quod diſperſum eſſet*; Unde לְמָה vel לאמה *agmen hominum à tribus ad decem*; *turba mulierum.* Et Synecdoch. *quælibet turba, Gens, Natio.*

Verbum אמר & Genes 1. aliquoties, & alibi non malè *Imperandi, jubendi* notione ſumitur, quæ tamen à Lexico-

Q graphis

Digitized by Google

graphis fere omiſſa, ex Arabicæ Linguæ frequentiſſimo uſu reſtitui poteſt. אמרא & אִמַּר Eſ.6. v. 9.17. pro *agno* ſumitur. Alibi in textu Sacro vix occurrit. Chaldæis tamen obvium ubique eſt & Arabibus, quibus & *agnum* in genere notat quemlibet; & in ſpecie *fœtum exiguum generis ovilli*, *agnellum*, cujus fœmininum eſt אמרה unde Proverbium: מא לה אמר ולא אמרה *neque agnum habet, neque agnam*.

Gen.13.v.34. legimus אמש Chaldæus רמשא *veſperam* reddit; LXX. χθές, qui ſignificatus Arabibus notiſſimus eſt. אמס enim *diem heſternum*, & per Synecdoch. *tempus propinquum* notat. Cum articulo אלאמס & præpoſitione באלאמס adverbialiter ſumitur, *heri. Schindl.* oſtendit radicem מסא unde אמסא *adveſperaſcit*: atque ſic א erit ſervile.

Cur אניה, ab אנה ductum, *navim* ſignificet, nondum ſatis inter criticos convenit. Alii ſic dictam volunt, quòd *per eam res veniant ſeu deferantur in terram*; alii, *quòd vento impellantur*. An aliquid ſuggerit Lingua Arabica, qua אני eſt *detinere, coërcere?* Coercet enim & reprimit aquas, quò minus navim mergat. Unde אנא *vas, receptaculum*, peculiariter quod aquæ uſum ſpectat, eam vel excipiendo, ut *urna, amphora, urceus*: vel everberando, & repellendo, ut *navis*.

אֲנָךְ *Libella*. Amos 7.v.7. אין ריע לו *non habet ſocium*, inquit, Aben Eſra: ובלשון ישמעאל עופרת *Lingua Arabica plumbum ſignificat*. Rectiſſimè. אנך enim Arabibus idem eſt, quod אסרב *plumbum* ſive *nigrum*, ſive *album, puriuſque*, juxta Kam. juxta Mar. verò plumbum & ſtannum. Metonymicè *libellam*. Unde *Sol. Jarch.* אנך לשון ערבי חוט קו המשקולת העופרת אשר בו יבוא בונה החומה ליישר הדימוס Anach *Arabicè ſignificat filum lineum, perpendiculum plumbeum, ad quod exigit architectus murum, ut rectificetur ædificium.*

מִתְאוֹנְנִים *quiritantes* Num.11.1. referunt ad און; quid ſi ad אנן, ne nova ſignificatio in ſubſidium vocanda. Ita placuit Clariſſ.

Clariſſ. *Buxt.* in Lex. Syro Chald. Accedit conſenſus Arab. ubi אנן eſt *gemere*, ſignificatione ab ipſo ferè ſono petita.

אָנַח *Anhelavit, vehementius ſpiritum duxit*, uti ore naribuſque fit præ laſſitudine, onere, morbo, &c. Ita Arab. in Lingua Heb. uſitatum demum eſt in Conjug. *Niph.* נאנח *ingemuit, ſuſpiravit.*

אָנַף Heb. tantum ſignificat *iraſci*. Arabibus verò etiam 1. *Pervenit ad naſum aqua.* 2. *Naſo doluit*, & malè habuit, uti Camelis ex habenæ vel annuli per nares trajecti arctiore preſſu, accidit. 3. *Indignatus fuit*. Hinc אנף *naſus*, pro quo Heb. אף, Nun eliſo. Id quod in aliis etiam occurrit exemplis. Sic *Heb.* dicunt בת pro בנת, at *Arabes* ; exprimunt בנת. *Heb.* אתה tu, *Arab.* אנת.

אָנַשׁ *Ægrotavit*. Unde אנוש *homo* ab ægritudine & calamitate ſic dictus. Arabes alteram habent ſignificationem *conſuevit, aſſuevit, familiaris evaſit*. Unde quemadmodum homo ζῶον πολιτικὸν quibuſdam deducitur ab ἅμα vel ὁμῶ, ita & hominem à familiaritate Orientales deduxiſſe videantur. Prior tamen Etymologia magis arridet: Unde ex ipſis etiam ſunt Arabibus, qui volunt אנסאן *homines*, eſſe à נסי *oblitus fuit*, quod primi fœderis homo ſit oblitus: Id tamen de ſexu fœmineo primario intelligunt Hebræi, qui mulieres, tantùm נשים appellant: qua de re infra.

אסן quod *exilium* alii, alii *mortem* exponunt; affinitatem habet cum אסאן Arab. quod *triſtem*, *dolentem* notat.

אָפַל *Occidit Sol*: Arab. unde אָפֵל *Tenebræ, caligo.*

Titubanter quidam אפעה per *viperam* reddunt, referunt præterea ad radicem אפע ſed ſervile eſſe א initiale, patet ex lingua Arabica, ubi אפעו & אפעי ſubjicitur inuſitato פעי, quod ex ſe gignit. Conjug. 5. תפעי *viperam retulit, eámque malitia imitatus fuit*. Unde אפעי *Serpens malignus, vipera*: מפעאה *Terra alens viperas.*

אצילים *Selecti, optimates* ſingularis etiam Num.uſum agnoſcit lingua Arabica, quâ notatur 1. *Radicatus, conſtans, firmus.* 2. אציל אלראי *ſolidiore judicio pollens.* 3. *Genere aut exiſtimatione nobilis.*

ארון *Arca*, commodiùs derivatur ab ארן quàm ארה; unde & Arabum Lexicographi in eadem radice ponunt אראן *arca lignea*, peculiariter *feralis*, vel *feretrum ligneum*, *cui imponitur funus*; dum adhuc vacuum exiſtit, vocatur סריר.

ארגון *Purpura* 2. Paral. 2. 7. vox uſitata Hebræis, Chaldæis, Syris, Arabibus & Perſis, qui tamen ſcribunt ארגואן.

Vox ארז *Cedrus*, dubio procul generalis eſt, varias ſub ſe continens ſpecies. Rabbini munerant 24. *Bereſch.* Rabb. S. 15. Talmudici decem duntaxat, R. Bechai ſeptem. Generalem hunc ſignificatum ſponte largitur Arabica lingua, ubi ארז vel ארז nomen collectivum eſt, ſignificans שגר אלצנובר *arborem coniferam*, nempe *cedrum*, *pinum piceam*: quarum prima ארז אלדכר *mas* dicitur, cujus conus pityidibus ſeu ſtrobulis caret; altera אלארז אלאנתי אלכביר *fœmina major*; tertia אלארז אלאנתי אלצעיר *fœmina minor.*

ארכה *Sanitas*, deducunt ab ארך *prolongari, perduci*, &c. quaſi vitæ prolongatio, vel quòd læſa reditum differat. Addimus, verbum ארך olim uſitatum fuiſſe eo ſenſu, quem etiamnum retinet Arabia, nempe, *detumuit*, & *mitigato dolore ſanatum fuit vulnus*; *æquabili & rubicunda carne coaluit.* Unde אריכה *ſanitas, coalitus & obductio vulneris.*

ארנבת *Lepus.* Notant Lexicographi, ſub fœminino genere utrumque ſexum comprehendi, vel quòd mas non reperiatur, vel quòd in fæmellam convertatur; *Ab. Eſra.* Sed Arab. ארנב etiam dicunt *lepus*; Plur. אראנב *lepores.*

אשה vel אשי Arab. *ſanavit, conſolidavit.* Unde אשיה vel *murus*, vel *fundamentum*, à ſoliditate. Unico reperitur in loco, *Jerem.* 50. v. 15.

אתן *Contracto, brevique greſſu inceſſit; ſtetit, ſubſtitit, idque more Aſinorum.* Unde אתון Heb. Arab. אתאן *aſina, & onagri famella.*

ב

באר Arab. *puteum fodit*, vel *foveam*. Vnde באר ſive, ut Arabes & Talmud. ſcribunt ביר *puteus.*

Pupillam oculi Hebræi בבה appellant. Rariùs tamen in contextu Sacro occurrit. Neque interim de verò ejus ſenſu dubitandum, frequentiſſimus Arabum uſus convincit. Vnde & Proverbialis locutio הו אעז ענדי מן בובו עיני *Eſt mihi charior oculi pupilla.* Non ignota eſt hæc loquendi formula contextui Sacro. *Zach.* 2. v. 8. *Qui vos tangit, tangit* בבבת עינו *pupillam oculi ſui* h. e. ſeipſum lædit loco ſibi pretioſiſſimo. *Pſal.* 17. 8. Cuſtodi me כאישון בת עין *tanquam nigrum pupillæ oculi.* Radicem alii ponunt בוב alii בב; ſed geminata eſt באבא; Mutatur autem in Lingua Arabica א in ו utrobiq; propter vocalem homogeneam Dſamma, cujus rei index eſt Hamza.

Vocabulum בד *Job.* 18. 13. & alibi, pro *membris* ſumitur; quid ſi intelligamus vel *robur hominis* ex ſignificatione nominis Arab. בדה vel *duorum femorum interiora latera*, quæ Arabes בדאן appellant? Idem nonnunquam accipitur pro *mendacibus, Job.* 11. 3. *Jeſ.* 16. 6. magnam affinitatem habet cum Arab. באר *malus.* Verbum בדא per *comminiſci, effingere* explicatur. Non malè. *Producendi* enim ſeu *effingendi* notione uſitatiſſimum eſt; ſed fere in bonam ſumtum partem, verbo כלק reſpondet. Poſtea generaliter eſt *noviter & novum protulit*, primúſve fecit aut excogitavit.

בהר *Admodum luxit, præcelluit ſplendore luna inter minores ſtellas. Vnde* בהיר *Nitidus, ſplendidus*; Arab. באהר. Hinc Muhammedani Pſeudoprophetam ſuum appellant אלנגם אלבאהר *ſtellam ſplendidam*; Vit. Patriarch. p. 96. de qua author Carminis

Arabici Mſc. quod hiſce demum diebus Clariſſimus & Excellentiſſimus D. D. *Schorerus*, Celeb. Memmingenſ. Phyſ. dono miſit; בנור רסול אלה אשרקת אלדניא ופי נורה כל יגי ויהב: *Luce Apoſtoli Dei illuminatus eſt orbis; & luce ejus quisque vel veniet, vel abibit.*

בהו & בהי *Vacua & inanis fuit domus* & ab omni ſupellectile nuda. Vnde בארה Arab. *Inanis, vacua* ac *inculta domus.* Heb. בהו *inanitas, res inanis.*

A verbo בהם Conjug. 2. בהם *Ablactavit à matre agnos, hædósve*; deducitur בהם Nomen Collect. *agni hædíq; uno comprehenſi grege.* Et fœm. בהמה *animal brutum, beſtia*, quadrupes peculiariter, etſi aquaticum ſit. Vnde Heb. בהמה pro *beſtia, pecore, jumento* ponitur, eſtque collectivum, utrumque ſexum comprehendens. Differt à חיה ut diximus in jure Heb.

בהק Lev. 13. 39. *puſtulam* ſignificat, φλυζάκιον; eadem vox Arabibus eſt *leuce, vitiligo.*

באך & בוך Arabicè; *confuſum, turbatúmque fuit negotium; turbata mente, perturbatiſque rationibus fuerunt homines.* Niph. Heb. נבוך *perplexus fuit.*

בצץ Arab. *ſplenduit.* Unde בוץ *Byſſus.* A colore dici fatetur *Schindler*, ſed non explicat Eſt autem byſſus genus lini optimi & candidiſſimi, quod tantùm in Ægypto, præſertim circa oppidum Sombat ſeritur, ac copioſè provenit, indéque per totum orbem diſtrahitur, & ex eo veſtes, præſertim Sacræ conficiuntur. Aliâs Arabes בז vocant.

Nomini בור vel באר radicem plerique aſſignant בור ſed commodè referri poteſt ad באר, quod ſignificat 1. *Puteum fodit.* Vnde בְּאֵר & באר *Puteus, ciſterna.* 2. *Foveam fodit.* Hinc altera ſignificatio foveæ, vel cujusvis vel puteo ſimilis, atque rotundæ: Sicut שיח *longa eſt & anguſta*; חריץ *lata infra & anguſta ſupra*; נעץ *infra anguſta, lata & ſpatioſa ſupra*: מערה *tecta & quadrata.* 3. Idem quod חבא *abdidit, abſcondidit.* Vnde pro

carcere

Digitized by Google

carcere ſive rotundo, ſive ſubterraneo, ſive, quod melius placet *quolibet* ſumitur.

בוא Præter alia notat Heb. *congreſſum conjugalē*. Idem & Arabica habet Ling. quæ & בא format, id eſt ביאה, *coitus conjugalis*.

Zach. 11. v. 8 וגם נפשם בחלה בי Iun. vertit, *quod etiam animus eorum conſilia coqueret in me*. Ex ſignificatione Talmudica, quâ verbum בחל *initium maturitatis* propriè ſonat. Aben Eſra tamen vult illud præcedenti verbo ותקץ reſpondere. Atque ſic conveniet cum verbo Arabico בחל quod eſt, *parcus, tenax, & avarus fuit*: talem ſe erga aliquem præbuit. Quo ſenſu opponitur תום לב integritati, plenitudini cordis, quam Deus à nobis requirit.

Dan. 6. v. 12. Adhibuit (בל) *cogitationem ut liberaret eum*. Sunt qui hic literarum agnoſcunt Metatheſin, pro לב Cor. Ita plerique Hebræi. Melius tamen *Aben Eſra & Kimchius*, more ſuo, in ſubſidium vocant linguam Arabicam. Quid enim uſitatius, quàm Arabum באל vel בָל *Cor animus?* Vnde לא יכטר בבאלי *Non venit in mentem*. ליס הדא מן באלי *Non eſt hoc de cura, ſolicitudine cogitatione mea*. Favet etiam Analogia Grammatica. Ut enim Chaldæorum בָרת reſpondet Arabum בארת; ſic Chald. בָל affine eſt Arabum באל.

Nunquam commendari ſatis poteſt Canon Rabbinorum; In Scriptura crebrò occurrere ענין אחד במלות שונות *eundem ſenſum diverſis verbis*. Id quod in Pſalterio cumprimis & libris Poëticis uſu tritum eſt. Huc pertinere videtur locus *Job. 26. 7. Qui extendit Aquilonē ſuper inane, ſuſpendit terram* עַל בלימה *ſuper nihilum*. Componunt vocem ex בלי & מה, *Nihil quicquam*. Sæpius monui, rariora eſſe apud Hebræos compoſita appellativa; neque, niſi urgente neceſſitate, eo delabendum. Cùm igitur ſimplex בלימה idem fere ſit, quod תהו *res inanis, turpis, de formis*, cur illud non magis placeat? Certè בלם Arab. in Conjug. 2. idem eſt, quod קבח *fœdavit*,

defor-

deformem fecit. Unde jam nomen בלימה formæ בהימה quod facilius dabunt, qui Arabiſmi veſtigia in Iobo obvia ubique agnoſcunt.

בָּטַן Verbum eſt, in ſe omnes affectiones & actiones *ventris* complectens: *Dolere ventre, ſervire ventri, farcire ventrem.* Hinc בטן *venter.*

בארת ſive בירת *Pernoctavit*, Arab. & Chald. *Dan.* 6. 18. Vnde בִּירה *Domus*, ſive ex materia fabrili, ſive ex lino, lana vel pilis caprinis conſtructa, ut eſt tentorium. Atque adeò locum propriè denotat in quo diverſari, & tutò pernoctare licet. Hic enim primarius ædium uſus ut ab aëris injuria tuti ſimus.

באץ *Avis extrevit ova*: vel aliquem *ovi albedine ſuperavit.* Unde particip. באץ *ovipara avis gallina.* Hinc Heb. בֵּיצָה Ovum. Unde נצרה ſive *ſtruthiocamelus*, appellatur אם אלבאץ *mater ovorum*, ob magna, quæ parit ova. Vide *Job.* 39. v. 16. ad cujus loci explicationem facit proverbium ארל מן ביצה אלבלד *Vilior ovo ſtruthiocameli*, quod avis hæc ovum ſuum facile negligit deſerit, ſeu, ut Iob. loco citato legimus, תעזב לארץ ביצה *relinquit in terra ova ſua.*

בכר *Præcocitatem, maturitatem, primum quodvis*, ſive tempore, ſive dignitate notat. Unde eſt 1. *Diluculo ſurrexit, venit, abiit.* Convenit ita cum בקר literis ejuſdem organi inter ſe permutatis. 2. *Primos fructus, primitias accepit, edit.* Unde בכורים *primitiæ.* Singul. Arab. בכור *præcox palma; fructus, omniſque res alia, citò ad maturitatem pertingens.* 3. *Primo partu marem genuit fœmina,* Hinc בכור primogenitus. בכורה Arab. בכורידה *primogenitura*, & בכר non tantùm *primipara, ſed & ſemelpara*, quæ uno tantum partu mater eſt facta: id quod probè eſt notandum in controverſia Helvidiana. 4. *Prævenire*, quaſi, *antevertere, præcurrere.* Unde בכרה *Dromas Jerem.* 2. 23. Arab. *juvenca camelus*, & reſpondet פתי in homine, quod *puerum* ſonat.

בלג

בלג Quod Arabicè ſcribitur بلغ habet ſignificationem 1. *Perveniendi ad ſcopum, attingendi propoſitum.* Eadem notione venit in Conjugat. quarta; quæ Hebræorum Hiphil reſpondet, quæ tamen tranſitiva potius eſt. Hoc ſenſu occurrit, *Amos* 5. v. 9. ubi verba המבליג שד על עז commodiſſimè vertuntur: *Qui intendit, deſtinat vaſtationem forti.* Agitur de Deo & vindice ejus oculo. Neſcio, an recreandi ſignificationem, vel conſtructio, vel circumſtantiæ admittant. 2. *Acquieſcendi.* Æquipollet enim verbo אכתפי *ſatis habüit, contentus fuit.* Ita ſumitur abſolutè poſitum, tum alibi, tum cumprimis, *Job.* 9. 27.

בלל *Confudit, permiſcuit.* Exempla tamen docent, propriè eſſe *rigare, macerare aſperſo aut leviter affuſo humore*, quod in oblationibus fieri ſolebat. Unde בליל *pabulum*, propriè graminis ac virentis pabuli humor. Atque hinc ipſum etiam verbum *Jud.* 19. v. 21. eſt *virente pabulo paſcere*, vel *pabulare*. Ab *humore* igitur potiùs & *ſucco*, quàm mixtura nomen ſortitur. Habent Arabes etiam *paſcendi* ſignificatum in forma quadrilitera. Eſt enim בלבל *Sectatus & planè depaſtus fuit Camelus pabulum*, ita ut nihil reliquerit.

Extat *Lev.* 18. 23. & 20. 12. vox תבל Chald. תבלא *Confuſio*; Formæ חמם *limax*, eſſe volunt Grammatici, teſte *Aben Eſra*, à בלל *miſcuit, confudit.* Sed חמם commodiùs deducimus ab æquipollenti ejus מסה *liqueſcere, liquefieri.* R. Sol. Iarchi verò ait, denotare לשון קדש ערוה נאוף *profanationem, inceſtum concubitum, μοιχείαν*; *Lev.* 18. At c. 20. גנאי *Turpe, deforme.* Vel etiam מבלבלין זרע האב בזרע הבן *confundentes ſemen Patris cum ſemine Filii.* Annon expeditior ſit radix תבל, cùm abjectæ tertiæ radicalis, nec in Hebraiſmo, nec Chaldaiſmo, ſuperſint veſtigia? Eſt aut תבל 1. *dementare, conficere, & quidem propriè, ut amantem amore ſui fœmina.* 2. *Affligere, perdere, delere.* Illud *modum*, hoc *effectum* ſceleris notat. Ad eò ut תבל per

Digitized by Google

Metonymiam non tantùm ſit *ſcelus odio* (nam ne hunc quidem ſignificatum reſpuit Arabica lingua) ſed & *internecione, ſupplicio* ſeu morte dignum.

בלרה *Secuit,pracidit, ſeparavit,diviſit.* בלתי *Niſi,abſque.* Particula præcidens,ſeparans,id eſt,*exceptiva.*

ברה *Filia*,quaſi בנרה , quam formam retinet Lingua Arabica.

בסר *Quocunque modo intempeſtivum fuit , aut intempeſtivè fecit.* Et ut in Arabia,de Dactylis potiſſimùm ſumptum , notat, 1. *Ante idoneum tempus flore maris conſperſit palmam.* 2. *Expreſſit Dactylos* i. e. ſuccum ſeu *vinum ex iis, immaturis admiſtis.* 3. *Maturos Dactylos immaturis permiſcuit.* 4. *Palma immaturos, licet juſtæ magnitudinis Dactylos tulit.* Ita ad *vineas* relatum , *immaturam uvam*, omphacem *protulit* , denotat. Unde jam בסר *omphax, uva immatura* : Arab. Dactyli immaturi & tamen adulti.

בעל Heb. propriè reddunt *Dominari.* 2. *Maritum fieri.* Hoc ſenſu Arabibus frequentiſſimum tam de viris dicitur, quàm de fœminis , adeóque ſimpliciter eſt *conjugium inire.* Prout nomen בעל Heb. & Arab. *maritum* notat & *conjugem.* Sic habet in medio Phata : ſi Keſra, eſt *mente turbari.* *Dominandi* ſignificatum ſoli retinuerunt felicis Arabiæ incolæ, quibus בעל eſt *Dominus, poſſeſſor.*

בעיר *Brutum, jumentum*: & quidem *quodvis onerarium* in genere , in ſpecie verò vel *aſinus* , vel *Camelus* , & ſpecialiter, *cum proeminent dentes*, quod ab anno quinto fit. Has circumſtantias ſuppeditat Arabica lingua , quæ & verbum habet בער *excrevit ſtercus Camelus, vel ovis.* Magis tamen placet ſignificatio *depaſcendi*, quam Hebræi ſuggerunt. *Exardeſcendi, iraſcendi* notio in Arabica Lingua non occurrit , niſi quod *Cam.* בערה reddat , *iram in Deo,* motus dubio procul Pſalmo 2. v. 12. Hunc enim legit, & ex eodem, ſenſu licet perverſo, verba ; *Filius meus es tu, ego hodie* ילדתיך *genui te*, citat.

בְּצַל

בָּצַל Conjug. 2. *nudavit, decorticavit*, q. tunicatim detraxit; deductum à cepe. Conjug. 4. *Cortex cepe factus eſt, tunicis cohærentibus.* Hinc בָּצַל *cepe, & bulbus, ob ſimilitudinem*. Heb. Semel occurrit; Arabicè crebrò.

בקבוק *Vas* vertunt, aut *poculum ligneum oris anguſtioris, quod inter vel bibendum, vel evacuandum ſonum edit lætum; Bombybus, baucalium.* Pro *Lagena* ſumi 1. *Reg.* 14. 2. Interpretes tradunt. Utraque ſignificatio petita eſt non à בקק *evacuando*; ſed Arabico quadrilitero בקבק *bombum edidit amphora*, dum affatim ex ore anguſtiore efflueret, vel per illud infunderetur aqua. Unde בקבקה *Bombus aquæ, ſonus jam dictus*. Ergo quodvis vas anguſtioris oris, quod ſonum illum edit, ſignificat.

בקע *Abivit*, quaſi אל בקעה *in fundum, terræ angulum, locum depreſſiorem, in quo ſtagnat aqua.* Hinc בקעה quod Heb. *convallem*, quaſi ſciſſuram montium explicant. Arabes verò *locum depreſſiorem, in quo ſtagnans aqua.* בקאע aliâs etiam eſt *terra alta & latè patens.*

בקר & ביקר eſt *bobus viſis obſtupuit & attonitus ſtetit canis:* Unde בקר collectivum, *boves*. Niſi malis à בקר *paſcere boves*. Unde part. בוקר *paſtor*, Amos 7. 14.

Verbum ברד uno tantùm loco eſt *grandinare*; Arabibus verò ubique eſt *grandine lædi* aut *percuti*.

Gen. 41. v. 43. ויקראו לפניו אברך Et clamârunt coram ipſo אברך i. e. ut alii vertunt, *eſſe ingeniculandum*, א poſito pro ה. ut *Jerem.* 25. 3. *Jeſ.* 63. 3. Sic R. *Jona*, citante *Aben Eſra*; R. *Solomon* hoc verbum ipſi tribuit turbæ, quaſi diceret; Ego *procumbam*, vel *genua flectam*. Onkeloſus אבא למלכא *Pater Regis*, quaſi eſſet compoſita vox ex אבא *pater*, & ריכא *Rex*. Ita dictum fuit de Herode; לו ריכא ולו בר ריכא *Neque rex eſt, neque filius Regis*: Alii ex Ægypto accerſunt vocem. Inter tot conjecturas & nobis liberum erit aliquid addere Dicimus ergo, אברך eſſe formulam bene precandi, formæ

אַחְלֵי *Vtinam.* Prout enim hoc eſt à חלה *precari, optare*; ita & illud à ברך *benedicere.* Hac verò acclamatione non modò Ægyptii novos honores Ioſepho gratulantur, ſed & benedictionis divinæ incrementa & comitatûm apprecantur. Unde etiam hodierno die Arabibus notum eſt *κέλευσμα*, בראך, בראך quo alii ad fortitudinem & conſtantiam in pugna excitantur, quaſi אבתרכוא *properate feliciter*, & cum benedictione divina. Unde תבריך actus ille, *quo quis alteri apprecatur Dei benedictionem.*

בְּרֵכָה *Piſcina*, à benedictione Hebræis deducta. Receperunt & Arabes, quibus ברכה eſt *crater fontis, piſcina, aut ſimile conceptaculum aquæ, pecul. ſtagnantis.*

Ezech. 24. 27. mentio fit גנזי ברומים *Arcularum veſtium pretioſarum*, quales ſunt operis Phrygionici, ut *Kimchius* authoritate patris fretus, explicat, qui ſcribit *Arabicè* veſtes ejuſmodi appellari מברומא. Ita eſt. Verbum ברם propriè eſt *torquendo convertere, uti fuſum, quo moto* ducitur *filum.* Conjug. 4. *Firmum reddidit aliquid ex pluribus partibus in unum contorquendo, contorſit.* Unde מברם *contortus*, ut cùm ex duobus filis unum fit; quale ſtamini ſæpius inſervit, *& veſtis* ex ejuſmodi filis contexta. Abſolutè poſitum vult *Gieuh.* ſignificare *pèculiare genus veſtis*, ad quod, dubio procul alludit Kimchius.

בִּשֵּׂר & בָּשַׂר *Annuntiavit tam læta, quàm mala.* Illud tamen frequentius, Heb. & Arab.

בָּתַת idem quod קטע *ſecuit, abrupit. ſcidit.* Unde בַּתָּה plur. בַּתּוֹת *vaſtationes*, & ferè omnimodæ, quæ ſimul & ſemel perficiuntur. Einsmahls / in einem ſtreich außreuten. Hinc enim Emphaſin habet radix verbi Arabici.

בָּתַל *Separavit, ſegregavit.* Unde בתולה *Virgo*, quaſi *ſeparata à conjugio.* Arabib. peculiariter eſt *Virgo pura & Religioſa*, à mundo & conjugio aliena. Cum articulo אל vel

Bea-

Beatam virginem θεοτόκον, vel *Phatimam*, Muhammedis filiam Saracenis denotat.

בָּתַר *Reſecuit, abrupit, evulſit.* Unde Pihel בתר *diſſecuit.*

ג

גב Chaldæis *foveam* generaliter notat; Arabes explicant propriè *puteum profundum, non loricatum.*

גָּבַן Arab. conj. 4. *coagulavit lac*, c. 5. *coagulatum fuit lac, & caſeo ſimile evaſit.* Unde 1. גבינה *Caſeus.* גבאן *Caſei venditor.* 2. גבנונים Pſal. 68. 17. vulgò *loca gibboſa*: cui ſuffragantur Arabes, quibus ſignificat גַבְאנַה *terram aſperam & ſcabroſam.*

Gen. 30. 11. בא גד vertunt multi; *Venit fortuna.* Hanc Interpretationem defendunt eruditi plerique. Vide *Seld.* de Diis Syr. & Lex. Chald. Syr. *Buxtorf.* pag. 78. Favet lingua Arabica, in qua גד nomini בכרת reſpondet. Unde verbum גדד ſignificat *felicem, fortunatum* eſſe, גַּדִיד, & גַּדִי *felix, fortunatus.*

גדי vel גַּדִי Heb. גדה *Prodeſſe.* Unde גדי *hædus*, ab uſu, quem præſtat. גְּדִיּוֹת *Capellæ*, Cant. 1. v. 8. Aliàs Arabicè גַּדְאיַה idem eſt, quod עֻזאל *Dorcas.*

גדל Heb. & Arab. eſt 1. *valere, creſcere, incrementum, robur capere.* 2. *Firmum reddere.* Unde Hebræo-Arabicum מגדל *Arx & quidem firmior; turris.* 3. *Firmiter torquere & plectere funem.* Vnde Heb. גדלים *inſtitæ, faſia* 1. Reg. 9. 17. Arab. *Zona latior ex corio contexta quæ gemmis plumari ſolet: Habena ex loris plexa.*

Iobi 21. v. 32. Vox גדיש minùs commodè pro *meta frugum* ſumi poteſt: Quid ſi igitur, ex uſu linguæ Arabicæ, ſit *terra inculta nec arata*, qualis ea eſſe ſolet, quæ ſepeliendis hominibus eſt deſtinata?

גַבָא *Egreſſus fuit.* Vnde גאב Heb. גבים & גֵּבִים *Locuſtæ*, quòd natæ prorepunt è terra.

גָּזַז In contextu ſacro *tondendi* ferè tantum ſignificatum obti-

obtinet. At latiorem olim fuiſſe,tum ex derivatis,tum ex linguæ Arabicæ uſu patet. Eſt enim Arabibus גזז 1. *Reſecuit, cacidit, colligendi frumenti, aut dactylorum ergo.* Hinc nomen גִזאז *ſectura, cæſio, quæ fit collectionis ergo ſive dactylorum, ſive meſſis: Fæni* etiam aut *herbæ.* Vnde *Pſal.* 72. 6. pro *ſecta herba,* & *Amos.* 7. 1. pro *fæniſecis* legitur. 2. *Tondere ovem.* Vnde גזה Heb. *vellus, & ſectam lanam* notat. Arabibus ferè propriè, *proventum ſcil. lanæ ab una ove annuum.*

Pſal. 90. v. 10. vox גִּאז *tranſeundi* Arabibus notiſſimo ſignificatu commodiorem fundere videtur ſenſum, quàm *abrumpendi.*

גוף & fœmininum גופה pro *corpore* ſumitur. Videtur tamen ſynecdoche, non minùs atque, eodem tropo, integrum notat *hominem* ſeu *perſonam,* planè ut Græcum σῶμα, & σωματικῶς: propriè eſt *venter, inteſtina.* Vnde Arab. אלאגופואן *venter & vulva.* מגוף *Ventricoſus, ventricraſſus.* Ita verbum הגיף ſemel tantùm Hebræis *claudere Nehem.* 7. 3. At Chaldæis & Arabibus tritum. Et propriè quidem his *eſt claudere portam,* Conjug. 4.

גְזַם Chald. & Arab. *reſecuit, amputavit, edit;* Arab. Unde גָזָם *eruca,* à depaſcendo. Ut non ſit neceſſe cum *Aben Eſra* per longas ambages illud de deducere à גזז *totondit.*

גָזַע Arab. Conjug. 2. in *partes ſecuit carnes.* Conj. 8. *Cacidit, amputavit ligna de arbore, & confregit* ea. Unde גזע *Truncus ſuccisus, Job.* 14. 8.

Daniel. 1. 10. אשר כגילכם *Qui ſunt ſecundum ſimilitudinem veſtram, aut ejuſdem vobiſcum ſtatus.* Sic eruditi. Dubitatur etiam de radice. Alii enim ad גלל referunt. Quid ſi verò, in ſuffragium vocato Arabiſmo, vertamus: *Qui ſecundum nationem & gentem veſtram?* Eſt enim גיל Arab. *gens, natio.*

Sic גַלָב *Tonſor* non malè deducitur à גלב quod Arabib. ſonat, *cuticulâ obductum fuit, dum ſanaretur vulnus.* Hinc גלבה *cuticula,*

ticula, quâ vulnus obducitur in ſanatione: ut גלב *Chirurgum* propriè notet.

גלד *Cutem percuſſit*, *læſit*, peculiariter *ſcutica*; *flagellavit*. Hinc גֶּלֶד *cutis*, *Job*. 16.15.

Quid גליונים *ſpecula*, cum migrandi ſignificatione habet commune? *Revelandi* notio propiùs accedit, quòd objecta revelet. Sed commodiſſimè à tertia, ſolis jam Arabibus recepta, ſignificatione, *clarus fuit*; item *nitidum, clarúmque reddidit re aliqua vultum*, *oculos*. Quanquam locus *Eſ*. 3. v. 23. ubi hæc vox occurrit, alii reddant aliter. *Schindlerus* גליונים *ſpecula*, in quibus intuentium facies appareat: (Hactenus noſtræ favet Etymologiæ;) aut veſtes tenues per quas caro conſpicitur. Sed ſi conjecturis agere licet, quidnî reſpondeat voci, גִּלָא quæ non tantùm *nitorem*, *ſplendorem*: ſed & כחל *fucum* vel *collyrium*, quod oculis nitorem conciliat & claritatem denotat.

Eſ. 5. v. 8. mentio fit אבן גלל, quod R. *Solomon*, & *Elias Levita* marmorem; Aben Eſra *lapidem devolutionis* vertunt. Quid ſi deducamus à ſignificatione magis vicina, *magnus*, *illuſtris fuit*. Unde Arab. גלאל 1. q. עצום *magnus*, *illuſtris*. Et גַּל omne id quod *majus & præſtantius* eſt in aliqua re. Quid facilius? Aliàs גַּלִיל *craſſum* etiam notat, *rudem*, oppoſitum דקיק ‍, qui ſenſus non malè etiam loco citato conveniet.

גלולים rectè verti *Deos ſtercoreos*, & conſtans Interpretum conſenſus, & Arabicæ linguæ aſſenſus condocefacit. Eſt enim גלה i. q. בער *ſtercus animalis globoſum*, ut Cameli, ovium. Eodem ſenſu Chaldæi dicunt גלל.

Ad eandem radicem גלל Lexicographi referunt בגלל *propter*, *occaſione*, *causâ*: ſignificationem hanc confirmant Arabes, quibus מן אגללך idem eſt, quod מן אגלך *propter te*, *reverentia tui*, *tui cauſa* גלל enim etiam *cauſam*, *negotium*, *magnum & parvum* ſignificat.

Vox

Vox גלם Metaphoricè ſumta pro *maſſa hominis prima in utero materno*, affinitatem habet cum גלמה *maſſam carnis*, i. e. corpus excoriatæ & exenteratæ ovis abſque capite, pedibúſque exprimente.

Job. 3. v. 7. יהי גלמוד Iunius: *Fuiſſet ſolitaria.* Sic etiam Aben Eſra. Vox *ἅπαξ λεγομένη* lucis aliquid accipit ex Arabia, ubi גלמוד *virum durum*; גלמדה verò *gravitatem, onus, moleſtiam* deſignat ſenſu ſponte fluente: *Sit nox illa dura, difficilis, inſtar magni lapidis moleſta.* Rabbini ex Arabia tertiam etiam ſignificationem accerſunt. Volunt enim גלמודה idem eſſe quod נדה *menſtruo laborans*, cujus tamen uſus nulla deprehendi veſtigia.

גלע Arabicè 1. *impudenter & obſcœnè locutus fuit.* 2. Conjug. 2. *Pugnavit cum alio in potu & alea.* 3. Conjug. 7. *retectus fuit, conſpectúſque patuit.* Ad hanc ſignificationem non malè quis refert התגלע quod bis tantum reperitur, *Proverb.* 17. v. 14. & 18. v. 1. Priorem locum vertunt: *Quare antequam ſeſe immiſceat, litem ipſam deſere*: Neque verò ineptè: *Antequam detecta fuerit lis, deſere eam.* Poſteriorem verò: *Pro deſiderio quærit cerebroſus, omnibus quæ ſunt, immiſcet ſe.* Nihil incommodi hic habet ſenſus. Sed quia verbum hoc alibi apud Hebræos nuſpiam, aut Chaldæos reperitur, ipſi etiam Interpretes variis feruntur ſententiis; verbi inſuper hujus apud Arabes notione *retegendi* familiariſſimus eſt uſus, judicent alii, annon omnes explicandæ Scripturæ regulæ ſenſum admittant hunc: *Cerebroſus in omnibus apparet*: i. e. ſeipſum, ut ſorex, ubique prodit.

Vocem גָּמַל Deo tributam an ſatis Theologicè reddere poſſimus per *ἀνταποδοῦναι*, *retribuere*, illi viderint, qui ex Apoſtolo didicerunt exclamare, *τίς προέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ*, *Rom.* 11. v. 35. Rectè igitur alibi per *εὐεργετέω*, *Pſal.* 12. 6. *Pſal.* 115. v. 7. alibi per *ἀγαθοποιέω* à LXX. tranſla-

tranſlatum, nullam habet *reciprocationem* aut *redditionem*, ſed puræ putæ gratiæ demonſtrationem. Atque ſic נמל Arabibus nihil aliud eſt, quàm *bene*, *pulchréque facere*, *bene inſtituere*, *de aliquo bene mereri*: guths thun/ gutthaten beweiſen.

נָרַב Arab. *Scabioſus fuit*. Hinc נָרָב *Scabies*, & אגרב *Scabioſus*.

נָרַד Arab. Scalpſit, abraſit. Unde Hitpah. Heb. התגרד *Idem*: quod Jobi 2. v. 8. occurrit.

גרז Arab. *Amputavit*, *reſecuit*. Hinc Niph. Hebr. נגרז *amputari*, *exſcindi* Pſal. 31. 23. גראז *vehementer ſecans & acutus enſis*, Arab. גרזן *Securis*, Hebr. *Deut.* 20. 19.

Ezech. 23. 34. verbum גרם *confringendi* ſenſu venit, lato admodum & improprio, à גרם *oſſe*. At Arabib. גרם primò etiam notat *frangere*, rumpere, *Secare aliquid*. Unde חרשיה תגרמי *teſtas ejus comminues* Ezech. 23. 34.

נָרַף Arabibus eſt, 1. *multum vel totum cepit*, *abſtulitq;*, *peculiariter verrendo*, *abſtergendóque rejecit*, uti palâ lutum. 2. *abſtulit*, *avulſit terræ partem torrens aut aquæ fluxus*. Quid compendioſiùs explicationi loci Jud. 5. v. 21. quo uno verbum hoc reperitur? Torrens Kiſon גרפם *abripuit eos*, ζυνήρπασε vel, quaſi ſcopis everrerentur, abſtulit eos. Hinc & Rabbini ſuum habent נָרַף *verrit*, *ſcopavit*, quo ſignificatu etiam Chaldæis notum eſt.

נרר Arabibus 1. ſignificat *trahere*; hoc ſenſu Chaldæis, quàm Hebræis uſitatius eſt. 2. *Ruminavit camelus* &c. Hujus poſterioris notionis exemplum occurrit *Levit.* 11. v. 7. quòd ſit *tractio quædam reciprocata*. Ab eodem verbo deducitur גרון *guttur*, unde jam quadri-

literum Arab. גרגר *gargariſare, cum murmure per guttur dimittere potum.* A quo nomen Hebraicum גרגרת *guttur, fauces.*

גרש *Comminutum, contuſum.* Arab. Comminutum in groſſiores partes, ſemicontuſum. An fortè hinc German. Grieſmähl? Ab eadem radice aliud nomen Arabicum גראשה *contuſæ, comminutæve rei*, ut frumenti aromatiſve, groſſior pars.

גשם Arab. *Magno corpore fuit. Conjug. 2. Corporeum vel etiam magnum effecit.* Unde Heb. גשם *corpus.*

גשש Arab. 1. *Tetigit, palpavit.* 2. *Palpitando inquiſivit*, ut venam ægroti. Hinc Pihel Hebr. גשש *palpavit.*

Deut. 33. v. 25. וּכְיָמֶיךָ דָּבְאֶךָ *Et ut dies tui, ſermo erit de te*, hoc eſt, quamdiu vives. Ita Iun. Chald. tamen reddit תוקפך *robur tuum*. Quod & *Kimchius* probat. Sed neutrius ſignificationis characterem reperio apud Orientales. Quid ſi; *ut dies tui, ita opes & facultates tuæ?* Nam inter Aſcheri felicitates opulentiam quoque referri, præſertim ex pecoribus acquiſitam, præcedens verſiculus planum facit. Sic radix erit דבה, unde דבי *opes multæ.*

דבל *Arab. eſt in unum cogere rem*, & quidē rotundiore forma, ut buccellā, vel quamvis maſſam. Hinc דבלה & דבלת תאנים *palatha, maſſa ficuum aridarum & compreſſarum.* Et ſic Arab. quoque vocant דבלה *buccellam magnam, & rem quamvis buccellæ formam habentem, ut eſt pars gummi, aut conditi.*

דבק *Adhæſit, conglutinatus fuit.* Sic Arab. *Firmiter ceu viſco adhæſit. Viſco cepit avem.* Unde דֶבֶק propriè *viſcus* tum planta, tum glutinum aucupis.

Verbum דבר in Hiphil ſemel atque iterum *ducendi* ſignifi-

ſignificatum ſortitur, Arabibus uſitatiſſimum. Unde poſtea nomen דבר *ductus*. Hinc etiam דבר Heb. *peſtis*, Arab. *mors*; vel הלאך *exitium* quod omnia *auferat*; vel ex adverſandi, inimicitias gerendi ſignificatu. Ita & מדבר *deſertum*, *locus paſcuis deſtinatus*, quo deducuntur pecora.

דבש quid ſignificet, propriè, Arabes ſuggerunt, *mel* nempe è dactylis fluens; Synecd. etiam apum, & *quodlibet defrutum*. Unde Metonym. pro ipſis Dactylis ponitur 2. *Paral.* 31. v. 5. vide *jus Heb.* p. 166.

Ierem. c. 14. v. 9. Vocem נדהם Kimchius vertit *obſtupefactus, qui neſcit quid ſit agendum*: obſervata ſine dubio ſignificatione Arabica verbi דהם *ſupervenit*, *inciditque de improviſo*. Unde דהים *Infortunium*, *monſtrum*.

דוי Arab. *Ægrotavit*, *malè habuit*; *animo malè affectus fuit*. Hinc Heb. דוה *Languidus*.

דאח Arab. vel דוח *vilis abjectuſque fuit*. Conjug. Hiph. *Abjecit*, *diſpulit*.

Verbum דוך quod ſemel tantùm legitur, *Num.* 11. v. 8. eſſe *contundere*, probat ſymboliſmus Arabicæ Linguæ, ubi דאך eſt *trivit in tenuem ſubſtantiam, ut odoratas res, colores*. Unde מְדאך *Lapis, ſuper quo aliquid comminuitur*, & מְדאך *quo aliquid teritur*.

Pſal. 141. v. 3. legimus: על דל שפתי *ſuper elatum labiorum meorum*: quaſi דלת *oſtium*, quod os aperiatur & claudatur, ut habet Kimchius: parenti ejus idem eſt quod נשיאה *elatio, exaltatio*. Rectiùs tamen דַל dicimus eſſe formæ סַם à דלל quod Arabibus præter alia ſignificat *indicavit, direxit, monſtravit*; unde דלי *via regia, aperta*:

perta: דליל & דלאלה *argumentum, ductus*, *probatio.*
דָּמַם *Siluit.* 2. *Excidit*; quo ſignificatu apud Hebræos in Niph. tantùm occurrit. Arab. verò in Kal uſitatè eſt *perdere, conterere, vulnerare, verberare.*

דָּלָה *Heb. Haurire*; Arab. דלו & דלי 1. *demiſit in puteū urnam ſuam, aquæ hauriendæ ergo.* 2. *hauſit aquam. Unde* דלי *urna parva* id eſt, ſitula. Hinc, proculdubio, דליות *propagines* & quidem eæ, quæ rigantur urnæ ope, prout Arabibus דאליה & in plur. דואלי ſignificat 1. *Rem ex foliis palmæ factam, quæ alligatur capiti palmaris rami.* 2. *Terram, quæ rigatur beneficio urnæ vel rotæ.* 3. *Vitem*: Sed tantùm in ſacris ſcriptoribus, *Gen.* 40. 10. *Deut.* 32. 32. 4. *Speciem uvarum nigricantium, non tamen atrarum.* Quæ quidem ſignificationes ad vocis דליות *palmites* illuſtrationem non parùm faciunt. Deducuntur autem à verbo דלה quod non tantùm eſt *urnâ haurire, ſed & benigniter & blandè tractare*, quod palmitibus non malè convenit.

דמי Arab. *ſanguinem de ſe emiſit*; *Cruore infectus fuit.* Unde דם Heb. Arab. *ſanguis, vita*, pro דמי vel דמו.

דמן Arab. idem quod דמל *ſtercoravit terram.* Unde דמן Heb. *fimus, ſtercus.*

Vocem דֶּמַע quæ *lachrymam* propriè vult, Metaph. *liquorem* rectè notare, monent Interpret. tum alibi, tum *Exod.* 22. v. 29. Sanè Arabes non modò participialiter *terram rore ſimilive humore madentem* דאמע; Lachrymas vernalis ſectæ vitis דמאע; ſed & *quemlibet ſuccum ex planta ſtillantem* דמעה appellant.

Eſth. 1. v. 6. occurrit דר quod *parium marmorem*, candidum alii, explicant. Quid ſi *ſplendentem & unionum inſtar micantē* intelligimus? Sic affine erit Arab. דרר *uniones.*

Digitized by Google

nes. Unde & דרי *ſtella, unionis inſtar fulgens: Fulgur gladii & ſplendor*. דאר *clarè lucens lucerna*.

דרן *Spurca fuit veſtis, manus*. Unde דרן *ſpurcitia, ſordes, trita veſtis*. Ab hac radice commodè deducimus דראון *contemtus, faſtidium, nauſea*. Ratio Etymologiæ ſatis eſt manifeſta.

דרב Arab. *Acuta fuit res quæcunque*. Conjug. 4. *Acuit*. Hinc nomen דרבה *acies, acumen*. Heb. דרבן *ſtimulus, aculeus baculo infixus, ad pungendum jumentum*.

דרג Arab. *Gradatim fuit progreſſus & aſcendit. Rectè proceſſit in religione & ſermone*. Hinc Heb. מדרגה *Gradatio, præcipitium*.

דרור *Hirundinem vertunt*, *Pſal*.84.v.4. Quòd, ut *Kimchius* ſcribit, libertatem habeat nidificandi & volandi in hominum ædibus: vel, ut monet *Iſidorus*, aliis avibus non impetatur, nec unquam præda ſit. Hoc ſenſu γειτνίασιν habet cum nomine דרור *libertatem* ſignificante. Quia verò Græci modò στρουθὸν reddunt, modò τρυγόνα turturem, generale forte nomen eſt ὠκύποδα, quales aviculæ illæ ſaltitantes ſunt, paſſer, hirundo motacilla, denotans. Sic res clara erit. דרור enim Arabicè, præter alia, ὠκύποδα notat.

דרש Non malè explicatur *inquirere, inveſtigare*; addere tamen aliquid Emphaſeos videtur notio Arabica, quâ ſignificat *trivit librum, perlegit ſtudioſè, didicit ſub alio, exercuit ac prælegendo docuit*. Unde מדרש Arab. מִדְרַס *Commentarius*, quo quis docetur: מַדְרַס verò *Gymnaſium, Academia, Collegium*.

חד & הידד *celeuſma* transferunt vocem nautarum ſe invicem hortantium, ac ovantium. Sumitur etiam pro *ſono*

ſono repercuſſo, echo. Generaliter videtur notare vel *quemlibet ſtrepitum, ſonum, ab* הדד Arab. *ſonum edidit, collapſus murus; cum ſuſurro murmuravit mare:* Unde הדד *ſonus, peculiariter ſuſurrantis maris;* vel *ſonus, qui in littore auditus inſtantem prænunciare ſolet terræ motum.* Vel in ſpecie, *placidam & blandam compellationem,* à verbo quieſcente הוד *leni & placida voce in ſermone, ejusq; tali reciprocatione in cantu fuit uſus.*

Jeſ. 11. v. 8. legimus ידו הדה *manum ſuam injiciet.* Aben Eſra putat ה eſſe loco י, ut ſit ידה *projecit.* Sed nihil videtur neceſſe, ſi recurramus ad Arabiſmum, ubi הדי eſt *recta ducere, bene dirigere: oſtendere viam,* quæ quidem ultima ſignificatio loco citato non malè convenit.

הֲדֹךְ quod ſemel tantùm reperitur *Job.* 40.3. *contundendi* ſignificatio tribuitur. Non ineptè; Æquipollet enim verbo הדם id eſt, *diruit, oppreſſit, deſtruxit.*

Sic הדס *myrtum* rectè verti, conſtans Arabum uſus confirmat.

Jeſ. 45. 2. הדורים אישר R. Sol. reddit ארחות עקלקלות *vias tortuoſas planas reddere.* Quid ſi dicamus (cùm hujus ſignificationis in reliquis linguis Orientalibus nulla extent veſtigia) הדורים *eſſe vias, adultis herbis implexas, adeóque aditu difficiles.* Atque ſic affine eſt Arab. האדרה *quod terram notat adultas & luxuriantes plantas habentem.* Ab eodem verbo deducere poſſemus פרי עץ הדר *fructum arboris pulchræ*, ut vertunt. *Nam extra dubium eſt,* ſcribit Clariſſ. *Buxt.* Synag. Jud. c. 16. p. 331. *voculam* פרי *arboris fructum hic non deſignare, ſed pro ipſo ramo ſive cum fructu, ſive abſque fructu uſurpari. Ex ejuſmodi enim ramis tabernacula extruenda fuere,*

Digitized by Google

ſuere, ut manifeſtè ex Nehem. 8.v.15. *ubi jubentur afferre frondes olivæ, & frondes arboris reſiniferæ, frondes myrti, ramos palmorum & frondes ligni nemoroſi, ut fiant tabernacula ; apparet. Judæi autem ad malum citrium* אתרוג *illis dictum detorquent, quo ſine feſtum celebrari poſſe negant. In Hiſpaniam ſingulis annis ſedecim Iudæi, proficiſcuntur & quantum plurimum poſſunt inde efferunt, poſteaque per totam Germaniam, ubicunq́ Iudæi degunt, diſtrahunt.* Mala illa citrea, poſtquam ſuperſtitioni inſervierunt Judæi illis, quos aliquo habent loco, offerunt, forte non minore devotione, quám ſi vel roſam, vel gladium, vel malleum, quo aurea reſeratur porta, Pontifex alicui donet. Heidelbergenſes Judæi hoc ipſo anno ſuum mihi obtulerunt. Sed ad rem. Cum פרי עץ הדר non tam fructum denotet, quàm ramũ, undè tabernacula extruebantur, annó intelligantur *rami magni, diffuſi*, qui umbram præbeant, aut arbores, qui fiſsâ ſpatha conſpicuos habebant flores? Hunc enim ſignificatum, præter ſuperiorem, agnoſcit verbum הדר. Sanè circumſtantiæ loci conjecturæ favent, videl. ramos vel herbas denotari, qua fuſis atque hinc illinc paſſis foliis ſuis opacitatẽ efficerent, quorum utrumq; Emphaticè ſatis Arabũ הדר exprimit. Quid ſi ergo verba *Lev.* 23.v.40. ולקחתם לכם ביום הראשון פרי עץ הדר כפת תמרים ita vertamus, *Accipietis itaque die primo fructum arboris luxuriantis paſſis foliis, ſpathas nempe palmarum. Palma* עץ הדר ex Arabica ſignificatione appellatur, tum quia eſt ἐμπεδόφυλλος perpetuo virens frondibus; tum quia, ut *Perott.* loquitur *ramos habet in digitorum modum protenſos.* Unde & *Iſidor.* lib. 17.7. *Palma dicta, quia manus victricis ornatus eſt; vel quòd oppanſis eſt ramis,*

mis, in modum palmæ hominis. Eſt enim arbor inſigne victoriæ, proceróque ac decoro virgulto, diuturniſque frondibus veſtita, & folia ſua ſine ulla ſucceſſione conſervans. Quas quidem proprietates vox Arab. הדר complectitur propè omnes. Structuræ verò tabernaculorum deſtinata potiſſimùm erat palma, non tantum, quòd eſſet ἀειθαλής, adeóque umbrifera, ex utraque parte naturâ vincta habens paria folia, ut loquitur *Varro* lib. 4. de Ling. Lat. Sed & moli cedere neſcia. Unde Chil. *Eraſ.* Cent. 111. N. 4. Atque ſic עץ הדר generale erit, כפת תמרים ſpeciale.

Mich. 7. v. 3. legimus הות נפשו *ærumnam animæ ſuæ*. LXX. verò καταθύμιον ψυχῆς αὐτοῦ *acceptum, gratum animæ ſuæ*, retenta ſignificatione nominis Arab. הויה quod *cupidinem, rem cupitam* denotat. Unde & ſignificatio altera, *ſubſtantiæ* quaſi rei delectabilis & concupitæ, confirmatur. Quamvis nec ineptè ab הוה deducatur quaſi id denotet quod homini ex labore ſuo supereſt, exiſtit & remanet; quo ſenſu οὐσία Græcis, & Latinis *ſubſtantia* dicitur. Id verò mireris unde ab הוה ſit הָוָה & הַוָּה *ærumna?* An ab altera, etiam num Arabibus uſitata notione, verbi הוי *decidit, delapſus fuit, præcipitavit ſe*, quaſi ærumna eſſet lapſus de ſtatu felicitatis Germani certè quamvis *calamitatē caſum* appellant. Quod verò Proverb. 11. v. 6. הוה Chaldæus reddit רשעא *impietatem*, planè Arabicæ reſpondet ſignificationi vocis הוי quæ *voluntatem* notat *tam boni, quàm mali*.

Deut. 1. v. 41. ותהינו לעלות ההרה Iunius; *obtuliſtis vos ultrò*. LXX. συναθροισθέντες ἀναβαίνετε. Vox hæc in univerſo contextu ſacro ſemel tantùm occurrit; cujus non minùs obſcurum συνώνυμον *Num.* 14. v. 44. eſt ויעפלו quod vulgò red-

reddunt, *& contenderunt aſcendere ſuper verticem montis*. Quid ſi *levitas populi, & hoſtium contemtus* hic ſignificetur, quem gravi poſtea, mandati divini immemores, clade luerunt? Senſus ergò erit; *Et accingentes vos armis bellicis, non magni putabatis eſſe negotii, levem, facilem exiſtimâſtis aſcenſum in montem.* Ihr hielten darfür/ da war der Sach wol zu rathen; es ſolte nicht viel zubedeůten haben den Berg auffzuſteigen. Et hæ quidem cogitationes adeô altè veſtris inſederant mentibus, ut ne juſſi quidem à Deo, receſſeritis. Hinc ſecuta clades. Hunc ſenſum confirmat 1. frequentiſſimus uſus verbi הון apud Arabes, quibus & *facilitatem*, *lenitatem*, *cum commoditate conjunctam & contemptum* etiam ſignificat. Unde פי אלהין *facilè, ſine labore*. 2. Ex loco parallelo *Num.* 14. v. 44. ויעפלו quod Chald. non malè vertit וארשעו *improbe fecerunt*: Per errorem peccaverunt, dum magno impetu lati inobedientiam ſuam, montem aſcendendo, eluere voluerunt. Nam & עפל Arabibus eſt *inconſideratè aliquid facere*; *per incuriam aberrare, non curare, parvi pendere*. 3. circumſtantiæ loci & oppoſitio verborum תהינו quod *præcipitanter & per ignorantiam eſt* errare; & תזידו v. 43. *quod elata manu & deſtinata malitia*, *ſuperbè peccare* ſignificat.

היכל verbum quadriliterum, Arab. *ſignificat magnus, procerus fuit*. Unde היכל Arab. *res omnis magnæ groſſæque molis*, & peculiar. Hebr. & Arab. *Palatium, ædificium ſublime, templum*.

הלל ſignificat Arab. 1. *apparuit, ſplendere cæpit nova luna; eluceſcente luna inivit menſis*. Hic ſignificatus apud Hebræos in ſola conjugatione tertia receptus eſt,

 & ferè

& ferè tantùm in *Iobo*, c. 25. 5. c. 29. v. 3. c. 31. 26. 41. 9. duobus prioribus exemplis ſignificatio Arabica propriè convenit; in poſterioribus generaliter *lucendi*, *ſplendendi* notionem induit. Hinc nomen הילל *Lucifer, ſtella matutina*, à ſplendore petitum, Heb. Arab. הילאל *Luna nova, ejuſq; phaſis.* II. *Laudare, venerari Deum.* Hic ſenſus tantùm ſecundæ tribuitur conjugationi tam apud Hebræos, quàm Arabes, & hos quidem peculiariter, dicere לא אלה אלא אללה *Haud ullum exiſtit numen, ſeu adorandum quid præter Iehovam.*

Jeſ. 64. v. 2. כקדח אש המסים *Iun.* Quemadmodum conflagrante igne cremia. *Schindl.* Sicut exurit ignis liquefactionum, aquas fervefaciet ignis. LXX. ὡς κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρὸς τήκεται. Ita & *R. Sol.* intelligit *res liquidas*, quæ facilè ad ignem liqueſcunt & conſumuntur. Et ſic radix eſſet מסס quod admodùm videtur tortum. Tutius enim ה conſtituimus radicale, & quia verbum קדח non tantùm ſumitur tranſitivè pro *accendere*, ſed & intranſitivè *ardere*; unde *Deut.* 32. v. 22. אש קדחה *Ignis accenſus fuit*; non malè, beneficio linguæ Arabicæ, ſic explicamus: *Quemadmodum accenſo igne fit lenis ſubmiſſuſque ſtrepitus, ſibilus & ſtridor ferventis ollæ* (poſſet tamen *fractionis* etiam ſignificatio locum obtinere.) *& ignis excitat bullas*, &c. Ita Metaphora erit continuata, & ſenſus ſatis commodus.

Pſal. 62. v. 4. verbum תהותתו LXX. reddunt ἐπιτίθεσθε. *Iun.* machinabimini ærumnas. At R. *Iona*, monente *Ceval.* ad Lex. Pagnini, & *Kirch.* in Concordant. eſt *producere linguam ſeu ſermonem ad malum*: atque ſic notionis hujus veſtigia apparent in nómine Arab. חתאת & מהתת *promta & volubili lingua præditus, garrulus.* Sed & con-

confringendi, ſeu *rumpendi* ſignificatio loco huic non planè inconveniens.

זְהַב Chald. Arab. Ipſum verbum Arab. זהב *præſtrictos habuit ex intuitu auri oculos*; *præſertim ingreſſus de improviſo micantem mineram auri*.

זהם Arab. *fætere*. Vnde זְהֻמָה *fætidus odor*. II. *Nauſeare*. Gigg. Hinc Pihel, *Job* 33.20. וזהמתו חיתו *faſtidire facit cum vita ejus panem*.

זהר Arab. *Luxit, ſplenduitque ignis: Nituit, pulcher fuit*. Hiph. Heb. *ſplenduit*: Metaph. *monuit præmonuit*.

זוי *vergere, tendere aliquò; abdere arcanum ab amico*: Germ. In ein Winckel verſtecken. Vnde Conj. 7. *in angulum ſe recepit*. Hinc Heb. Arab. זָוִית *angulus*; plur. זָוִיּוֹת anguli, & מזוים *cellæ*; *promtuaria*.

Exod 28.28. & 39.21. legimus: לא יזח *Ne removeatur pectorale*. Sine dubio eſt fut. Niph. formæ יסב à verbo ſurdo זחח vel זח quod uſitatiſſimè Arabibus eſt *removit, dimovit ſuo loco*.

Job. 28.v.17. Vox זכוכית Aben Eſræ judicio, eſt *lapis pretioſus, nitidus*. At LXX. ſimpliciter reddunt ὕαλον. *vitrum*. Vnde hoc? Nempe ſequuntur ſignificationem Arabicam, quâ זגאג *vitrum* vulgò notat. Atque id ipſum ſenſus etiam loci efflagitat. Vnde LXX. οὐκ ἰσωθήσεται αὐτῇ χρυσίον καὶ ὕαλος, *Non erit illis ſimile aurum & vitrum*.

זאן Arab. *ornavit, compſit*. Vnde & זִינָה *ornamentum*, id quo quis ornatur, ut ſunt veſtes, monilia; quem ſenſū facile admittit locus vexatus 1. *Reg*. 22.28. *Linxerunt canes ſanguinem ejus & ornamenta abluerunt*. Eodem, dubio procul, reſpexerunt LXX. *Deut*. 23. v. 14. Et clavus erit tibi juxta אזנך *armatua*: Græci

ci ἐπὶ τῆς ζώνης σου. Intelligunt zonam Perſis aliâs המיאן dictam, quæ vox etiam *aſtrigmentum femoralium* , *&* *burſam nummariam longiorem*, in medio conſtringi ſolitam denotat; receptaculum clavo portando valde commodum. Retinent autem Hebræi א formativum, quod Arabes abjiciunt, planè ut fit in Heb. אגוז & Arab. גוז *Nux*.

זָכַר 1. *Recordari, meminiſſe*. Heb. Chald. Arab. Syr. 11. *Memoriam familiæ reliquit, maſculam peperit fœmina*. Arab. Conjug. 4. Vnde זכר *mas, maſculus, in quovis genere*, Heb. Arab.

זמן Arab. verbum , quod variis temporum circumſtantiis & affectionibus tribuitur. Conj. 1. eſt, *temporis & ætatis noxa affectum fuit animal*. 3. *Præfinivit tempus*. 4. *Tempore multo duravit*. Vnde זמן *tempus*, propriè condictum, & determinatum.

זָמַר Arab. *cecinit voce vel inſtrumento*: pecul. *fiſtula*. Pihel זמר *pſallere* , & ad inſtrumenta propriè refertur, notatque *modulationes artificioſas, certis cæſuris & numeris inciſas* , ab altera ſignificatione putandi, præcidendi. Aliter diſtinguunt Syri. Vide Append. *Grammaticæ* noſtræ Chald. Syr. p. 295.

זנב Heb. דנב Arab. *Pone ſequi* , *veſtigia premere*, quaſi caudam inſequi. Unde Pihel זנב *decaudare* Heb. *caudâ detruncare*, Metaph. dicitur de agminis extrema parte. Arab. *caudam rei fecit, caudâ ornavit rem*.

זער Arab. *parcis & raris eſſe pilis*. Unde nomen זער quod generaliter notat paulum, pauxillum , *Iob*. 36. 2. ſpecial. Arab. *paucis præditus pilis*.

זפת Conjug. 11. Arab. *pice illivit*. Hinc זֶפֶת Heb. Arab. pix.

Job.

Digitized by Google

Job. 6. v. 17. occurrit Pyhal verbi זרב nec uſpiam præterea extat. Locus ſic habet בעת יזרבו נצמתו LXX. vertunt: Καθὼς τακεῖσα, θέρμης γενομένης. Jun. *Quo tempore æſtu diffluunt.* Mercer. & ex eo Kirch. *defluo tanquã per canalem.* Atque hæc ſignificatio optimè placet: Non quod, ut *Mercer.* obſervat per Metatheſin literarum, ad Rabbinicum alludatur מרזב ſed quòd ipſa radix hunc olim obtinuerit ſenſum, cujus rudera extant in nomine זרב & מורב *canalis, in quo fluit aqua.* Sermonem autem de diffluente eſſe nive tum antecedentia probant, tum etiam ſequentia.

ח

חבא Arab. *occultavit.* Pihel *clam habuit & cuſtodiâ aſſervavit puellam.* Hiph. Hebr. *Abſcondit. Chal. Syr.*

חבב Arab. *Dilexit, inſinugeſſit.* Hinc partic. Heb. חובב *diligens, amans.*

חבל Hebr. Chald. 1. *Corrupit, perdidit.* In ſpecie Arab. *corrupit ſeu depravavit mente, & membro, eóque mutilavit, ſeu uſu ipſius deſtituit.* Vnde חבל *corruptio, &* חֲבֵל *Motio*, vel *dæmoniaca alienatio, obſeſſiove mentis; Epilepſia.* Dolorum hæc ſignificatio à corruptione potiùs, quàm funibus ortum habere videtur. Vnde qui *Pſal.* 18. 5. dicuntur חבלי מות *dolores mortis,* 2. *Sam.* 23. משברי מות *contritiones mortis* appellantur. 2. חבל Syr. & Arab. *prægnans fuit,* concepit fæmina. Unde חבלי *prægnans fæmina,* quælibet quę habet ungues. Idé ſignificatus occurrit apud Heb. Cõjug. Pihel *Cantic.* 8. 5. Pſal. 7. 15. 3. Arab. *Reti capere, retia tendere.* Vnde חבל Heb. Arab. *Funis, chorda, vinculum;* à qua notione Hebræi malum חבל nuncupant, & חובל *nauclerum.* Vbi tamen notandum, prioris ſignificatus radicem habere ח punctatum,

 ctatum,

Digitized by Google

nuior, *funiculus*. 2. *Circumdare*, *circumcingere* Arab. & Chald. Ez. 4. v. 12. Sed ſic ח apicem amittit.

חול præter alia ſignificat *vi pollere*, *validum eſſe*. Vnde Heb. & Arab. חיל vel חול *potentia*, *vis*, *inſidiæ*. Huic radici vocem חיל etiam *Schindlerus* ſubjicit.

חכלילי vulgò *rubicundus*. A verbo חכלל quod Arab. in multis cum שכל convenit. Utrumque notat *res turbata fuit*. Illud nomen ex ſe gignit אשכל *quod albedinem notat rubedini permiſtam*; quam notionem & hoc habere videtur. Conjecturæ hujus ratio eſt, quod duarum radicalium communio, ipſius ſæpe ſignificationis communionem efficit.

חרר Chald. Syr. Arab. *Liber, non ſervus fuit*: Arab. *nobili ſtirpe natus & ingenuus fuit*. Vnde חר Arab. γνήσιος, *ingenuis natus parentibus*. Plur. Heb. חירים for. אבים, retento tamen cholem vocali longa, quia Dages ſequens reſpuit litera ר *Nobiles, Illuſtres*. Hinc בן חרים *Filius Nobilium*, *patricius*, *liber*; *mancipio*, cujusmodi inter judæos multi erant; oppoſitus.

Proverb 26.10. legimus: רב מחולל כל Jun. *plurimum dolore afficit omnes*. LXX. πολλὰ χειμάζεται πᾶσα σὰρξ ἀφρόνων. *vanas tempeſtates ſubit omnis caro*. Alii, *Dominus*, *adminiſtrator*, *tyrannus omnibus eſt moleſtus*. Habet verbum חול Arab. ſignificationem *mutandi*, *pervertendi* cum apice ח *adminiſtrandi*. Utraque ſignificatio aliquid lucis loco perplexo afferre videtur. Prior hunc dabit ſenſum: *ſtultus*, *ſi dominus evaſerit*, *omnia immutat ordinem invertit*, *adeò ut ſtolido etiam mercedem det*, & *tranſgreſſoribus*. Poſteriori, *ſtultus ubi dominium fuerit conſecutus*, *pro libidine omnia adminiſtrat*, præmium ſive mercedem improbis etiam largiendo.

Eſaiæ

Digitized by Google

Eſaiæ 48. v. 9. ותהלתי אחטם לך Jun. Laudem meam obſignatam aſſervabo tibi. LXX. τὰ ἔνδοξά μου ἐπάξω ἐπὶ σὲ. Rabbi Sol. jarch; *Nares meas obſtruam vel obthurabo tibi*, ne ſcil. egrediatur fumus iræ meæ. Exiſtimo eſſe Metaphoram à camelis vel equis deſumtam, quibus vel περιςόμιον, vel annulus injectus moram affert: quam ſignificationem verbi חטם nobis ſuppeditat Lingua Arabica, eamque uſitatiſſimè. Ut ſenſus ſit: *Ego quaſi capiſtratus impediam furorem, vel iram, ne erumpens te perimat*. Hunc ſenſum confirmat Phraſis Synonyma אאריך אפי *prolongabo iram meam*.

A verbo חוה deducunt nomen חות *villæ*; *Num*. 32. 41. *Deut*. 3. 24. q. d. collectio aliquot domuum ſimul viventium ſeu commorantium. Collectionis notio, non diſplicet; ita vero commodius derivamus ab חוי *collegit, congregavit*. Unde Arab. אחויה *Complures domus ex lana vel pilis caprinis inter ſe propinquæ, Arabib. campeſtribus uſitatæ*. Unde veriſimile eſt, neque vicinis Cananæis præſertim in Baſanitide regione, ignotas fuiſſe. Grãmatica certè Analogia ægrè à חיה format, חוה

Job. 6. 6. An eſt ſapor בריר חלמות LXX. ἐν ῥήμασι κενοῖς, *quaſi in contentione ſomni*. Alii melius; in *albumine vitelli*. Quid ſi *in ſpuma lactis?* Eſt enim חאלוכה Arab. *Lac coactum, preſſo ſimile*.

חמת *uterem*, *lagenam* transferunt. Cui verſioni patrocinantur Arabes, quibus חמית eſt *uter crine carens*, ſpecialiter, quo butyrum condi, aut mel, defrutumve ſolet; vel uter ſapâ imbutus majoris conſiſtentiæ ergo.

חנך Eſt I. *habena, maximè in mento, coercuit equum*. 2. *Manſo dactylo, melle, aliáve refricuit infantem in palato*,

lato, *ut percepta titillatione vel dulcedine appetentior ſugeret*. Vnde Heb. חך *palatum*. Arab. חנך Idem, & pars illi ſub mento reſpondens. Excidit autem נ, & compenſatur per Dageſch, ut in אפו, *ira ejus*; כתו *filia ejus*.

חיק Arab. *cinxit*, *circumdedit*. Vnde Heb. חיק *ſinus*.

חלב Arab. *Mulſit lac*. Vnde חלב Heb. Arab. *Mulſio: lac mulctum & recens*, dulce: acidum ferè dicitur לבן

חלד *Perennavit*; *ſempiternus fuit*. Vnde חלד Arab. *æternitas*, Heb. γῆ οἰκουμένη planè ut עולם, tum pro æternitate ſumitur, tum etiam pro orbe habitabili, mundo. Apud Rabbinos mentio fit שלש עולמות *Trium Mundorum*. 1. עולם השפל הוא זה עולם *Mundi inferioris*, nempe ארץ *terræ*. 2. עולם התיכון הוא עולם הגלגלים *Mundi medii*, *ſive ſphærarum*. עולם העליון הוא עולם המלאכים *Mundi ſuperioris*, *qui eſt Mundus Angelorum*. II. *Vegeta*, *viridique ſenecta fuit*. Unde חלד *Senecta*, *Viror*: quo ſenſu accepiſſe videntur LXX. quando verterunt ὑπόστασιν.

חלל Præter alia Arab. etiam eſt *licere*, *licitum eſſe*. Unde חל Heb. חול *res licita*, quam profanam, oppoſitam ſacræ, aliâs vocant. Unde 1. *Sam*. 21.4. לחם חול *panis licitus*. Ab eodem verbo deducunt nomen חלות *placentæ*, *collyræ*. Quid ſi aſſignemus radicem חלה *ſuavis*, *dulcis fuit*. Unde Arab. חלאוה *dulcedo*, & חלו *dulcis* opp. τῷ מר amarus.

חלה Heb. I. eſt ægrotare. II. Arab. ornare mulierem monilibus. Vnde Heb. Arab. חלי & חליה mundus, ornatus muliebris.

חָלַט Excidit, ſubitò & præcisè aliquid egit, includit feſtinationem, ut cum aliquid feſtinando abrumpitur & præciditur, inquit Clariſſ. Buxt.

Digitized by Google

Unde 1. Reg. 20. 33. Chald. vertit הטפוהא rapuerunt illud. LXX. *ϗ ἀνελέξαντο τὸν λόγον ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ.* Cùm audiviſſent ex Achab, vivit adhuc frater meus? rapuerunt hoc reſponſum ex ore ipſius, & ſtatim dixerunt, Frater tuus, cùm antea, ſervus tuus dixiſſent. Vocis elegantiſſimæ, ſed nonnihil obſcuræ Emphaſin ſola confirmat Lingua Arabica, qua חלט præter cætera, eſt, citus & feſtinus fuit in aliqua re, quem ſenſum & præcedens verbum וימהרו defendit.

חמה vel חמו *Spiſſum & velut durum fuit lac.* Unde Heb. חמאה *butyrum.*

חמה Arab. *Præſidio tuitus fuit, cuſtodivit contra malum.* Unde חומה *murus* Heb. quaſi præſidium, חמאיה Arabibus dictum.

חמר Arab. Conjug. 2. eſt *aſini nomine appellare.* Unde חמור *Aſinus* Heb.

חמש Arab. Heb. Pihel חמש *quintare opes populi; quintam nempe accipere partem.* Sic Heb. *Gen.* 41. 34. וחמש את ארץ *quintabit terram*, quintam proventuum partem accipiet.

חנק Arab. *ſtrangulavit.* Quo ſignificatu Hebræis demum in Conjug. Pihel uſitatum eſt.

חרז Arab. *Subulâ perforatam conſuere ocream, calceum. 2. Rem perforatam filo indere.* Germ. Anreihen. Hinc חרוזים *Torques, monile.* Cantic. 1. 10. Sing. חרז *conchæ, margaritæ genus.* Fœm. חרזה plur. חרזאת unde חרזאת אלמלך *Margaritæ ſeu gemmæ coronæ regiæ, cui quovis anni regno una apponi ſolet.* חרזי Qui *conchulas, ſimilesve res vendit.*

חצר Arab. *Viruit arvum.* Vnde חציר *virens gramen.* Synecd. *Fænum, porrum.* 2. Abſque puncto in צ & ח eſt

arctè

Digitized by Google

arctè circumdare. Hinc חצר Heb. *atrium.* Arab. *ſepimentum, munimentum, caſtellum.*

חרא vel חרי Arab. eſt *depoſuit alvum.* Vnde חר *merda,* & מחראָה *Latrina.* Utriuſque uſus occurrit in contextu ſacro. vide *Buxt. Lex.* Porrò vocabulo חרים propriiſſimè etiam Hebræis appellantur *poſteriora,* ſive *Foramen ani* (videntur tamen hæ duæ radices חור & הרא eſſe diverſæ) & Metonymicè *excrementa poſteriorum, tam hominum, quàm animalium* (Arabes tamen de ſtercore tantùm humano ſumunt.) Unde hac ſignificatione in illorum auribus pronunciata obſcænum ſemper habitum eſt. Maſorethæ ergo ſubſtituerunt pro eò alias magis honeſtas, ut putant, voces legendas, quarum vocales ipſi ſubjecerunt , ut חראיהֶם *ſtercora ſua* (obſcæna ſcil. appellatione) Jeſ. 36. 12. quod juxta vocales legendum per conſonas alias צוֹאָתָם *Egeſta, ejecta ſua* , ut in margine à Maſorethis notatum eſt , juxta conſonas autem legeretur הֹרָאֵיהֶם vel potius חֹרֵיהֶם ut R. *Solomon* legit, & ſapientes Talmudici priſci. Sic לְמַחֲרָאוֹת in *latrinas, excrementi domos vel loca* (obſcæna appellatione) 2. Reg. 10. 27. legendum לְמוֹצָאוֹת ejectionis , vel *egeſtionis loca , magis verecundè: juxta conſonas autem legeretur* לְמַחֲרוֹת Rectè. Talmudici quidem & alii Rabbini legunt לְמחרות quaſi Aleph eſſet adventitium, vel irrepſerit ex vocibus vicariis. Verùm radicale eſſe patet ex Lingua Arabica , ubi הרא Eliph tertiam radicalem habet hamzatum. Denique pro חרְיוֹנִים 2. *Reg.* 6. 25. legendum ſubſtituerunt דביונים q. d. *fluxum columbarum.* Certum eſt, Orientalibus penè omnibus, imò & cæteris

nationibus, uſitatum eſſe, obſcænam nomenclaturam convertere in εὐφημίαν. Ita Arabes locum ſecretum appellant בית אלמא *Domum aquæ*, quæ ibi ad manum ad mundandum corpus. Eodem ſenſu dicitur בית אלפראג Item חש *locus circa hortum*, quales latrinæ eſſe ſolent. מכרג *Locus egreſſus*, ſeu egeſtionis. כלא *Locus ſeceſſus*: מסתראח *Locus quietis* honeſtè: etiam latrina חוצו vocatur, quod nomen, uti & Latinum *latrina*, à lavando dictum eſt. Hæc ἐν παρόδῳ.

חרב ſignificat 1. Heb. *ſiccari, exiccari*. 2. Heb. Arab. *vaſtari*. Ita verò Arabes habent ח punctatum. 3. *Acuere gladium, bellum gerere*, Arab. Hinc חרב Heb. *gladius*; *culter*, *cœlum*, *malleus*, *rutrum*. Arab. *Haſta brevis, geſum*. A quo Hiſpani ſuum habent *Alabarda*; & Germ. Helleparten.

הרג *Horrere*, *tremere*. Sic vertunt locum *Pſal*. 18. 46. quem ſignificatu *exeundi*, ab Arabibus mutuato, alibi reddidimus: *Et egreſſi ſunt de clauſtris ſuis*. Favet nobis Chaldæus; *Migrabunt de palatiis ſuis*. Neque conſtructio ab illa translatione abhorret. Quia verò חרג Chaldęis uſitatum ſatis eſt contremiſcendi notione: unde & חרגא *timor*: Arabicè etiã ſit, *anguſtiâ pectoris premi*, & ſimilis occurrat phraſis *Mich*. 7. 17. ירגזו ממסגרותיהם *movebuntur ex clauſtris ſuis*; ſignificationem alteram retinere nihil impediet.

חרגל *Locuſtæ* ſpecies, *cantharum* quidam volunt. Retinent vocem Chaldæi etiam, & Arabes, quibus חרגואן *eſt locuſtæ genus impenne*, ἀσίρακος Dioſc. 11. 17. & הרגל eſt collectivum, *agmen locuſtarum*. R. חרגל *Longus fuit*.

De voce חרטמים ejuſque Etymologia egimus in *Theſ.*

*Theſ.Phil.*p.57.Necdum ejus nos pœnitet operæ. Quòd ſi tamen quis velit, vocis illius genuinam ſignificationem latere in חרטום Arabico, *Caput, Princeps populi*, cujuſmodi Magi eſſe ſolebant, non vehementer repugno. Aben Eſra agnoſcit vel Aramæam vel Ægyptiacam vocem.

חרום *Levit.*21.18. Quidam vertunt *Simum*, cujus naſus eſt inter duos oculos depreſſus. Alii, qui *habet naſum aliis diſſimilem*. Aben Eſra, *qui habet ſuperflua membra, aut unum altero majus*. Generale nomen eſſe puto, quo membrorum deformitas denotatur, præſertim in facie. Reſpondet, dubio procul, proximè, voci Arabicæ אחרם qui *fiſſum habet labium*; *Imbricem narium, vel ſectum naſi mucronem*; *vel etiam perforatam aurem*. Radix eſt חרם cum apice, *reſecuit, ſuccidit, fidit iſthmum narium*; *perforata fuit aure*.

חרט Arab. *Longum ac teres efformavit ferrum*. Hinc nomen חרט *ferrum ejusmodi, ſtylus*. Plur. חריטים *loculos* nonnunquam notat, planè ut Arab. חריטה quo *loculus* ex corio aliáve re exprimitur. Et *Eſ.* 3. 22. חריטים per *aciaria*, ornamenta muliebria, cui acus & aciculæ includuntur, explicant; q.d. rem *tornatam, torno elaboratam* (hoc enim vult verbum חרט) cujuſmodi acicularia eſſe ſolent.

חרש Heb. 1. *Arare*. 2. *Silere*. 3. Arab. *Mutum* eſſe. Hinc nomen חרש *mutus*.

חשף Heb. 1. *Nudare, revelare*. 2. *Haurire, ex haurire aquas*. Cui ſignificationi affinis eſt altera illa, quâ Arabibus eſt *fodit puteum in petra, erumpente perenni aquæ ſcaturigine*. 3. Arab. *diminutus fuit, defecit peculiar. Vilis & macer fuit*. Unde 1.*Reg*.20.27. חשיפי עזים tenus, *parvi, macilenti greges caprarum*.

Digitized by Google

חשר Arab. *congregavit*. Vnde Heb. חַשְׁרָה *colligatio, congregatio*. חשרת מים *colligatio aquarũ*, 2. Sam. 22. 12.

חשש Arab. *Reſecuit herbam vel fœnum*; Herba ſiccata ſeu fœno pavit equum. Unde חשיש *Herba, pec. ſiccior, pabulum ſiccum, fœnum*, oppoſitum רטב ꞵ, quo planè ſenſu ſumitur Heb. חשש *Jeſ.* 5. 24. & 33. 11.

Notant Lexicographi, verbum חרף ſemel tantùm habere notionem *hybernandi*, Jeſ. 18. 6. At Arab. uſitatiſſimè ſignificat *decerpere, colligere fructus de arbore tempore autumnali; pluviâ autumnali obrutus fuit*. Unde חרפה *fructus autumnalis*. & חריף *autumnus, pluvia autumnalis, folium arboris deciduum*. Ut חרף Hebræorum propriè ſit id tempus anni, quo ſævitia & injuria frigoris, herbæ, flores, gramina, arbores, campi &c. quæ æſtatis tempore florebant, corrupta ſint & decidua, ut monet ex Pagnino Kircherus in Cõcordantiis. Habet & aliud ſubſidium ex lingua Arabica verbum חרף, de quo Majm. *More Hannev.* l. 1. c. 39 Job. 27. 6. *Non* יחרף לבבי *omnibus diebus meis*, h. e. non declinabit conſilium meum: ſic enim verſus ille incipit: *Juſtitiam meam fortificabo; nec deſeram eam*. De ſenſu autem iſto vocis יחרף eſt, meo judicio, & illud, *ancilla* נחרפת לאיש h. e, *quæ viro appropriata, deſponſata eſt*, Lev. 19. 26. Sic in Lingua Arabica vox ſimilis eſt כנחרפה quæ ſignificat eum, quià ſervitute declinat, & tranſit ad matrimoniũ.

2. *Sam.* 5. 24. *Cũm audieris ſtrepitũ inceſsus ſummitatibus mororũ*, tunc תחרץ *fortis, ſtrenuus, agilis eſto*. Non malè *Schindl.* Arabicam hic ſignificationem urget, quæ loco convenientiſſima, eſt, *avidè cupivit, aviditate & ſtudio impulſus fuit*. Hinc חריץ *ſedulus, ſtrenuus*; Proverb. 10. 4. quo ſenſu חריץ Arabibus receptiſſimum eſt.

Pſal. 68. v. 32. *Magnates* (alii enim planéque diverſi hi videntur ab Haſmonæis, de quibus *Theſaur. Philolog.* p. 529.

Digitized by Google

p. 529. quos ab abavo חשמון Haſmonæo derivatos vult *Schind.* in Lex.) notari, fere extra controverſiæ aleam poſitum eſt. Rationem tamen reddere rogati critici, in varia abeunt. *Certum eſt*, inquit *Clariſſ. L'Emp.* in Midd. p. 26. *multas linguæ Hebrææ radices in deſuetudinem veniſſe, quarum nihilominus veſtigia in cognatis ac derivatis ab iſta linguis videre licet. Hac ratione in lingua Arabica verbum* חשה *ſignificatu Hebræis ignoto etiamnum in uſu eſſe liquet è Pſal. 67. v. 6. ubi* חשי reverendi & timendi *ſignificatu uſurpatur: deinde à* כמונים מנה præfectus *formari conſtat*. Sed quid ſi ſimplicius dicamus חשמן eſſe forma עתמאן à verbo חשם quod ſignificat, *mnlti famulitii fuit*, *multos habuit aſſeclas*; unde חשים vir *magni multique ſatellitij*, & חשחה Infinitivus nomina ſcens, *magni famulitii dominum eſſe*, quod eo eſt facilius admittendum, quod Ægypto & Æthiopiæ, de quibus ſermo eſt, famulitii pompa maximè conveniat.

יחמור *Deut.* 14. 5. aliis eſt *Dama*; aliis *bubalus*. Kimchio *animal ſimile capræ magnæ*. Arabes definiunt *animal bicorne in Sylvis degens, haud diſſimile cervo*; Gieuhari vult eſſe *onagrum ſive aſinum ſylveſtrem*.

ט

טבע Heb. 1. *immergi*. 2. Arab. *ſignavit*, *obſignavit impreſſo ſigillo*, *ſigillum impreſſit Epiſtolæ*. Vnde טבעת Heb. Arab. טאבע *annulus ſignatorius*, *aut quodvis inſtrumentum*, quo nota vel ſigillum imprimitur.

טָוָה verbo , quod rariùs in contextu ſacro habetur, *nendi* ſignificatio tribuitur. Eam confirmat Lingua Arabica, quæ primum hujus uerbi ſignificatum agnoſcit, *complicandi*, *in ſe convolvendi*.

טות Arabibus æquè ac Chaldæis denotare *jejunum*, incœnatum, obſervat Aben Eſra.

טאף *Circumdedit*. Hinc טוטפות *frontalia*, φυλακτή-

ρια,

εια, quæ hodierni Judæi תפלין appellant. Sic autem dicuntur, quòd frontem & manum ſiniſtram circumeant.

טאן *Luto illevit tectum*; *luto obſignavit Epiſtolam.* Hinc טין Chald. *lutum.*

טלה Arab. طلي *illinere, oblinere, inungere.* Hinc Heb. טלוא *maculoſum*, q.d. *illitum, inunctum*, *punctis perſperſum.* Sed طلي eſt *pede uno alligavit ad palum & detinuit agnum.* hinc Heb. טלה *agnus.* Arab. טלא *pullus dorcadis*, *recens natus, fætus, cujuſcunque generis.*

טלל Arab. *Tegere.* Heb. Pih. Idem. 2. Ar. *Leviter terram humectavit ros.* Vnde طل *Tenuis pluvia, ros.* Diſtinctis tamen proponunt duas illas ſignificationes, formis. *Tegendi* enim ſignificatus habet ط apice notatum.

Verbum טפח cum derivatis ſuis commodiſſimos, ſignificatu palmæ, *palmare*, fundit ſenſus. Collatio tamen cum Arabica inſtituta lingua, aliquid fortè obſcurioribus quibuſdam locis, afferet lucis. *Thren.* 2. 22. אשר טפחתי רביתי *vulgò*; *quos palmis explanavi vel geſtavi.* LXX. ἐπεκράτησα. Quid ſi; quos *genui?* טפח enim Arabium eſt *plenum integrumque parere fœtum.* Eundē in ſenſum locus *Jeſ.* 48. 13. וימיני טפחה שמים *& dextera mea palmavit cælos*; verti poteſt, *formavit*, q.d. *genuit* חוללה quo verbo in hac materia Synonymo utitur David *Pſal.* 90. 2. Antequam montes eſſent nati ותחולל הארץ *Et formaſſes terram.* Sic *Thren.* 2. v. 20. עוללי טפחים quidam *parvuli educationum:* LXX. θηλάζοντες μαστὺς, ſignificatione petita à טפח *replevit*, ita ut liquor effluxerit, quod de turgentibus mammis dici poteſt. Alias טפח eſt etiam abundare liberis; ut ſenſus eſſet, parvuli τῶν πολυτέκνων.

Job. 37. v. 11. legimus יטריח עב *Laborare facit denſam*

ſam nubem i.e. *urget, fatigat illam.* Sed ſimpliciùs, meo judicio, & contextui convenientiùs, *diſpellit, projicit, disjicit* ſerenitas nubem atram : quod Arabica nobis ſuppeditat lingua.

טרי *Recens fuit,* Arab. Hinc Heb. טרי *recens, conditus aromatibus.* Opponitur τῷ באית, *heſternus cibus panis &c. ex heſterno die reliquus.*

יאס Arab. *deſperavit.* Niph. Hebr. נואש Idem.

ידי *Manum læſit , manu truncavit ; perditam & aridam habuit manum.* Vnde יד manus, & quæ ei ſunt ſimilia.

יום Arab. *Per diem extitit.* Hinc nomen יום *dies.*

ים Paſſ. Arab. *In mare projectus fuit ;* Hinc Heb. ים *mare,* pecul. *cujus nullum conſpicitur littus,* Arab.

ימן *In dextro corporis latere collocavit mortuum* in ſepulchro; à dextra acceſſit eum. Hiph. Heb. dexteram petere. Hinc יָמִין dextera.

וער *Locus difficilis, ſalebroſus fuit.* Hinc וער Heb. יער *Locus aſper & difficilis, Sylva.*

וצע Arab. poſuit. Heb. הציע *ſtravit, ſtratum poſuit.*

ותר Arab. *Firmiter adegit palum.* Vnde ותר Heb. יָתֵד *palus, paxillus, clavus ligneus* Arab. qui in terra, pariete pangitur.

יתם *orphanus fuit.* Et in hominibus quidem *orbum patre;* In brutis *orbatum matre notat.*

יָתַר 1. *Reliquus fuit,* Chal. Syr. Hiph. Heb. הותיר reliquit. 2. Arab. Conj. 2. *Nervum intendit.* Hinc יֶתֶר Arab. ותר chorda.

כ

כבל Arab. *Compedibus conſtrinxit captivum. Vin-*

 ctum

ſtum ac in carcere detinuit. Hinc Heb. כבל *compes*. Peculiariter *magna & craſſa*, Arab.

כבר. *Magnus, corpulentus, provectæ ætatis fuit*. Hiph. הכביר *multiplicavit*. Heb.

כהן Arab. *hariolum egit*. Heb. Pihel, *ſacerdotio functus fuit*.

כוי *Cutem uſſit cauterio*. Arab. Heb. Niph. uri, *aduri*. Vnde Heb. Arab. כי *uſtio, uſtio cauterio facta: ſtigma inuſtum*. כּוָה *Feneſtra*, ſcil. foramen vel rima, per quæ lucem recipit domus.

כאח *pugnando vicit* Arab. Hinc כוח Heb. *vires, virtus*.

כוכב *ſtellavit, micuit fulſitque ferrum* Arab. Vnde כּוכב *ſtella*; Heb. *res quævis micans, & ferè rotunda*, Arab.

כלב *Rabioſus fuit canis, rabie canina correptus fuit homo*. Arab. Hinc כלב canis.

כלה *Abſolvit*. Heb. 2. Arab. *contigit, læſitve renes, renibus doluit, affectus fuit*. Unde כליה & כלוה *ren*, Arab. Plur. Heb. כליות *renes*.

כלח. Arab. *Auſtero fuit vultu*. Hinc כלח quod ſenium vulgò vertunt *Job*. 30. 2. ubi tamen (niſi Metonymiam admittas) ſignificatio Arabica כלחה *rictus* ex præcedentium collatione commodior videtur. Tum verò & verbum אבר quo cum conſtruitur, ex Arabica potius quàm Hebraica ſignificatione explicandum, ἐπιμονὴν notabit. At c. 5. v. 26. *ſterilitatis* notionem, quæ & ipſa Arabica eſt, potius quàm aliam quamcunque circumſtantiæ flagitare videntur.

De ſignificatione & Origine vocis יקהת egimus alibi. כָּמַה *deſiderandi* ſignificationem habere *Pſal*. 63. 2. fere ἀνθαγώνιον eſt; vix tamen primariò & propriè, ſed per Metaphoram. Unde *Iarchius areſcere* exponit. Quid

ſi, ex

Digitized by Google

ſi, ex Arabiſmo, ſit, *caro mea tui deſiderio alterata fuit & debilitata?*

כמון *Cymnium* reddunt *Ieſ.* 20. 27. quæ ſignificatio vocis, aliàs rariſſimæ, frequentatur apud Arabes. Vnde כמון חלו *Aniſum*: כמוני *pertinens ad Cuminum*; *cuminatus*.

כנף *Cinxit, cuſtodivit*, Arab. quo ſenſu venire videtur apud Hebræos *Jeſ.* 30. 20. לא יכנף *Non cuſtodietur Doctor tuus*. Vnde כנף Heb. Arab. *Latus, ora rei, ala avis, & protectio.*

כסח notare *ſucciſionem, exciſionem*, conſtans Lexicographorum eſt ſententia: quibus Chaldaiſmus favet & Rabbiniſmus, utrobique enim hæc ſignificatio nota eſt. Quòd verò LXX. reddunt *ῥίπτειν, ἀνασκάπτειν*; nomen verò כסוחה *κοπρίας*, illud Arabicæ ſignificationi eſt acceptum ferendum. Arabibus enim כסח eſt *verrit domum; & ventus pulvere detracto terram*: כסאחה *purgamentum, quod everrendo ejicitur.*

Habac. 2. 11. וכפים מעץ *Aliis laqueare eſt*, aliis *vermis*; Kimchio *fruſtum*: Aliis *lapis*. Aben Eſræ *locus durior in trabe*, qui vocatur Nodus. Sic Arab. כפס quod in Conjug. 7. habet אנכפס *contortus fuit*, Aben Eſræ ſententiam confirmabit.

Verbum כפר ex ſe quædam gignit derivata, quorum uſus rarior harmoniâ Linguæ Arabicæ ſtabilitur, quale eſt כפר *vicus, pagus*. Vnde Arab. כפרא כפרא *vicatim, de pago in pagum*. Ita כפר *pix*, quâ picantur naves Arabum non minùs eſt, quàm hebræorum.

כרכם *Cantic.* 4. 14. occurrit, quod *crocum* vertunt: Arab. certè כרכם non modò *crocum* notat, ſed & peculiariter *radicem flavam*, *quæ colore croceo tingit*. Cur malit *Kircher.* in Concordantiis ultimam literam eſſe ס

Digitized by Google

non ם, vix aſſequor, niſi terminationis ipſi hanc extorſerit conjecturam harmonia.

כתף Arab. *Percuſſit ſcapulas; ſcapulis ſuccuſſis inceſſit; latioribus ſcapulis prædıtus fuit*. Hinc Heb. Arab. כתף *ſcapula, omoplata*. 2. כתפה Heb. כתאף Idem.

ל

לאך unde Conjug. 5. אלאך *miſit*. Hinc מלאך Heb. Arab. *Angelus*, Æthiopum tamen radix certïor eſt, ob infrequentem verbi hujus in lingua Arabica uſum.

Cantic. 4. 9. לבבתני LXX. ἐκκαρδίωσας. Aben Eſra, *Rapuiſti animum meum*. R. Sol. Jarch. *Traxiſti animum meum*. Talmudici priſci, *Copulaſti cor meum cum tuo*: Unde לבלובין *copulæ*, quïbus duo copulantur animalia. Verbum certè לבב peculiariter Arab. notat *veſte in pectore & circa jugulum apprehenſa traxit eum*; quod vel ad confirmationem poſtremæ ſententiæ, vel novæ Metaphoræ uſum non parùm facit.

לבן 1. *Albus fuit*; fortè inſtar *lactis*. Vnde prima ſignificatio Arabum eſt, *propinavit lac, lacte abundavit*. Prout באץ ſignificat album eſſe inſtar teſtæ ovi. 2. Pih. Arab. *Lateres è luto formare & coquere*. Hinc Heb. Arab. לבנה *Later effictus è luto quadratâ formâ*.

להב *Arſit, flammam extulit*. Unde להב Heb. Arab. *flamma*.

Ita quod *R. Sol. Iarch*. ילבט *Prov*. 10. v. 8. 10. reddit *corruet*, Arabicæ linguæ acceptum ferimus, quá לבט בה eſt, *concidit cum erectus ſtaret, & proſtratus fuit*. Sed & qui *conturbandi* ſignificatum malunt, Arabum ſuffragium polliceri ſibi poſſunt. Eſt enim תלבט *attonitus fuit*.

להג Arab. *Avidus, deditus, addictus fuit rei*. Unde להג Heb. *ſtudium*, μελέτη, ut LXX. vertunt *Eccleſ*. 12. 12.

לאב *Sitivit:* unde Arab. לאבה *Locus lapidoſus*, pecul. lapidibus nigris conſtans. Heb. תלאובות *ſiccitates*, Hoſ. 13. 5.

לָוָה Heb. 1. *Mutuare.* 2. *Plicare, flectere.* Unde *Proverb.* 1. 9. לוית חן LXX. reddunt ϛέφανον χαρίτων. Hinc etiam ליה *plicatura*, plur. לית *opus plicatile, variè inter ſe tortum & inflexum*; Laubwerck/ 1. Reg. 7. 29. 2. Conjug. 3. Arab. *Torſit & inflexit ſe ſerpens, & obvolvit ſe homini.* Unde Arab. לוא *Flexus & ſpira ſerpentis.* לויתן Heb. *Draco, Leviathan.*

Gen. 30. v. 37. לוז *corylum* plerique reddunt LXX. καρυΐνην *nuceum*. Arabibus uſitatiſſimè *amygdalum* notat. Unde מלאוה *Terra amygdalis abundans.*

לוט Semel tantùm atque iterum in contextu Hebraico *obtegendi* ſignificatu occurrit, Arab. frequentiſſimè.

לחי Conjug. 8. Arab. *Barbatus evaſit juvenis.* Hinc Heb. Arab. לחי *Maxilla, mandibula,* unde enaſcitur barba. לחיה Arab. *Barbatum mento, tum genis increſcens.*

לָחַם Heb. 1. *Pugnare.* 2. In genere *veſci.* 3. Arab. *cibavit carne, carnem vendidit, & appetivit.* Unde לחם Arab. & Heb. לחום *caro.* Ita LXX. verterunt *Soph.* 1. v. 19. ubi & Rabbini, *Eſræ & Iarchius* tradunt *Arabes carnem* אללחם *vocare.* Sic ſumi volunt *Num* 28. v. 2. *Job.* 6. v. 7.

ליל Conjug. 4. אליל Arab. *Noctem ingreſſus fuit.* Unde Heb. Arab. ליל *Nox*, & νυχθήμερον.

לעב Arab. *Luſit.* Hiph. Heb. *ſubſannavit.*

לעז Arab. *Immutavit, & à modo ſuo diſtorſit aliquid*, peculiar. de *ſermone.* Vnde עם לעז *Populus Barbarus* *Pſal.* 114. 1. qui involuta loquitur & δυσνόητα. Hinc לעז

 Arab.

Arab. quod involutam & occultam habet ſignificationem; ænigma.

Verbum לפת ter tantùm in contextu ſacro occurrit *Judic*.16.30. ubi apprehendendi notio commodiſſima. *Ruth*. 3. *v*. 8. ויחרד האיש וילפת ut *contremiſceret vir ille, & huc atque illuc ſe verteret*. Ita *Iun*. & *Aben Eſra*. Sed quia particula הנה immediatè cum præcedenti לפת ut alibi cum ראה conjungitur, *inſpiciendi, aſpiciendi* ſignificatio magis placet, planiſſimo ſenſu: *Fuit autem ipſa media nocte, ut contremiſceret vir ille, & reſpiceret, & ecce mulier cubabat ad ſtragulas*. Chald. אתרכיך בשריה כלפתא *Mollita eſt caro ejus, inſtar rapæ*: quam etiam Talmudici explicationem habent, itidem obſervata ſignificatione Arabica vocis Arabicæ לפת *rapum*; unde לפתיה *ex rapis paratus cibus*. Tertius locus eſt *Job*.6.18. ילפתו ארחות דרכם *Huc illuc avertuntur à ſemitis ſuis*. Quid ſi: *Torquentur, inflectuntur ſemitæ eorum*, Metaphora in ſacris literis ſatis uſitata; vide *Pſal*.35.v.6.

לשן Arab. *Lingua vicit, linguam prehendit, lingua proſcidit*; & media Keſrata, *linguâ diſertus fuit*. Pih. Heb. *linguâ læſit*. Vnde לשון Lingua.

ם

כאר Arab. *Recruduit vulnus; irritavit concepit ſimultatem contra aliquem*. Hiph. Heb. סלון מכאיר *ſpina vulnerans*: *Aben Eſ. dolore afficiens*; R. Sol. *Pungens*. Ita & lepra vocatur ממארת vel *recrudeſcens*, *vel dolorifica*.

מגר Arab. *Gloria & decore ſuperavit*; *pabulo virenti ſatiavit camelos*. Vnde Heb. מגר *Res pretioſa*. Arab. *Honor, gloria*.

מהר Heb: Arab. *Scripſit, conſtituitve dotem, ſicq; uxorem*

rem duxit. 2. *Acutus, ingenio ſolers fuit: ingenii acumine penetravit.* Arab. Hinc Heb. מָהִיר, Arab. מאהר *promtus, acutus, ingenioſus, ſolers.* 3. *Generaliter feſtinare.*

מָטַל *Cudit, cudendo extendit ferrum:* Arab. Vnde מְטִיל בַּרְזֶל *palus ferreus,* Job. 40. 13.

מטר *Pluit cælum, compluit* Arab. Niph. Heb. נמטר *complutus fuit.*

מאה Arab. *Aquam habuit conſpicuam, eaque ſcatuit puteus: Aquam intra ſe admiſit navis.* Vnde מים Heb. nomen pluralis numeri tantùm, *aqua.*

מכר 1. Eſt *vendere, tradere quaſi venditum.* 2. *Machinari, excogitare aliquid, doloſe agere.* Vnde LXX. bis vertunt μάτην πειράζεσθαι *fruſtra tentare.* Vnde מכר Arab. & Hebr. מכרה Geneſ. 49. v. 5. *dolus, fallax conventio.*

מלח Eſt 1. Heb. Arab. *Sale condire.* 2. *Salſuginoſis herbis,* pecul. aliis ab حمض, *pavit pecora.* Vnde מלוח Heb. מאלח & מלאח *ſalſuginoſa planta, ejuſque ſpecies.* 3. *Salſa fuit aqua.* Hinc מַלָּאח Heb. Arab. מַלָּח *Nauta,* marinus propriè à ſalo, vel ſalſa maris aqua, ſic dictus.

מלט Arab. *Induxit oblinendo lutum muro.* Hinc Heb. מֶלֶט Arab. מלאט *Lutum, cæmentumve* quo in ædificando lapidum ſtrues continentur; & lutum, quo oblinitur paries.

מנח Arab. *Donavit, munere, dono affecit.* Vnde Heb. מנחה *munus tam* prophanum, quod homini datur, quàm ſacrum, quod Deo offertur. Arab. pecul. *Portio lactis camelini, vel ovilli, quæ mulgenda permittitur alteri, ita ut poſtea pecus illud reſtituatur.*

כבן

מָצַץ *Heb*. 1. *Exprimere*. 2. Arab. *tenui ſorbitione bibit, ſuxit*. Unde Græci Jeſ. 66. 11. ἐκθηλάζειν reddunt.

Atque hæc ſunt, quæ ad illuſtrationem obſcuriorum vocum, phraſium &c. ex Arabica lingua afferri conſtitui. Non ſunt omnia ejuſdem vel ponderis, vel certitudinis. Alia quidem radicem clarè ſatis reſtituunt; alia affinitate tantùm, & conjecturæ, tantùm probabilitate, ad quam Interpretes ſæpe confugiunt, ſuffragantur. Alia vel latiori, vel ſtrictiori uſu diſtincta, probant, Matri Hebreæ quidem deberi, quod Arabia habet; Arabiam tamen depoſitum ſuum fideliter ſatis cuſtodiviſſe. In Arabicis malui authoritatem ſequi Magni Arabizantium Ducis. Celeb. D. *Golij*, quàm vel *Giggæi*, vel cujuſquam alterius, qui ex ipſis Arabum Lexicographis Emphaſin Arabiſmi expreſſerunt, idque propterea, ut, per quos, Lector, profeceris mecum, tibi conſtet. Si quæ paulò longiùs petita cui videantur, ζυγαφέας rationem aliunde expectet. Speramus enim, plura & certiora nos daturos in Lexico noſtro Biblico, ad quod, σὺν Θεῷ, paulatim nos accingemus.

CAPUT VIII.

De Uſu Linguarum Orientalium in Theologia Hiſtorica.

MAgnus ſemper in Eccleſia Dei Hiſtoriæ fuit uſus; Hiſtorico enim ſcribendi genere, ab ipſis penè Eccleſiæ Dei incunabulis, nullum vel uſitatius fuit, vel humano captui accommodatius, ex quo non perſonarum tantùm, & rerum geſtarum; ſed ipſorum etiam dogmatum hauriri poteſt notitia. Hoc ſtylo Prophetæ & Apoſtoli ſua plerumque poſteritati commendârunt monumenta. Idem ſcribendi filum ſecuti ſunt, qui eorum partes, etſi diſpari eventu, ſuſceperunt, iiſdemque, velut ſuccenturiati, ſucceſſerunt. Omnes, qui feliciter in hac palæſtra ſunt verſati, enarrare nihil attinet; id tenuiſſe ſatis ſit, non malè de Eccleſia mereri, qui hîc ſuas vires experiuntur, & vel aliquid tentant, quo Lux Hiſtorica accenſa quidem, ſed alimenti indiga, latius latiúſque pateſcat. Eadem nos hactenus occupavit cura in expoſitione Hiſtorica Novi Teſtamenti; plura, σὺν Θεῷ, daturi, ubi per otium licuerit. Hac tamen vice, ſaltu quaſi retrogrado, vetuſtiores conſulere, & in ipſas Eccleſiæ origines inquirere lubet, non quatenus promiſcuè traduntur à quarumvis nationum ſcriptoribus; ſed quatenus illæ propriæ ſunt Orienti, ſedi nativæ, & loco patiro. Oceanum ſulcamus, ſcio, quem, abſq; Scripturæ cynoſura emetiri aut transvadare nemo conabitur. Si enim Hiſtoriæ, vel cujuſcunq;, exacta debet eſſe notitia, quã hic παρὰ τὸ μέλος ᾄδειν, aut parutragædiare tutum non eſt? Ipſa vocis Etymologia ad carceres nos vocat. Hiſtoriam quidam derivant à nomine ἵστωρ, quod ῥηματικὸν ὄνομα ἀπὸ τοῦ εἴδω, γινώσκω; ut ita Hiſtoria non ſit opinio, ſed

noti-

notitia & ſcientia rerum quarumvis, præteritarum tamen maximè, uſitato ſynecdoches Tropo. Vnde & *Heſychius* omnis literaturæ Græcæ Antiſtes, ἵςορας vocat ἐμπείρους, μάρτυρας, ζυνέτους. Hinc, ex oppoſito, Cicero *pueros* vocat, qui, quæ ante facta ſunt, ignorant; & ſacerdoti Ægyptio ἀεὶ παῖδες dicuntur Græci, quòd nulla eorum in veterum monumentis mentio. Vnde etiam aptiſſimè Hebræis Hiſtoria אגדה dicitur, quaſi rerum præteritarum certiſſimus *nuntius*. Alii ἱςορίαν deducunt ἀπὸ τοῦ ἐφιςᾶσθαι τὰ ὁρώμενα quòd ſit demonſtratio per ea, quæ oculis ſunt uſurpata. Quæ etiam ratio eſt, cur *A.Gellius*, lib.8. Noctium Atticarum c.18. ſcripſerit, Verro Flaccio Hiſtoricum eſſe ſcriptorem, qui αὐτόπτης θεάματα ſua, non aliorum ἀκροάματα narret. Quoquo modo Hiſtoriæ vox ſumatur, certitudinem rerum, ſi non αὐτοψίαν, requirit, cujus fides contra quorumvis latratus defendi queat. Apparet hinc, quàm ſit difficile & lubricum, in ſacra Hiſtoria, præſertim V.T. quicquam, ἄτερ γραφῆς, notare. Sed neque neceſſe eſt: Adeò enim abundè דברי הימים *Annales* ſacri, ſive Eccleſiaſtici, non neceſſitati modò ſed & piæ ſatisfaciunt curioſitati, ut non opus ſit aliunde quicquam emendicare. Theologiæ Hiſtoricæ flumina largiter ſatis fluunt, neque traditionum feculenta requirunt ſtillicidia. Interea tamen, quia ſtudium Hiſtoricum, quale quidem in Scholis tractari ſolet, liberè quærit, ſolicitè obſervat, promiſcuè proponit aliorum etiã judicia vel κατηγορικῶς *aſſertivè*; vel ἱςορικῶς, *narrativè* tantùm, nemo vitio nobis vertet, ſi Orientalium, cùm de Linguarum iſtarum uſu ſermo nobis eſt, ſive certa, ſive incerta excutiamus monumenta. Neque verò metuendum eſt, nihil planè hinc ad nos redundaturum

Digitized by Google

emolumenti. *Primò* enim cõſtat, ipſam ſacram Scripturam, adeòq; omnem divinam Hiſtoriam aliter intelligi non poſſe, quàm Linguarum iſtarũ ſubſidio. Quis igitur vel ſacras etiam, & ἀναμφιλέκτως Canonicas tractet cum fructu Hiſtorias, abſque Orientis conſenſu? II. Quid deinde in ἀνασκευῇ, ſeu refutatioue falſi neceſſarium magis, quàm veteratorias hominum malè feriatorum artes ex illis convellere principiis, quæ Inſtitores illi lubenter admïttunt? Multa hactenus ſpecie & veri & antiqui irrepſerunt, quæ propius inſpecta natales ſuos vix ἀπὸ χθὲς καὶ πρόχθες defendere poſſunt. Inſolita nomina inſolita ſæpe dederunt dogmata. Veteres certè judæi & Chriſtianis, & Muhammedanis viam ſtraverunt ad abſurdiſſimas καινεργίας, quarum origines in profundo antiquarum traditionum barathro ſunt demerſæ. Ex Syria, Arabia, Judæa multa mutuavit Italia, quæ ſpecioſo verbi ἀγράφε nomine & colore ſunt venditata. III. Porrò in aſſertione veri, ritus nonnunquam, ceremoniæ, menſuræ, pondera, aliáque quibus ſine ſacræ Literæ intelligi perfectè non poſſunt, in Orientalium ſcriptis Hiſtoricis occurrunt, quę ſobriè ſumta & accommodata ſuperiorum ſeculorum incuriam, & literarum harum neglectum ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehendunt. IV. Inſuper negari non poteſt, veſtigia nonnunquam crui veteris Eccleſiæ Judaicæ, quæ nôſſe Theologi non parùm intereſt. V. Habemus tandem, id quod potiſſimum in hoc capite ſpecto, explicationes difficiliorum ſcripturæ locorum, ex mente Hebræorum & Arabũ, quæ καθ' ἀναλογίαν πίστεως examinata, vel recipi poſſunt, vel cũ Theologis noſtris, quod tamen ego hac vice (de materiali tantùm i. e. nuda Hiſtorica relatione ſolicitus) non ago, conferri,

vel

vel rejici. Nam quæ de Adamo, Eva, Habele, Schetho ſparſim alibi occurrunt, illa Hiſtorici Orientales conjunctim tradunt, ſubinde textibus vel parallelismo illuſtratis, vel ἐναντιοφανῶν conciliatis. Hæ, pluréſque aliæ rationes, animum nobis addiderunt, ut ad demonſtrandum uſum Linguarum Orientalium, Theologiam etiam Hiſtoricam proferremus in apricum; quod, Arabibus tantùm Christianis *Patricide*, Epiſcopo Alexandrino, *& Elmacino* Hiſtorico apud Orientales, celeberrimo, utroque hactenus (quam enim Erpenius ex Archipalatina dedit Elmacini Hiſtoriam, à Muhummedico illa Imperio facit initium) ἀνεκδότῳ; & Judæis, R. Gedalia, R. David Gans, qui utrique Canonicam Propheticæ Scripturæ agnoſcunt veritatem, in ſubſidium vocatis, breviter & Aphoriſticè præſtabimus. Sequemur autē potiſſimum ductum & Methodum Orientalibus Hiſtoricis uſitatam. Proſopographicè ferè procedunt, Patriarcharúmque Prophetarũ, Regum vitas ita deſcribunt, ut cætera etiam tam dogmatica, quàm Hiſtorica, Synchroniſmos præcipuè, interſpergant. Dabimus autem (ſalvo aliorum judicio) Veteris Teſtamenti Hiſtoriam, diverſis adminiſtrationis ſpeciebus, quarum prima *Oeconomica* eſt; ſecunda *Theocratica*; tertia *Monarchica*; quarta *Ariſtocratica*; diſtinctam. Quod ἐπιχείρησιν ratius noſtram ſubjecerimus; conſulto factum à nobis eſt. Neque enim hic, quid nos ſentiamus, ſed quid ſentiant alii, Lectori promittimus. De noſtra, aliorum item, Patrum, Scholaſticorum, recentiorum item Hiſtoricorum vel conſenſu, vel diſſenſu aliàs cogitabimus. Fabulas etiam aliquando & ridiculas Judæorum nænias referre nonnunquā Rabbinorum verbis licebit, noſtris ne qui-

 dem

dem placeret, quod ipſum tamen vel hunc habet uſum, ut in μύθους γραώδεις, à quibus nos Apoſtolus dehortatur, facilius penetremus: quanquam præcipitandum non ſit, & illud ſtatim ad fabulas relegandum, quod neque ætati, neque climati noſtro convenit.

SECTIO I.

De

STATU VETERIS TESTAMENTI OECONOMICO.

PRimum *Veteris Teſtamenti ſtatum* Oeconomicum *appellamus, quia Deo Eccleſiam ſuam & Rempublicam operâ patrum familias, qui proinde Patriarchæ* κατ' ἐξοχὴν *dicuntur, gubnerare voluit atque adminiſtrare*. Se extendit ab Adamo, ad exitum ex Ægypto per annos 3223. Hic verò ipſius Naturæ ordine agmen ducit

1. אדם *Adamus*, de quo Orientales agunt diſtinctè.

A. *De Creatione*.

1. Eam fuiſſe non inſtantaneam, ſed ſucceſſivam. *Pirke Eliez.* c. 11. *Duodecim ſunt horæ diei: Prima congeſſit pulverem hominis: ſecunda determinavit eum: tertiâ artificiosè efformavit; quarta inſperſit ei animam, quintâ conſtituit eum ſuper pedes: Sexta vocavit nomina; Septima in utere illi data fuit Eva: octava præcepta data ſunt de fructibus arboris: Nonâ aſcenderunt duo in lectum & quatuor deſcenderunt: decima introduxit eum in hortum Eden*

Digitized by Google

Eden, atque tranſgreſſus eſt præceptum: Vndecima judicatus ſeu ſententiam accepit ; duodecimâ expulſus fuit horto. Eadem habet author. *Schalſch.hakk*.p.6.6. Et in Midras Tehill.Pſal.92. 2. Hominem creatum eſſe διπρόσωπον, ſive bicorporeum. Quæſtio hæc pridem in Judæorum Scholis fuit agitata. Sitne Adamus formatus חדא יצירא uniformis, an biformis, ſive bicorporeus ? Vide *Lex.Tal.Buxt*. Rad. אדם Idē, noſtra ætate, monſtrū auſus eſt defendere *Menaſſe ben Iſrael*, Concil. in Geneſ. q.8. cui oppone *Hornbek*. cont.jud.l.4.p.337.

B. *Conjugium*.

1. Adamum præceptum conjugii à Deo accepiſſe. Vide jus Heb. S. 1. 2. Deum non modò nuptiis protoplaſtorum interfuiſſe; ſed etiam conopoeum eorum, ſub quo deſponſati ſunt, confeciſſe, Angelos tibiis & tubis choreas duxiſſe. *Pirke Eliez*.c.12. *Buxt*. Syn.c. 28. 3. Primo ſtatim die nuptiis celebratis, quatruplici prole, parentes factos, Kaino Habele, & gemellis duobus. *Schalſch*. l.c.& p.91.b. Confer ex *Patricide* Arabum Chriſtianorum traditionem *Hiſt.Orient*.p.18.

C. *Dona hominis*.

1. In genere, tanta fuiſſe, ut etiam propterea invidia ipſum urſerint Dæmones. *Schalſch*. p. c. במדרש שמחזיא ועזאל היו ב׳ מלאכים שקנאו ולא היו רוצים בבריאת האדם ואמרו מה אנוש כי תזכרנו והשי׳ השליכם מן השמים *In Midras legimus , Schamchazai & Azael duos fuiſſe Angelos , qui invidia excitati noluerint conſentire creationi hominis , dicentes : Quid eſt homo,*

quod

quòd memineris ejus? Deus autem eos de cælo ejecit. His poſtea Angelis è cælo turbatis conjugium tribuunt, & filios; Schamchazai, qui ad frugem poſtea redierit videlicet, Sichonem & Ogum, duos fratres; Azaelem verò, in perverſitate ſua perſtitiſſe, ſeducendis hominibus intentum; Atque hunc ipſum eſſe Dæmonem שנותנים לו שעיר למען לא יקטרג כנגד ישׂ׳ *cui hircum deſtinant, ne Iſraelitas accuſet.* II. Summâ excelluiſſe Sapientiâ; אין ספק שלהיות אדם הראשון יציר כפיו של הקב״ה היה שלם בכל החכמות טבעיות ואלהיות הנכללות בתורת משה אשר נבראת קודם העולם כמו שדרשו חז״ל על פסוק ואהיה אצלו אמון וכו׳ ולכן נוכל לומר שהיה במדרגת מרעה ושלמה בכל מה שאפשר *Non eſt dubium, hominem primum, qui fuit plaſma manuum Dei benedicti, penitus fuiſſe imbutum omnibus ſapientijs naturalibus, & divinis, comprehenſis lege Moſis, quæ ipſam Mundi creationem antecedit, quemadmodum id explicant Magiſtri noſtri ad locum:* Et ero ipſi nutritius, Proverb. 8. 30. *Aſſerere igitur poterimus, eum fuiſſe aſſecutum gradum Moſis Magiſtri noſtri, & Solomonis, quoad fieri potuit.*

De Lapſu.

Tradunt 1. Adamum in ſtatu Integritatis non diu permanſiſſe. Supra, ex *Pirke Aboth*, deſiniérunt horas duodecim. Alii tamen, Kabbaliſtæ præſertim, felicitatem primævam æſtimant annis 20. Alii eam metiuntur diebus 40. alii 8. alii etiam ſex horis. Arabes die veneris Adamum Paradiſo ejectum volunt. *Patricid.* Mſc.
فلما عصيا ربهما اخرجهما من الجنة في تسعة ساعات من يوم الجمعة ﺇلى جبل من جبال الهند واسكنهما للارض قاصدهما

فامرهما ان يتناسلا ليكثر ويمليا الارض *Cumque rebellâſſent Domino ſuo, expulit eos Deus horto, horâ nonâ, diei veneris in montem quendam Indiæ, ipſiſque incolendam tradidit terram, atque præcepit, ut creſecrent, multiplicarentur & implerent terram*, *Ibn Sora*, Jacobita, ſcripto Apologetico; quod Patricidi oppoſuit, habet inter alia: Cùm crucifixiſſent Servatorem, obſcuratus eſt ſol à tempore ست ساعات من النهار في يوم الجمعة الذي اكل ادم من الشجرة الى وقت تسع ساعات مثل الوقت الذي ادم اخرج من الفردوس *horæ ſextæ, diei Veneris, qua Adamus edit de arbore, ad horam nonam, qua Adam expulſus eſt Paradiſus*. Author Mſc. Syriaci ܒܫܥܐ ܕܬܠܬ Gazophylacii p. m. ܒܗ ܐܟܠ ܐܕܡ ܦܐܪܐ ܕܡܘܬܐ ܒܥܕܝܢ ܡܢ ܐܝܠܢܐ ܒܫܬ ܫܥܝܢ ܣܠܩ ܡܪܝܐ ܕܥܠܡܐ ܠܙܩܝܦܐ ܚܠܦ ܥܒܕܗ ܕܐܣܟܠ *Horâ tertiâ comedit Adamus fructum mortis in Eden de arbore: Sexta hora aſcendit Dominus Mundi in crucem pro ſervo ſuo, qui peccavit*. II. Adamum immortalitatis privilegio munitum; ſibi ſuiſque poſteris mortem inobedientiá accerſiviſſe. Aſſerunt enim Judæi, diſertis verbis a. *Adamum rebellione ſua hujuſmodi extitiſſe authorem*. Teſtimonia ex *Zohar*, *ſepher haæmunoth*, R. *Bechai*, R. *Moſe. Gerundinens*; vide in Append. *Bux*. Diſſert. de Ling. Heb. Confuſ. Memorabile cumprimis eſt illud ex Zohar: ארם קדמאה מרד במאריה וגרם מותא לעלמא *Primus homo rebellavit Domino ſuo, & cauſa extitit mortis Mundo*. b. Sammael nomen eſt Principis Dæmonum & Seductoris Protoplaſtorum)

poſt lapſum vocari conſuevit מלאך דמותא *Angelus mortis*, quia, ut Hebræi loqui amant; גרים מותא לכל עלמא *cauſa extitit mortis univerſo orbi*. Muhammedanorum conſenſum in Theatro noſtro quadripartito ان هذا الله proximè exhibebimus. III. Serpentem inſtrumentalem tantùm paſſivam cauſam fuiſſe, Diabolo intrinſecus agente. *Majm.* More Hannev. lib. 2. c. 30. ومما يجب ان تعلمه كما بيّنوه الـ מדרש وذلك انهم ذكروا ان الـ נחש مركوب فانه كان قدر جمل وان راكبه هو الذي اغوى חוה وان الراكب كان סמאל وهذه الاسمية هي يطلقونها على الـ שטן *oportet autem te ſcire, quomodò illud explicent in Midraſch; videlicet ſerpentem fuiſſe equitatum, qui magnitudine ad Camelum accederet; Seſſorem autem eum fuiſſe, qui decepit Evam; Sammaelem nempe* (qui propterea, ut diximus, Angelus mortis vocatur) *quam nomenclaturam Satanæ abſolutè tribuunt*. IV. Lapſum hominem, pænitentiæ ſpecimen daturum, à γυμνασίᾳ σωματικῇ feciſſe initium, fabuloſum ſit; rediiſſe tamen cum Creatore ſuo peccatorem in gratiam, conſtans eſt Orientis traditio. Chriſtianorum ſententiam exprimit R. Gedal. p. 92. ואומרים שאדם וחוה עשו תשובה גדולה *Dicunt Adamum & Evam pænitentiam feciſſe magnam*. Judæorum mentem breviter aperit *Ioſeph.* Antiq. l. 1. c. 2. Prolixius *R. Elies.* Capit. 20. *Quodam Sabbatho ingreſſus eſt Adam aquas Gihon ſuperioris, donec pertingerent aquæ ad collum ejus, ſupplicavitque ſeptem diebus Sabbathorum vel hebdomadæ, uſque dum factum fuit corpus ejus inſtar cribri: Dixit Adam coram ſancto benedicto: Domine totius univerſi, tran-*

tranſeat quæſo peccatum meum à me, & recipe pœnitentiam meam, ut diſcant omnes ætates, quod ſit reſipiſcentia, & quòd ſuſcipias reſipiſcentiam convertentium ſe. Quid fecit ſanctus Bened. Extendit dextram ſuam, atque removit ab illo peccatum ejus, & ſuſcipit converſionem ejus, juxta illud; Peccatum meum tibi notum feci, & iniquitatem meam te non celavi, Sælah, *in hoc ſeculo*, Selah in futuro ſeculo V. Neque verò veniam tantùm, ſed & Paracletum accepiſſe volunt, ne planè triſtitiâ conſumeretur. *Reuchlin.* de arte Cabbal. p. 8. *Ne Adamum lapſum prorſus omni conſolatione deſtitueret Clementiſſimus pater, continuò miſit Angelum, quo pleniùs tantæ ruinæ diſceret reparationem. Sic enim Cabbaliſtæ* Comment. in lib. Ietzira ſcribunt; שהאבות רבותיהם היו מלאכים ידועים רבו של אדם רזיאל *Quorum patrum Præceptores fuerunt Angeli noti, videlicet Præceptor ipſius Adami, Raziel.* Tradunt Syri, ipſos etiam Angelos Adami lapſu, graviter fuiſſe cõtriſtatos, *Beth gaza* p. 127. Sed & arbores ſua quaſi capita (ܐܦܟܘ ܪܫܝܗܘܢ) incurvâſſe; p. 88. quod in ipſo quaſi felicitatis portu naufragium feciſſet ܪܫܐ ܕܒܪܝܬܐ *Princeps Creaturarum*: imò ܪܫܐ ܘܪܝܫ ܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ *Caput & Princeps omnium nationũ & tribuum*; Angelorum igitur πνευμάτων λειτουργικῶν miniſterio erigendos iterum & ſolatio permulcendos fuiſſe.

E. *De liberorum educatione*

Commemorant 1. Adamum ſumma fide poſteris ea tradidiſſe, quæ à Deo ad ſeros propaganda nepotes acceperat. Schalſch. p. c: אין ספק שבדרך טבע כל האבות מבקשים שישלמו בניהם כמותם ויותר כפי האפשרות כי האב והמלדם

והמלמד אינם מקנאים בבנו ותלמיד אם כן אדם מסר כל
חכמתו אל שת בנו הנולד לו בצלמו בדמותו ומהם נשתלשל
לנוח ואברהם ודורותיהם וכו׳ עד מתן תורה שאז היה מסרה
בגלוי אל מרעה ולכל ישראל ומהם נשתלשלה לדור ודור עד
היום הזה *Neque dubium eſt, quin naturali inclinatione patres ſtudeant perficere filios ſuos ſibi ſimiles, aut, ſi fieri poteſt, majores: Neque enim pater & præceptor in filium aut diſcipulum invidiæ locum relinquunt. Id cùm ita ſe habeat, tradidit Adamus omnem ſapientiam ſuam Setho filio ſuo, nato ſecundùm imaginem & ſimilitudinem ſuam. Ab iiſdemque concatenata ſucceſſione tradita eſt Noacho, & Abrahamo, & generationibus eorum, uſque ad legis lationem. Tunc enim Deus benedictus publicè eam tradidit Moſi, Magiſtro noſtro p. m. omnibuſque Iſraëlitis; à quibus quoque ſucceſſionis ſeries continuata eſt ad hunc uſque diem.* 11. Utque hi latices puriùs fluerent, Deum Patriarcharum vitam longiùs extendiſſe. De Patriarcharum μακροβία varia ſunt ipſorum etiam judæorum judicia; primò tamen loco cauſam illius, modò allatam, haberi, R. *Gedaliæ* poſtea confirmabimus verbis; quæ de notorio illo annorum noſtrorum & veterum diſcrimine quidam ſomniant, quaſi menſibus illi fuiſſent abſoluti, ne judæi concoquere potuerunt. Vide *Zem. David* P. 1. p. 5. 6. ad annum M. 1656. 1657. & Not. *Vorſtii* p. 198. 111. Præcepta & ſtatuta omnia, tradita fuiſſe ad diviſionem uſque Linguarum, Dialecto Hebræa, unanimi Gentium conſenſu (de quo tamen ſuo loco) conſtare. Ita R. *Gedal.* p. 91. b. חכמי האומות
בקשו לדעת כה היה לשון הראשונים ולבסוף כולי עלמא
מודו [illegible]
[illegible]

מודו כי מאדם עד דור הפלגה היה הגיונם לשון הקודש ונשאר ביד אברהם אבינו וזרעו וכזה תמצא בפי׳ התורה לרבינו יעקב בעל הטורים והקדמת פ התורה להרמבן ובאולי באורך הזמן נשתבש בידם לחיות כי לא היה בידם ספרים בכתב מדרכי דקדוק וולתי קבלה על פה הלא תראה אנו שקבלנו התורה וכל הדקדוקים ה צריכים וגם יש לנו ספרים הרבה בחכמת הדקרוק ועם כל זה נתמעט אצלינו כנראה בהקדמת המכלול ושרשים לרבי דוד קמחי ובכוזר מאמר ב׳ דבור סח *Sapientes Gentilium inveſtigârunt, quænam eſſet Lingua Antiquorum; unanimi tandem omnes ſententia ſtatuerunt, ab Adamo ad diviſionem uſque ſermonem eorum fuiſſe Hebræum, qui eſſet relictus Abrahamo patri noſtro, ejuſque ſemini. Atque hoc invenies in Commentar. ſuper Legem Rabbi Iacob, Baal hatturim, & præfatione comment. Ramban. Fortaſſe autem confuſa fuit per manus eorum, quia nullos habuerunt libros ſcriptos ſecundùm regulas Grammaticas, extra Kabbalam oralem. Nonne vides, apud nos, qui accepimus legem, omnia neceſſaria Grammaticalia, libriſque inſtructi ſumus Grammaticis variis, tamen multis modis diminutam eſſe, ut apparet ex Præfatione Miclol, & Radicum R. Davidis Kimchij, & lib. Coſri Sermon.2. dict.68.* IV. Artium etiam & diſciplinarum externarum ei peritiam tribuunt. Vide *Kircher*. Oedip. Tomo II. P.I. Claſſ. II. quæ Grammatica vocatur. p. 42. ubi & ex Rabbinorum, & Paraphraſtæ cujuſdam Samaritani in Pentateuchum teſtimoniis probat, *Adamum omnis literaturæ peritiſſimum, Theologum fuiſſe, Philoſophum, Medicum, Aſtrologum, Chimicum, Mathematicum, quæ Angelo*

Magiſtro didicerit. Referunt & hoc, Adamum à Deo accepiſſe doctrinam de עבור ſive *Emboliſmo*. Vide *Iuch.* p.5. *Pirke Elies*.c.8. ubi de catena traditionis hujus myſterii. V. Theologiam Adamicam ſex præceptis abſolvunt, *Iuchas* fol.8.p.a.

F. *De Adami & Evæ exilio.*

Communiter ſcribunt Hebręi, ſedē exulum, Paradiſo ejectorum, fuiſſe Moria montem; R. *Eliez*.c.20. *Et expulit Adamum. Ejecit atque eduxit è horto Eden, & habitare eum fecit in monte Moria , quia porta Paradiſi vicina erat monti Moriæ. Inde ſumſit eum Deus & reduxit eum in locum ubi deſumtus erat, juxta illud: Et* ſumſit Deus Adamum. *Quisnam autem fuit hic locus? Deſumpſit eum ex loco domus Sanctuarij, quia dicitur; Ad* colendum ſcil. terram illam unde deſumtus erat. Volunt nempe (ſine ratione tamen) Adamum in meditullio terræ eſſe formatum, inde argillam ejus deſumtam; ibi quoque habitaculum ſibi extruxiſſe, ibidem loci ædificatum altare, in quo ſacrificârunt Adam, Abel, Kain Noah: Ibidem ligatum fuiſſe Iſaacum, ut in victimam offerretur; Solomonem etiam templum ibi extruxiſſe. *Arabes* tamen *Chriſtiani* quendā Indiæ montem oſtendunt exilii ſedem, ut ſupra monuimus; quibus *Muhammedani* accedunt , ut videre eſt ex Seldeni doctiſſimo Comment. de *Iure. Nat. & Gent*.p.342. ubi ex Hiſtoria univerſali Mſc. mons ille vocatur سرنديب *Sarandib*, في شرقي ارض الهند *in Orientali Indiæ regione.*

G. Hujus verò tum peccati, tum inflictæ , propter peccatum, pœnæ, ubique Gentium obvia veſtigia. Mitto, quæ de pomis Adamicis nugantur Judæi, qui morſus

in

Digitized by Google

in iis indicia oſtendunt. Vide *Torniell*. Annal. p. 24. Extimis & remotiſſimis Indis nota eſt هبوط ادم *fuga Adami*. Plerique Orientales epocham receperunt, quæ تاريخ السنين ابونا ادم *Æra annorum Patris noſtri Adami*, appellatur. *Maximus Monachus* ἔτη Ἀδάμ nuncupat, quam æræ à conditu Mundi reſpondere volunt. Seriùs tamen hæc Judæis innotuit, poſt excidium nempe templi ſecundi, à tempore obſignati Talmudis, Saboræorum induſtriâ introducta: Vide Not. *Vorſt*. in Zem. Dav. p. 195. Inter Chriſtianos verò (quorum ad nos pervenerunt ſcripta) primus ex ſacris literis ætatem Mundi eruere aggreſſus eſt *Theophylus*, *Antiochenus* ad Autolyc. lib. 3. qui vixit ſeculo. Ut fortè nō minus hæc Epocha à lapſu, quàm à creatione Adami deſumta videatur. Sed & feſtum expiationis lapſus hujus μνημόσυνον cenſetur. Accerſunt enim ejus incunabula ab origine Mundi. Vide *Ius Heb*. p. 268. Unde *Jacob. Uſſer*. Annal. V. T. p. 2. *Plus quam veriſimile fit, eodem Adamum ejectum fuiſſe die, quo inductus* (cui tamen repugnat *Simſon*. Chronic. Cathol. p. 2. qui octiduum ad minimum integritatis ſtatui concedit) *in Paradiſum fuerat. Qui quidem dies Mundi decimus fuiſſe videatur, quo deinceps ad memorabilis hujus caſus memoriam conſervandam (ut rationi conſentaneum eſt) inſtituta eſt Expiationis ſolennitas, & ſtatum jejunium* (νηστείας nomine Act. 27. 9. κατ' ἐξοχὴν *denotatum*) *in quo univerſi animas, affligere jubebantur*. Succedunt *Protoplaſtorum extrema*, ubi 1. *Teſtamentum* Adami, de quo *Patricid*. p. m. 5. فلما قرب موت ادم دعا اليه شيث وانوش بن شيث وقينان ابن انوش ابن شيث ومهلاييل ابن قينان واوصاهم وقال

وقال لهم تكون هذا الوصية في كل اولادكم اذا
مت فحنطوا جسدي بالمر واللبان والسليخة واجعلوني في
مغارة الكنوز والذي يكون من اولادكم في ذلك الزمان عند
خروجهم من حول الفردوس ياخذ جسدي معه ويجعله
في وسط الارض لان من هناك يكون خلاصي وخلاص
كل اولاده *Cùm morti vicinus fuiſſet Adam, vocavit ad ſe Schethum, & Enochum, Schethi filium, Kainanem, Enoſchi filium, Schethi nepotem, Mahalaëlem filium Kenani, teſtamentóque illis ſuo præcepit: Hoc eſto teſtamentum omnibus filiis veſtris obſervandum. Si fuero mortuus, condite corpus meum myrrha, thure, & caſſia, méque ponite in ſpelunca abdita*: Heb. מכפלה vocant ſive *duplicatam*, quia par conjugum in ea ſepultum volunt, Adamum & Evam, Abrahamum & Saram, Iſaacum & Rebeccam, Jacobum & Leam. *Quisquis autē ex filiis veſtris tum ſuperſtes fuerit, cùm egreſſi fueritis vicinia Paradiſi, accipiat ſecum corpus meum, illúdque collocet in meditullio terræ: Inde enim erit ſalus mea, ſaluſque omnium meorum poſterorum.* Paulò aliter illud concipitur ab *Elmacino* p: m. 6. ولما دنت وفاته
احضر ولده شيث واخوته واولادهم ودعا لهم وا
وصاهم ان يسكنوا الجبل قبالة الفردوس ولا ينزلوا
منه ولا يختلطوا بنسل قاين القاتول واوصاهم اذا
انتقلوا من الجبل ينقلوا جسده معهم ويدفنوه في وسط
الارض وجعل ولده شيثا الخليفة بعده وعلى اولاده
واولاد اولاده *Cùm finis vitæ inſtaret, adeſſe ſibi juſſit filium*

filium ſuum Schethum, ejuſque fratres, liberos, & uxores, quibus præcepit, ut habitarent in monte, qui eſt è regione Paradiſi, neque inde deſcenderent, aut commiſcerentur cum ſemine Kaini homicidæ. Præterea in mandatis iiſdem dedit, ut ſi migrarent è monte, transferrent ſecum corpus ſuum; illudque ſepelirent in meditullio terræ. Conſtituit autē filium ſuum Schethum ſucceſſorem ſuum in filios & nepotes. Quæ de ſpelunca duplicata habent Arabes, Hebræis etiam placent. *In lib. Iuch.* p. 5. f. 1. feretrum Adami per ipſum protoplaſtum in antrum illud depoſitum fuiſſe aſſeritur, ne fortè poſteri ejus ad Idololatriam defuncti cadavere abuterentur: quæ author mutuavit ex *Pirke Eliez.* c. 20. *Dixit Adam: Hæ ſunt tabulæ, quibus inſcripturus eſt Sanctus benedictus digito ſuo, atque coram illis fugient aquæ Iordanis. Determinavit autem corpus duabus ſuis manibus, & ſpiritum vitalem oris ſui inflavit in nares meas. Poſtquam autem mortuus fuero, accipient me & oſſa mea, atque cum iis Idololatriam committent: ſed profundè recondam loculum meum infra hanc ſpeluncam, è regione illius ſpeluncæ. Hinc vocata fuit ſpelunca duplicata. Atque ibi depoſitus eſt Adam & Eva, Abraham & Sara, Iſaac & Rebecca, Iacobus & Lea. Idcirco etiam appellatur Kiriath Arba* (Tetrapolis) *quia in ea ſepulti ſunt quaterni conjuges.* II. *Funus,* quod paratum Hebræi quidam volunt à *Schetho,* Iuchas. Alii ab *Enocho;* Seder olam Rab. Rabbi Rachumai voluit, ipſum Deum ſepeliviſſe Adamum. *Iuchas.* III. *Dies obitûs;* de quo *Elmac.* p. c.

وتوفي ادم يوم الجمعة الرابع عاشر من الهلال في ستة ايام من
برموده وهو نيسان سنة تسع ماية وثلاثين العالم وحنطوه
بها

بالمر واللبان والسليخة ودفنوه في مغارة الكنوز في راس الجبل وناحوا عليه اربعين يوما *Et mortuus eſt Adam die veneris, qui erat 14. à novilunio, menſis autem Barmuda, qui Niſan, ſextus, anno Mundi 930. Et condiverunt ipſum Myrrha & thure, & caſſia, & ſepeliverunt ipſum in ſpelunca abdita, in montis vertice, & planxerunt eum dies* 40. Conſentit per omnia *Patricides*, niſi quòd exequiarum curam ſoli *Schetho* tribuat; & horam etiam obitus indicet; obiiſſe ſcribit, في تسع ساعات من يوم الجمعة وهي الساعة التي خرج فيها من الفردوس. *Hora nona, diei veneris, qua etiam hora egreſſus eſt Paradiſo.* Conferatur Iren. lib. 5. c. 23. Simſon p. 5. *Tzemach Dav.* P. 1. p. 5. אדם הראשון מת בשנת תתקל שנה וראה שמנה דורות הנזכרים *Mortuus eſt* πρωτόπλαστος *anno 930. viditque octo generationes commemoratas, Schethum nempe, Enoſchum, Kenanum, Mahallaelem, Iaredum, Enochum, Methuſchælachum, Lamechum.*

Tandem etiam aliquid *de familiæ augmento & poſteritate Protoplaſtorum* dicendum eſt: ubi monent Orientales א In genere, 1. Protoplaſtorum primam ſobolem per ſeculum integrum fuiſſe Dæmones. Vide *Iuchás* p. 8. Quod de moribus quidam, non natura explicant. Vide *Reuchl.* de verbo mirif. p. 9. Hinc nata fabula de *Abdolharitho, quod nomen flexione Arabicum eſt* (inquit *Clar. de Dieu* Gen. 5. 5.) *ſignificatque ſervum agricolæ: unde colligendum eſſet, jam tum Arabicè locutos fuiſſe patres. Sed nihil* eſt periculi. Hypobolymæum hunc eſſe Adami filium, ex Judaica iſta fabula natum, fuſiùs probavimus *Hiſtor. Orient.* p. 17. quæ, proculdubio fabula

inde

inde nata, quòd Hebræi etiam aſſerant Kainum ex ſemine ſerpentis vel Diaboli eſſe natum. Cui ſententiæ favet figmentum in *Pirk.Eliez.*c.21. Evam ex ſerpente gravidam fuiſſe factam, cùm pareret Kainum. 11. Adamum & Evam plures genuiſſe filios & filias. Gen.5.5. R.*Gedal.*p.916. refert, Chriſtianos etiam ſcribere;

שבשנת טו לבריאתו נולד לו קין וקלכנה תאומתו ושנולד לו
עם חוה אשתו שלשים בנים אחרים זולת קין הבל ושת ויא
שהיו מאה *anno 15. creationis genitum illi eſſe Kainum & Kalmanam gemellam ejus. Et quod cùm Eva ſuſceperit 30. filios alios præter Kainum* (quanquam alii negant Kainum ex ſemine Adami fuiſſe: *Pirk.Eliez.*c.22. quod tamen ad mores tantùm & indolem paternam referat *Vorſt.*) *Abelem & Schethum; Alii dicunt* 100. *fuiſſe. Elmac.* p. 6. وولد اولادا كثيرة وكثر نسله *Et genuit plures liberos, multiplicatumque eſt ſemen ejus.* Conf. Chronic. Cathol. Simſon. p.3.b.111. Scripturam tamen eorum potiſſimum facere mentionem, per quos doctrina cœleſtis in poſteros, per familias, propagata eſt.

R.*Ged.*p.6. ועל אשר שאלת מכני פעמים רבית לכה לא
הזכירה התורה אלא איש אחר בכל דור ודור ראוי שתדע
כי לא נודע בזה טעם אמת אלא הרבה חכמים בקשו להשיב
והעלו חרס בידם כי התורה הסתירה יא שאלו הדורות
התעכבו מלהוליד לחלשת טבעם עד סו חשנים שהעידה
התורה יא שהכתוב לא חש להזכיר רק הבן הראוי שיצא
ממנו שלשלת הקבלה יא כי א, משנותינו להווה היה
לראשונים עשר שנים יא ששנותיהם היו שנים של לבנה יא

 להיותם

להיותם אוכלים צמחי הארמה ושותים מים ולא שטופים בזמה לכן האריכו ימים אבל המבול שהותרו לאכול בשר ויין נתקצרו ימיהם יא שהיה אורך ימיהם בדרך מופת יא שלא היו שנים ארוכים ממש אלא שראש הדור ההוא היה מצוה לדורו דינים ונמוסים כרצונו והיה נמשך מנהג התורה והנימוס ההוא כל הזמן הנזכר בתורה והיה נחשב כאלו חיה כל השנים ההם יא כי הרוצה להתחכם וללמוד כל החכמות טבעיות צריך לו זמן רב ולמען יתפרסם אלקותו ית. האריך ימיהם למען יהיה להם זמן גדול ומה שהשכילו והבינו כתבו על ספר לתועלת דורות הרמבם בספר המורה אומר שאורך הימים לא היה אלא לאיש הנז׳ בתורה אך שאר הדור היו חיים ימים טבעים הרמבן אומר שנתעכב כוח תולדותם עד הזמן הנזכ׳ בתורה *Et quod ſæpe quæſiviſti ex me, cùr Scriptura unius tantùm meminerit viri per generationes ſingulas, ſcire te velim, ejus rationem veram notam non eſſe; multóſque ſapientes, qui reſpondere voluerunt, ſilentiũ ſibi indixiſſe, quia Scriptura illud celat. Sunt qui dicunt, generationes illas ad gignendum fuiſſe tardas propter naturæ ſuæ infirmitatem, ad eos uſque annos, quos Scriptura exprimit. Alii dicunt, Scripturam non eſſe ſolicitam in recenſendis aliis quam illo filio, qui dignus eſſet, ex quo* (vide Pererium & Simſon P. 1. Chron. Cathol. p. 6.) *prodiret continuatio traditionis Oralis. Alii volunt, unum annum noſtrum præſentem decem reſpondere priorum. Iterum alii dicunt eorum annos fuiſſe lunares. Alii tradunt, cùm ederint gramina terræ, & biberint aquas, neque fuerint ſcelerati, dies eo-*

rum

rum fuiſſe prolongatos: poſt diluvium verò, licentia facta edendi carnem, & bibendi vinum, diminutos fuiſſe dies eorum. Alii hanc μακροβίαν *volunt fuiſſe miraculoſam. Alii volunt, nullam planè intelligi annorum longævitatem: verùm Principem illius ætatis præcepiſſe ætati ſuæ Iudicia, & leges pro arbitrio ſuo, obtinuiſſe autem legum & ſtatutorum illorum conſuetudinem toto tempore illo in lege commemorato; atque ſic talem reputatum eſſe, quaſi viveret, omnibus annis illis. Iterum ſunt qui dicunt, eum, qui ſapientiæ operam dare & addiſcere voluerit diſciplinas Phyſicas, opus habuiße longo tempore; & ut Deus Deitatem ſuam manifeſtaret, produxiße dies eorũ, ut multum ijs ſuppeteret temporis: quicquid autem cognoverunt & intellexerunt, inſcripſerunt libro, in uſum* generationum ſuarum. Maimonides in ſuo Doctore perplexorum ait, Longævitatem illam conceſſam tantùm fuiſſe uni illi viro, in Scriptura expreſſo; hominum reliquorum vitam diebus *naturalibus* (ordinariis) *conſtitiße. Ramban dicit; Impeditam fuiſſe vim illorum generativam ad tempus commemoratum in Lege.* Fuerunt etiam qui annos Ante-diluvianorum menſibus abſolverunt. Vide *Vorſt.* in Zem. Dav. p. 198. ב. In *ſpecie* de *Habele* & *Kaino* vel *conjunctim*, vel *ſigillatim* ſcribunt. *Conjunctim*; fratres eos fuiſſe, qui exortam inter ſe de ducenda uxore (alii tamen aliam prætendunt cauſam: Vide *Vorſt.* in Pirk. Eliez p. 180.) litem ſacrificio dirimere ſint conati. Quod cùm fieret, & Habelis ſacra Deo placerent, فزاد على هابيل غضبا وحسد اخاه فلما نزلا
من الجبل عدى قاين على هابيل وضرب راسه بحجر فقتله
aucta, contra Habelem, ira & indignatione, invidit fra-

tri ſuo. Cùmque de monte deſcendiſſent ; irruit Kain in Habelem, ejus caput lapide percuſſit, ſicque ipſum interemit. Ita *Patricid.* Cætera pete ex *Hiſt. Orient.* p. 18. ubi notandum , ea, quæ Arabum Scriptor Chriſtianus de odio ex conjugum diſſimilitudine accenſo, & homicidio, lapide (alii aliud ponunt inſtrumentum *Vorſt.* l. c.) patrato refert, non longè abîre à ſententia R. *Eliezeris* in Capitulis cap. 21. quo multa commemorantur de duobus illis fratribus eorumque ſororibus gemellis. Sigillatim de *Abele* , 1. Sacrificium Abelis placuiſſe Deo Kaini non item. *Pirke Eliez.* c. 21. II. Abelis obitum Protoplaſtos graviter luxiſſe. *Patric.* p. 4. فاشتد حزن ادم وحوى وناحا على هابيل ماية سنة *Et crevit triſtitia Adami & Evæ, & planxerunt Abelem centum annos.* Hinc verbum Arabicum تابّل *Adamus luxit occiſum Abelem.* De hoc luctu , ejuſque ſepultura idem ferè fabulantur, quod Muhammed in Alcorano, mutatâ tantùm perſonâ, Kaini, veſpillonis, quam tamen retinet ſupra ex ſententia R. Johannis , & in Tanchuma etiam extat fol. 41. Ita enim *Pirke. Eliez.* c. 20. *Canis, qui cuſtodiebat gregem Abelis, tutatus illum eſt adverſus omnem feram agri, & volucrem cæli. Conſidebant autem Adam & uxor ejus flentes & lugentes propter eum , & neſciebant, quid faciendum eſſet Abeli, quia non aſſueti erant ſepulturæ. Venit autem illuc corvus quidam, atque ſumſit quendam è ſociis ſuis, quem in terra defodit & abſcondidit coram illorũ oculis. Dixit Adam: uti corvus iſte, ſic quoque faciam. Illico ſumpſit cadaver Abelis, defodit in terra, atque abſcondidit.* Nugæ! De Kaino verò I. Patrem fuiſſe cœtus malignantium *Patricid.* ولعن

الله

ولده الله قاين *Et maledixit Deus Kaino & poſteris e-jus*. Unde ubique appellatur eidem authori اللعين *male-dictus*. *Pirke Eliez*.c.21. *R. Iſmaël inquit: A Sem deſcendunt & originem ducunt omnes generationes juſtorum; à Kain verò deſcendunt & proſapiam habent omnes generationes impiorum, rebellium & prævaricantium cum ſuperbia atque loquentium: Non opus habemus guttula imbrium tuorum, prout dicitur*; Et dicunt ad Deum, recede à nobis. Idem ferè repetitur c.22. 11. Deum in homicidam etiam in hoc foro animadvertiſſe. A. *Exilio*, *Patricid*. فطرده الله في غربة في نود *Et expulit eum Deus meridiem verſus in Nud*. *Elma*. p. 6. فبكته الله واسكنه البقعة التي قتل فيها اخاه *Et corripuit ipſum Deus, & habitare eum fecit in valle, in qua occidit fratrem ſuum*. B. Imprimendo ſignum, quod alii fuiſſe volunt νοσῆον, vertiginem, ſtuporem, tremorem, & terrorem. *Patricid*. وكان قاين فزعا مرتعشا هايما ايام حياته *Et fuit* Kain *tremulus, trepidus & capite nutans omnibus diebus vitæ ſuæ*: alii ἐυσϑητὸν, characterem externum, *Pirke Eliez*. *Sumpſit Deus benedictus literam unam è viginti duabus literis, quæ ſunt in Lege, atque inſcripſit* brachio Kaini, *prout dicitur; Et poſuit Dominus ſignum in* Kaino. Plura de hoc ſigno Rabbinorum judicia extant Not. *Vorſt*. p. 181. C. Supplicium mortis violentum. R. Gedal. p. 92. 6. אומרים שבהיות קין זקן כאר ועייף נתיישב בין אילנות וקוצים והיה סגי נהור והנער שהיה הולך עם לכך לצוד ציד ראהו מרחוק נדמה לו חית איזו חיה רעה ותכף אמר של לכך שידרוך קשתו נגר החית ההיא וכן עשה המיתו וכשנתקרב אליו הכיר שהיה קין זקנו והכתו

וחמתו בערה בו והמית את נערו *Dicunt* (Chriſtiani nempe, quod à Judæis tamen hauſiſſe videntur) *quòd cùm* Kain *ætate defeſſus eſſet, ſederit inter arbores & dumeta, cæcus: Abiiſſe autem puerum cum Lamecho venatum, qui viderit* Kainum *tanquam feram aliquam: Juſſiſſe igitur Lamechum intendere arcum, ferámque illam noxiam petere: quod fecit, eumque ſic occidit. Cum verò propius accederet, obſervavit avum ſuum eſſe* Kainum. *Ira igitur accenſus occidit puerum ſuum.* Fabulam hanc, quæ & Patribus placuit, eliciunt ex Gen. c. IV. v. 14. *Arabes* aliter tradunt. *Patricid.* p. 6. وفي ثلاث مايةِ سنة

في حياة انوش قتل قاين اللعين ابن ادم قاتل اخيه هابيل وذلك ان السابع من ولد قاين اسمه لامخ كان راعي فرما بسهم وهو يلعب فاصاب قلب جده قاين فقتله وكان قاين يدور في الغابة لانه كان هيما لا يقف في موضع واحد فمات قاين اللعين *Anno trecenteſimo vitæ Enoſch occiſus eſt Kain maledictus filius Adami, fratricida, hoc modo: Septimus è filiis Kain, cui nomen Lamech, erat autem paſtor, qui emittendo ſagittam luſit, & attigit cor avi ſui Kaini, eumque occidit. Kain autem vagabundus oberravit nutans capite, neque uſpiam fixo manebat loco. Atque ſic mortuus eſt* Kain *maledictus.* Variat nonnihil *Elmacinus* p. 7. وفي ثلثماية سنة من عمره قتل قايين عمه وذلك لان لامك كان من نسله وكان اعمي فخرج الي الغابة وصبي من اولاده يقوده وكان قايين في الغابة اصمع

فسمع لامك حس في الغابة فظن انه سبع من بعض
السباع فرمي بحجر فوقع في قايين فقتله غلطا فقال له
الصبي الذي معه يقوده ما ذا صنعت قد قتلت قايين
فحزن وضرب بيديه بعضها بعضا كعادة من يندم
وكان الصبي قدامه فاصطكتا يداه على راس الصبي
فقتله من غير قصد فجا لامك الي امراتيه عدا وصلا
وقال لهما اسمعا كلامي ان قاتل هابيل يجازي بسبعة
من النقم ولامك بسبعة وسبعين من اجل انه قتل رجل
برميه حجرا وصبيا بصفيق (بتصفيق) يدي وكانت
وفاة قايين وقد كمل عمره سبع ماية وثلاثين سنة *Anno*
autem vitæ ejus 30. *occiſus eſt* Kain *patruus ejus, hoc modo. Lamechus, qui de poſteritate ejus erat, cæcus egreſſus fuit in ſylvam comite puero de filiis ejus; Erat autem* Kain *in Sylva; cùmque ſonitum in ea Lamechus audiviſſet, opinioneque ductus eſſet, feram eſſe quandam, lapidem igitur projecit, qui in* Kainum *decidit, atque ſic per errorem eum occidit. Puer autem, qui duxerat eum, dixit; Quid feciſti? Utique occidiſti* Kainum. *Triſtatus ergò, eorum more, qui pœnitentia ducuntur, manus comploſit; & quia puer ante eum ſtetit, manibus capiti ejus impactis, incautè occidit. Veniens autem Lamechus ad uxores ſuas Adam & Zellam, dixit illis:* Audite verbum meum; qui occidit Habelem ſepties vindicabitur; at Lamechus ſeptuagies ſepties *qui virum occidit jactu lapidis, & puerum*

Ff

rum comploſione manuum. Vetus hæc fuit traditio, cujus etiam meminit Hieronymus. Vide *Simſon.* p. 4. Obiit autem Kain ætatis anno 730. Confer. *Hiſt. Orient.* p. 23. Et *Geneb.* Chronic. V. T. p. 12.

II. שת *Schethus.*

Obſervant Orientales 1. familiam ſtatim Schethi à Kaini poſteris fuiſſe ſegregatam. R. *Gedal.* p. 92. 6. שת צוה לבניו שלא יתחברו עם זרע קין וכן עשו עד דור שביעי ואז נתחברו ונולדו מהם הענקים ותפליגו בחטאות עד שמתו במבול *Præcepit Scheth filiis ſuis, ne ſocietatem inirent cum ſemine Kaini. Id quod præſtiterunt ad generationem uſque ſeptimam; tunc enim conjuncti fuerunt, natique ex ipſis ſunt Enakim; & peccârant enormiter, usque dum diluvio perierant.* Priora verba, ex mente Chriſtianorum repetita, habentur etiam apud *Elmacinum* p. 6. الثاني من ادم وهو الخليفة بعد شيث ابن ادم عليهما السلام سكن الجبل المقدس هو واخوته واولادهم ونسوانهم كوصية ادم لهم عند وفاته وبقي قاين واولاده وجميع نسله في البقعة التي قتل فيها هابيل اسفل الجبل ودبر شيث قومه وسلكوا طريق البر والطهارة وكانوا يسبحون الله ويسمعون اصوات الملايكة في الفردوس يسبحون الله ويقدسونه ولان الفردوس ليس متعاليا وكانوا يعيشون من ثمار الشجر التي في الجبل

الجبل المقدس وقايين ونسله يعيشون من ثمار الارض
التي يزرعوها *Secundus ab Adamo, qui & ſucceſſor ejus, eſt Schethus, filius Adami, p.m. habitavitque in monte ſancto, ipſe cum fratribus, liberis & uxoribus ſuis, juxta teſtamentum Adami, quod vicinus morti dederat. Kain verò, cum liberis & omni ſemine ſuo, ſubſtitit in valle, in qua occiſus eſt Habel, infra montem. Præfuit autem Schethus populo, qui ambulârunt in via juſtitiæ & ſanctitatis, Deum laudantes. Audiverúntque voces Angelorum, Deum in Paradiſo laudibus concelebrantium atque ſanctificantium (neque enim Paradiſus altior erat* i.e. longè inde aberat) *fructibus arborum, qui in monte erant ſancto, fruentes; Kain verò & ſemen ejus vivebant de frugibus terræ, quas ſerebant. Patricid.* p. 5.

ومن بعد موت ادم افترقت قبيلة شيث من قبيلة قايين
اللعين واخذ شيث ابنه انوش بكره وقينان ابن انوش
ومهلاييل ابن قينان ونساهم واولادهم واصعدهم الى
الجبل الى العلية حيث دفن ادم واما قايين وكل
اولاده وبقوا اسفل في البقعة حيث قتل هابيل وكانوا بنو
شيث في ذلك الجبل على الطاهرة والقدس وكانوا يسمعوا
اصوات الملايكة لانهم كانوا بالقرب منهم وكانوا
يسجدون ويهللون مع الملايكة وسموا ابنا الله هم ونساهم

وابناهم ولم يكن لهم عمل ولا زرع ولا حصاد انما كان اطعامهم من اثمار الاشجار ولم يكن عندهم حسد ولا بغي ولا كذب وكان ايمانهم لا ودم هابيل وكانوا في كل يوم يطلعوا الي راس الجبل المقدس ويسجدون قدام الله ويتباركون بجسد ادم i.e. *ſtatim autem ab obitu Adami ſeparata eſt familia Schethi à familia* Kai*ni maledicti. Sumpſitque Schethús filium ſuum primogenitum, Enoſchum, &* Kenanem, *filium Enoſchi, & Mahalaelem filium* Kenanis, *eorúmque uxores, & deduxit eos in montem illum excelſum, in cujus vertice tumulatus erat Adam.* Kain *verò & omnes ejus filii ſubtus in valle, in qua Habel interfectus erat, degebant. Magnam autem in monte iſto ſanctimoniæ & puritatis celebritatem Monticolæ iſti ſibi acquiſiverunt, Angelis adeò vicini, ut & voces eorum audirent, hymnóſque ſuos & Elogia cum ijſdem conjungerent. Ipſi verò, eorum liberi & uxores communi nomine filii Dei appellabantur: Nullis detinebantur operibus ſervilibus, neque ſationi neque meſſi vacantes, ſolis arborum fructibus vivebant contenti. Exulabat ab ijs omnis prorſus invidia, & contentionis ſtudium, omnéque juramentum conſiſtebat in verbis:* Non & per ſanguinem Abelis. *Quotidie verticem montis ſancti frequentabant, Deum invocabant, ex corpore Adami benedictionem conſequi ſatagentes.*

II. Schethum authorem eſſe καλλιγραφίας. *Elmac.* p. 7. وقال الحكيم فريطون ان شيث اول من اظهر حروف الكتابة ودل على اللسان العبراني وقال بعض المورخين ان ادم واولاده كان لسانهم سرياني الي حين بلبلة الالسن *Dicit ſapiens Phriton*, (neſcio. quid

quid ſit nominis: reperiuntur autem hæc talia apud *Suidam* & *Theodoreth*.quæſt.47. in Genes. vide *Simſon*. p.4.b.) *Sethum inventorem eſſe literarum ſive elementorum ſcribendi, eaſdémque in Lingua Hebraica monſtrâſſe. Sunt tamen Hiſtorici, qui ſtatuunt, Adamum, ejuſque poſteros, ad confuſionem uſque Linguarum Syriacè locutos*. De qua re aliâs. Ob inventas literas quidam Sethum θεὸν προσηγόρευον. Vnde fortè filii ejus, filii Dei.

III. In mandatis moriturum poſteritati ſuæ dediſſe, ne vel de monte deſcenderent, vel cùm Kainitica prole ſe miſcerent. *Patricides* refert, illum poſteros ſuos adjurâſſe بدم هابيل ان لاينزل احد منهم من الجبل المقدس ولا يتركون احد من اولادهم ينزل الي اولاد قاين اللعين *Per ſanguinem Habelis, ne quiſquam eorum de monte illo deſcenderet; neque cuiquam permitterent filiorum, ut ad filios Kaini maledicti migraret*. Sed & *Elmacinum* audire placet: فلما دنت وفاة شيث اجتمع عنده انوش وقينان ومهلاييل وبرد واخنوخ واولادهم ونسوانهم وجميع اهلهم وبارك عليهم ودعا لهم واوصاهم بعبادة الله قايلا وان لا ينزلوا احد منهم من الجبل ولا يختلطوا بنسل قاين القاتول وجعل ولده انوش الخليفة بعده على اولاده ومات وعمره تسع ماية سنة واثني عشر سنة وذلك في اليوم الثالثا الرابع والعشرين من اب سنة الف ومايه واثني واربعين للعالم وحنطوه اولاده ودفنوه في مغارة الكنوز في راس الجبل المقدس وناحوا عليه اربعين يوما

Cùm

Cùm appropinquâſſet obitus Schethi, congregati ſunt apud eum, Enoſch, Kenan, Mahalaleel, Iared, Enoch, liberíque eorum, & uxores, totáque familia, quibus benedixit, teſtamentóque mandavit, ut colerent Deum, dicens: Ne deſcendat quiſquam veſtrum de monte, neque commiſceatur cum ſemine Kaini *homicidæ. Conſtituit autem filium ſuum Enoſchum ſucceſſorem liberis ſuis; poſteáque obiit, Vitæ* 912. *anno, die tertia* (Septimanæ) *menſis Ab, A. M.* 1142. *Et conditum ipſum filii ejus, ſepeliverunt in ſpelunca ſecreta, in monte ſancto, & luxerunt eum dies quadraginta.*

IV. Non dubitandum, cæteros etiam Adami liberos, familiarum ſuarum augmenta vidiſſe, quorum tamen nulla fiat mentio, שלא זכו שתולדותם יקראו בשמותם ויהיו ראשי אומות *quòd non eſſent digni, ut familiæ eorum ſuis exprimerentur nominibus, & Principes eſſent Gentium.* Schalſch.

III. *Enoſch*, אנוש

De hoc commemorant annales 1. Quòd tempore illius publica ortum ſuum habuerit Idololatria. Et alii quidem ipſum illius authorem faciunt Enoſchum. *Schalſch. Hakkab.* p. 92. 6. אנוש היה ראשון למצא צורות כדי להעיר רוח הבריות שיתפללו לאלוה באמצעותם *Primus Enoſchus invenit imagines, ad excitandum ſpiritum creaturarũ, ut mediantibus illis Deũ invocent.* Idẽ habet *Seph. Iuch.* p. 134. b. Majm. ע״ז c. 1. Arabes tamẽ Chriſtiani, aliud de ipſo teſtimoniũ perhibent. *Elmac.* p. 7. انوش دبر قومه و سلك بهم طريق البر والتقوي *Enoſch guberna-*

bernavit populum ſuum, & cum iis inſtitit viæ juſtitiæ & timoris. *Imò* morti vicinum poſteritati ſuæ ſeriò injunxiſſe, ut ne quid corruptionis Kaini poſteris affricarent. ولما دنت وفاة انوش اجتمع اليه الابا اولاده
واولادهم ليتباركوا منه فدعا لهم واوصاهم بالطهارة
واحذرهم من الاختلاط بنسل قاين القاتول واستخلف
قينان ولده عليهم ومات *Cùmque appropinquâſſet diſceſſus Enoſchi, congregati ſunt ad ipſum patres nepotum ejus, & pronepotes, ut benedictionem ab ipſo conſequerentur; iiſque ad ſe vocatis teſtamento mandavit, ut ſanctimoniæ darent operam. Et hortatus eſt eos, ne miſcerentur cum prole* Kaini *homicidæ. Et poſtquam ſucceſſorem conſtituiſſet* Kenanem, *mortuus eſt*, a.æt.905. A.M. 1340. Sepultura in monte etiam illi deſtinata erat. Hujus tamen Patriarchæ ætate Idola & Idololatriam in orbe invecta, multi probant authores ex verbis *Gen.* 40. ultimo. *Tunc profanatum eſt invocando nomine Iehovæ.* Hac enim notione ſumunt *Onkeloſus*, *Pſeudo-Jonathan*, *Iarchius*, *Maimonides*, alii. Arabs Interpres, Erpenii reddit ; حينيذ بداوا الناس ليميلوا من طاعة الله

Tunc cœperunt homines deficere ab obedientia Dei. Alii tamen vel de publicis cœtibus, vel certa precandi formula, vel nomine Jehova ab Enoſcho primùm uſurpato intelligunt. Ita *Mercer. Drus. Perer. Torniell. Simſon.* II. Ad Patriarchæ hujus Synchroniſmum referunt mortem Kaini, & quidem ad annum vitæ 300. vide ſupra. III. Colorum etiam & Inſtrumentorum Muſicorum

Digitized by Google

rum originem huc referunt. *Elmac.* p. 8. وفي ذلك
الزمان كانت نعمة اخت يوبال ويوبيل من نسل قاين
وكانت تكني بالنعامة وكانت من اجمل
النسا وهي اول من اظهر الاصبغاع والالوان وكان اخوها
يوبيل عارف بضرب الوتر وجميع العيدان وهو اول من
ابتدعها وقيل ان الوحش والطير كان تجمع اليه يسمع
صوته *Hoc tempore erat Nokma ſoror Iubal, & Iubel, de ſemine Kaini, appellabaturque Naama,* (idem ſentit Bereſch. Rabb. vide *Mercer.* & *Simſon.* p. 4.) *& erat pulcherrima mulierum , quæ prima oſtendit colores & pigmenta. Frater autem ejus peritus erat fidium, cæterorúmque Inſtrumentorum Muſicorum, quæ primus ille invenit. Ferunt autem, feras & aves ad eum, ut audirent ipſum, fuiſſe congregatas.*

IV. Paulatim poſteros Abelis à poſteritate Kaini ad varias delicias fuiſſe pellectas. *Elmac.* l. c. وانهمك
اولاد قاين في اللهو والطرب واكبوا على ذلك اللذات
لا يفترون ليلا وكانت اولاد شيث في الجبل يشرفون
عليهم ويسمعون اصواتهم ومالوا الي اللذات وقويت
عليهم الشهوات فنزل بعضهم الي اولاد قاين واختلطوا
بهم فافسدوا معهم وكان سببه يوبيل واخته النعمة وبنوا
الغياب وسلوها *Vacârunt autem Kainitidæ ludicris, &*
ætha-

Digitized by Google

citharis, & inhiârunt illis deliciis diu noctúque. Schethi autem poſteri habitabant in Monte, ſuperiora loca incolentes, vocéſque eorum audiebant: Et inclinârunt ad voluptates, ita ut cupiditates prævalerent ipſis. Proinde deſcenderunt quidam ad poſteros Kaini, & commixti ſunt cum illis, ſicque etiam juxtà perierunt. Hujus rei cauſa erat Iubal, ejuſque ſoror, Naëma: Et ædificârunt tentoria, in quibus habitarent. Confer. *Patric.* p. 5.

IV. קינן *Kenan.*

De hoc Orientales I. Quòd conſtituat דור רביעי *quartam* à conditu Mundi *generationem.*

II. Pietatis nomine commendatur. *Elmac.* p. 8. الربيع

من ادم قينان ابن انوش دبر قومه وسار بهم سيرة جميلة

Quartus ab Adamo Kenan *filius Enoſchi, qui populum ſuum regimine pulchro rexit.*

III. Mortem ejus, teſtamentum, luctum, locum ſepulturæ, iiſdem Elmacinus deſcribit verbis, quibus ſuperiorum, ne montem deſererent, Kaini poſteris ſe commiſcerent; Hebræi tamen meminerunt ejuſdem apud Indos ſepulti. Vide *lib. Iuch.* p. 3. & brevius *Zem. Dav.* P. 11. p. 4. De die & menſe obitus *Elmac.* واستخلف

عليهم مهلاييل ولده الكبير ومات يوم الاربعا ثالث

عشر حزيران سنة الف وخمس مائة وخمسة وثلاثون

للعالم *Et poſtquam ſucceſſorem conſtituiſſet filiis ſuis Mahalaelelem, filium natu majorem, obiit die quarto, (ſeptimanæ) menſis Cheziran 13. anni Mundi 1535.*

ætatis verò 710. وحنطوه ودفنوه في مغارة الكنوز وناحوا عليه اربعين يوما على العادة *Conditum eum ſepeliverunt in ſpelunca duplicata , & planxerunt eum quadraginta dies pro more.*

V. מהללאל *Mahallalel.*

Pauca occurrunt in Orientalium libris de hoc Mahallalel, ut quòd ſit 1. דור חמישי *quinta Generatio*, Zem. Dav. ſive ut *Elmac.* loquitur الخامس من ادم *Quintus ab Adamo*. 2. quòd ſancto & laudabili regimine clarus extiterit *Elmac.* p. 9. دبر قومه وسار بهم طريق البر والتقوي *Rexit populum ſuum, viæ juſtitiæ & pietatis cum illo inſiſtens.* 3. quòd moriturus استحضر اولاده وباركهم واستخلف عليهم يارد *Adeſſe ſibi juſſit filios ſuos, quibus benedixit, & præfecit illis Iaredum*, Elmac. p. 9. vel, ut *Patric.* loquitur, استحلفه بدم هابيل الا يترك احد من اولاده ينزل من الجبل الي اولاد قايين اللعين القاتول *Iuramento eos per ſanguinem Abelis obſtrinxit, ne cuiquam filiorum ſuorum permitteret deſcendere de monte ad liberos* Kaini *maledicti, homicidæ*. Muhammedani etiam hujus Mahalaleelis meminerunt, in ſuo Taarich Bene Adam. Vide *Hiſtori. Oriental.* p. 21.

VI. ירד *Jared.*

Hunc (quaſi *deſcendentem* dictum, vel quòd pietas ejus

ejus tempore magna habuiſſet decrementa: vide *Geneb. Chronol.* p. 12. Vel, juxta Arabes, quod Schethi poſteri de monte ſancto deſcenderint) Orientales 1. Commendant à timore Dei & felici rerum adminiſtratione, *Elmac.* p. 9. السادس من ادم يرد ابن مهلاييل دبرقومه وسار بهم سيرة جميلة *Sextus ab Adamo Jared filius Mahallalel regimine populi ſui cum laude præfuit.* Unde cùm hac potiſſimùm ætate poſteri Kaini in varia ſcelera ruerent, & laſcivia ubique graſſarentur, Jared, ne in communionem peccatorum traherentur, ſeriò præcavere voluit; irrito tamen ſucceſſu, ſi *Elmacino* & *Patricidi* adhibenda fides. Ita enim ille: وفي ايامه كثر ضجيج اولاد قايين وتظاهروا بالفساد وصعد صوت ضجيجهم الي الجبل وسمع بنو شيث واجتمع منهم ماية رجل لينزلوا من الجبل الي اولاد قايين فمنعهم يرد فحذرهم فلم يقبلوا منه ونزلوا واختلطوا ببنات قايين *Diebus ejus magno numero erupit malum* (prop. tumultus clamor) *filiorum Kaini, qui publicè ſectati ſunt corruptionem. Aſcendit autem vox tumultus in montem, quem poſteri Schethi audiverunt. Congregati igitur ex illis viri centum deſcendere voluerunt de monte ad filios Kaini; quos prohibuit Iared, atque dehortatus eſt. Illi verò, ſpreto Iaredo, deſcenderunt, & cum filiabus Kaini ſe miſcuerunt.* Prolixius hæc apoſtaſia narratur à *Patricide* p. 6. Hinc autem natos eſſe Gigantes, qui *filii Dei* nuncupantur, habet uterque. *Elmac.* وتدنست

 اجسادهم

Digitized by Google

اجسادهم بالزنا مع بنات قاين وولدت الجبابرة من بني شيث *Et polluta erant corpora eorum ſcortatione cum filiabus* Kaini, *& nati ſunt Gigantes è filiis Schethi. Patricides* verò, poſtquam Kainitarum propudioſam libidinem, & inceſtos etiam concubitus (planè ut in *Pirke Eliez.*c.22.) explicuiſſet, ſubjecit, فولدت بنات قاين

اللعين من بني شيث الجبابرة وفي التوراة يقول ان بني الله ويسمون בני אלהים فلما نظروا الي بنات قاين حسان نزلوا اليهن فكان منهن الجبابرة والذي يغلط وما يدري ما يقول ان الملايكة نزلوا الي بنات البشر وانما هم بنو شيث نزلوا من الجبل المقدس الي بنات قاين اللعين لان بني شيث لطهارتهم وسكناهم في الجبل المقدس كانوا يسمون בני אלהים اي بني الله واما الذين يقولون ان الملايكة نزلوا الي بنات البشر فيغلطون لان جوهر الملايكة جوهر بسيط وليس في طبعهم الجماع والانسان جوهر مركب

Et genuerunt filiæ Kaini *maledicti ex filiis Schethi gigantes. In Lege vocantur filii Dei. Cúmque obſervâſſent filias Kaini pulchras, deſcenderunt ad illas, & nati ſunt ex illis Gigantes. Turpiter autem errat, parùm mentis compos, qui ſtatuit, Angelos deſcendiſſe ad filios hominum: Intelliguntur enim filii Schethi, qui deſcenderunt de monte ſancto ad filias Kaini maledicti. Nam filii Schethi, propter ſanctimoniam eorum & habitationem in monte ſancto filii Dei appellabantur. Qui verò volunt, Angelos deſcendiſſe ad filios hominum, enormiter peccant, quia Angeli ſunt ſubſtantia ſimplex, quibus congreſſus*

Digitized by Google

greſſus non convenit; hominis verò ſubſtantia compoſita. Eſſe omnino, qui nomine בני אלהים intelligant Angelos, alibi diximus: quod ipſum ex Scholis judaicis multi mutuârunt Chriſtiani; Unde *Pirke Eliez.* c. 22. *Rabbi inquit: Viderunt Angeli, qui exciderunt è cælo loco ſuo ſancto, filios* Kaini *ambulantes in nuditate carnis (ſcortatione) & fucantes oculos ſuos inſtar ſcortorum, atque vagati ſunt poſt illos, atque ſumpſerunt ex iis mulieres vel uxores, prout dicitur:* viderunt filii Dei (Gen. 6. v. 5.) filios hominum. Cujus quidem loci quatuor ab eruditis obſervantur explicationes; de quibus ζὺν θεῷ, aliâs. Vide Not. *Vorſt.* in Pirke Eliez. p. 182. Syris tamen & Arabibus pleriſque placet Patricidis ſententia. Unde *Iſa, bar Ali,* in Lexico Syro-Arabico: ܒܢܝ ܐܠܗܐ ܗܘ ܟܬܒ ܐܠܗܝܡ ܐܡܪ ܠܐܝܩܪܐ ܘܡܝܬܪܘܬܐ ܕܒܢܝ ܫܝܬ ܕܗܟܢܐ ܐܢܘܢ Bene Aloho: *Scriptura habet* Elohim (i. e. Dei) *quod dignitatem & excellentiam notat filiorum Schethi, qui tales ſunt.* Arabice ſimpliciter اولاد الله *Filii* Dei, explicantur بنو شيث *Filii Scheth.* Atque ſic filii appellabantur, qui in cultu Dei permanſerunt; qui deſciverunt, filii hominum. *Uſſer.* Annal. V. T. p. 3. Pœna horum tranſgreſſorum erat excluſio & proſcriptio è monte ſancto, obice divinitus poſito. *Patric.* p. 7. فلما ارادوا بنو شيث الذين نزلوا من الجبل الى بنات قابين اللعين ان يطلعوا الى الجبل المقدس صارت حجارة الجبل نارا فلم يتهيا لهم ان يعودوا الى الجبل *filii Schethi, qui de monte ad filias Kaini* male-

maledicti deſcenderunt , aſcendere iterum in montem ſanctum voluiſſent, factus eſt lapis montis ignis; adeò ut in montem illis non amplius aditus patuerit. II. Obiturum, ferunt, ſeriò ſuos monuiſſe, ne in errore pergerent; ſed diligenter ſuos à Kainitico conſortio reprimerent. *Elmac.* p. 9. فلما دنت وفاة يرد استدعا اخنوخ ومتوشالخ ولامخ ونوح واولادهم وقال لهم قد علمتم ما فعل اولادكم وانهم بعدوا وصية الاباء فنزلوا من الجبل واختلطوا ببنات قاين وتدنسوا بهم وانتم فاحفظوا طهارتكم فلا تنزلوا من الجبل المقدس وباركهم ودعا لهم واستخلف عليهم اخنوخ ولده الكبير *Cùm inſtaret obitus Iaredi vocavit ad ſe Enochum, Methuſchalachum, Lamechum, Noachum, eorúmque liberos, & dixit illis: Nôſtis utique, quid deſignârint filii veſtri, quódque remoto Teſtamento deſcenderint de monte, congreſſique cum filiabus Kaini, ſe polluerint. Vos ergo cavete puritati veſtræ , neque deſcendite de monte ſancto. Et poſtquam illis benedixiſſet, ſucceſſorem ijs dedit filium majorennem Enochum.* Patricides addit; فانا اعلم ان الله عز وجل لا يترككم في هذا الجبل المقدس فلكن من خرج منكم من هذا المكان فلياخذ معه جسد ادم *Novi utique Deum Opt. Max. in hoc vos monte non relicturum. Quiſquis ergò ab hoc monte è vobis migraverit; aſſumat*

ſecum

ſecum corpus Adami. Diem obitus aſſignant 12. Adar, a. M. 1922.

VII. חנוך *Enoch*.

Huic Orientales tribuunt I. *Publicam veræ Theologiæ Profeſſionem. Iuchas*. p. 5. בספרי קבלה תמצא שחנוך בן ירד הוא מטטרון ומעיד שהם יתברך ראשון ואחרון ומבלעדיו אין אלהים *In libris Kabbaliſticis invenies, Enochum filium Jaredi, eſſe Metatron* (i.e. Metatorem vel μήτωρα; vide *Lud. de Dieu*, Gen. 4. v. 24.) *qui teſtatus ſit, Deum benedictum eſſe primum & ultimum, & præter illum nullum alium eſſe*. De voce מטטרון vide *Bux*. Lex. Talmud. II. Artium & ſcientiarum notitiam, præſertim Mathematicarum. *Schalſch. hakk*. p. 92. b. Primus enim dicitur γράμματα καὶ σημεῖα οὐρανοῦ ἐγνωκέναι literas & ſigna cæli cognoviſſe. Hinc Emboliſmi traditio ab Adamo accepta Enocho aſſeritur. *Pir. Eliez*. c. 8. Unde & Arabes ei nomē dederunt ادريس *Edris*. Patricid. والعرب تسميه ادريس *Arabes eum appellant* Edris. Conſentit *Elmacinus*, ut diximus *Hiſt. Orient*. p. 22. Confer. *Lud. de Dieu*. Gen. 5. v. 24. *Geneb*. p. 14. An hinc nomen habeat, quòd Atlas, quem Græci dicunt εὑρηκέναι ἀστρολογίαν, Pænis *Duris* & *Dyris* dicitur, alii judicent; pro Atlante tamen irrepſiſſe Edris, ut *Druſius* conjecit, paulò remotius eſt. Nondum judicii, hac de re, lati pænitet in *Hiſt. Orient*. l. c. III. Fuiſſe prophetam, qui futura prędixerit. Id ipſum Scriptura teſtatur, *Iud*. v. 14 Confer *Genebr*. p. 13. cujus Prophetiæ etiam meminit *Schalſch. hakkabb*. p. 92. b. Talmud. ſentiunt שהוא במדרגה יותר גדולה ממשה ואליהו *In gradu excelſiori eſſe quam Moſen*

Moſen & Eliam. Propheticum ejus munus Gentiles non planè videntur ignorâſſe. *Annacum* tamen appellant vel *Channacum.* Unde τὰ Καννάκȣ, in Adag. *Eraſ.* Chiliad.2.Cent.8.Adag.19. ad quæ verba *Bochart.* Geog. Sac. lib. 2. p. 100. Καννάκȣ vel Αννάκȣ i. e. חנוך *Chanochi vel Enochi, quem prævidiſſe diluvium, & inde nata occaſione homines ſui temporis ad pœnitentiam & luctum invitâſſe tam ex filii nomine* apparet, *quod ominabatur hoc malum, quàm ex terribili judicii divini denunciatione; quæ extat in Epiſtola judæ. Elmac.* p. 10. وذهب قوم

ان اخنوخ هو ادريس النبي وانه انزل عليه صحيفة

الناموس المعروفة به وعلم معرفة الرمل وعلم النجامة

Concedunt nonnulli in hanc ſententiam, Enochum eſſe Edriſum, Prophetam, ad quem demiſſum ſit volumen Legum ab eo denominatum, & ſcientia tum Geomantica; tum Aſtronomica. Circumfertur ejus nomine Prophetia, de qua tamen rectè auth. *Schalſch. hakkabb.* לא נתקבלו באמונתם *Non recepti ſunt* (libri Enochi) *in fidem* (vel à religione) eorum (Chriſtianorum.)

IV. Gravia geſſiſſe bella cum poſteris Kaini. *Schalſch. hakk.* l. c. ex mente Chriſtianorum והיה לו כלחמות גדולות עם בני קין *erunt illi magna bella cum filiis Kain.*

V. De tranſlatione ejus variâ ſunt judicia. *Ratione loci*, ſunt qui dicunt, Enochum ſimpliciter tranſlatum eſſe, vel exaltatum à Deo. *Patricid.* p. 7. وفي ثلثة عشر

سنة من حياة لامخ اصطفي الله اخنوخ ورفعه اليه

Decimo autem anno vitæ Lamechi, elegit Deus Enochum, eúmque ad ſe tranſtulit. Hi, Paradiſi vel cœli nomine,

mine, dubio procul, intelligunt cælum Empyreum. *Alii* de Paradiſo terreſtri, & eo quidem, in quo collocatus erat Adamus, locum explicant. Audacter ſatis *Elmacinus*, quem aliâs ipſo Patricide in enarrandis traditionibus deprehendi parciorem, p. 9. واقام بعد ذلك في الارض يعبد الله بالطهارة مايتي سنة وكان يسال الله ان ينقله الي الفردوس الذي كان فيه ادم فتقبل الله منه ورفعه الي الفردوس حيا وعمره ثلثماية وخمسة وستون سنة *Et ſubſtitit poſtea* (poſtquam nempe genuiſſet Methuſchælachum) *in terra, colens Deum purè, annos ducentos. Rogavitque Deum, ut ſe transferret in Paradiſum in quo fuiſſet Adamus; & ratam habuit petitionem ejus, eumque in Paradiſum extulit vivum, poſtquam vixiſſet annos* 365. Atque hæc ſententia, quæ ab ipſis etiam Patribus eſt recepta, & à Pontificiis ſcriptoribus aſſerta fuit atque approbata, novis poſtea erroribus viam ſtravit, ut alio loco commodiùs à nobis diſſeretur. *Alii* cælo ſtellifero eum affigunt. Vide *Diſſert. noſt. de ſcript. ſuppoſit.* p. 57. Unde fortè natum, quod ex quodam Ægyptio ſcriptore obſervat *Elmac.* p. 10. Enochum videlicet لما رفع الي السما قاس الفلك الداير وعرف البروج التي فيها الكواكب الثابتة والجارية *Cùm fuiſſet exaltatus in cælum, menſum eſſe orbem cæleſtẽ circularẽ, & cognoviſſe δωδεκατημόριον, in quo ſtellæ fixæ & erraticæ &c. Ratione modi*; Ex Hebræis ſunt, qui volunt

Digitized by Google

eum tranſlatum בגוף ונפש *corpore & anima*. Iuchas. quē proinde adhuc vivere aſſerunt. Sic ſentiunt pauci ex Hebræis; *Geneb*. p. 14. *Alii* per mortem. *Alii* per mutationem Naturæ corruptibilis in incorruptibilem. Communi eum fato obiiſſe docent *Eſra*, aliique: vide *Geneb*. p. 13. & *Cun*. de Republ. Heb. lib. 3. VI. Poſt translationem Enochi Kainitarum impietatem incrementa ſumſiſſe magna, adeò ut Schethi etiam poſteri ad cultum Idololatricum magis magiſque propenderint, *Elmac.* p. 10. وبعد ارتفاع اخنوخ عبدوا بنو شيث وبنو قايين الاصنام وكلمن هويت نفسه شيا عبده واستغرقوا في السفاد وتظاهروا في المعاصي والرذايل *Poſtquam ſublatas eſſet Enochus, coluerunt filii Schethi, & filii* Kaini *Idola; & quod uniuscujusque placuit deſiderio, coluit illud, & immerſi fuerunt perverſitati, & mutuas ſibi porrexerunt dextras in peccatis & vitiis. Patricid.* p. 7. فلما رفع اخنوخ كانوا بنو قايين اللعين وبنو شيث الذين نزلوا اليهم كل من اعجبه شي وهويته نفسه ومالت اليه عبده *Cùm ſublatus fuiſſet Enochus, filii Kaini maledicti, & filii Schethi; qui deſcenderunt ad illos; quod cuivis placuit, libidiniq́; cujusvis convenit, eodem etiā inclinavit ſe cultus ejus*. Sed ante Metatheſin ejus Mundum jam jacuiſſe in malo, patet ex ejus vaticinio, & graviſſimis contra immorigeros denunciatis minis.

VIII. מתושלח *Methuſchælah.*

De quo ſcribunt. 1. Neminem ad ejus ætatem acceſ-

ſiſſe.

fuiſſe. *Schalſch.* p. 7. שניו תת קסט ולא חיה שום אדם כב
שנים כמוהו *Anni ejus erant 969. neque quisquam hominum tam diu vixit.* Unde in נוחלין obſervant Talmudici: ז קפלו את העולם מתושלח ראה אדם ושמשו רמג שנים
שם ראה את מתושלח ושמשו מח שנה יעקב ראה שם ושמשו
כ שנה עמרם ראה יעקב אחיה השילוני ראה עמרם ז שנים
והיה בן סא שנים בצאתו ממצרים אליהו ראה אחיה ועדין
אליהו קיים *Septem duplicârunt mundum. Methuſchælah vidit Adamum, cui ſerviit annos 243. Schem Methuſchælahum, cui ſerviit 48. annos; Iacob vidit Schemum, eique miniſtravit 20. annos. Amram vidit Iacobum: Achias Schilonites vidit Amramum ſeptem annos. Habuitque, annos 61. cùm Ægypto exiret. Elias vidit Achiam: Elias autem adhuc eſt ſuperſtes.* Varias Chriſtianorum de obitu Methuſchælachi ſententias refert *Schalſch.* p. 92. b. אומרים שמת בשנת המבול ויא שמת יד שנים אחר
המבול ועמד בגע עם אביו בימי המבול ואחרכך חזר בעולם
Ajunt, eum mortuum eſſe anno diluvii. Alii dicunt, eum obiiſſe 14. anno poſt diluvium; atque ſubſtitiſſe in horto Edenis cum parente ſuo, diebus diluvii, poſtea verò rediiſſe in mundum. Orientales conſtanter ante diluvium obiiſſe volunt. Arabes ipſum etiam diem obitus ejus deſignant. *Patric.* p. 8. وفي ستماية سنة من حياة نوح مات
ماتوشالخ يوم الجمعة نصف النهار في الحادي والعشرين

 من

من ايلول وهو توت وحنطه نوح وسيم ودفناه في مغارة الكنوز وناحوا عليه اربعين يوما *Anno* 600. *vitæ Noachi, mortuus eſt Methuſchælah die veneris circa meridiem, die* 21. *Elul, qui eſt Thout; & conditum ipſum aromatibus ſepeliverunt Noachus & Schemus ſpelunca duplicata, & planxerunt ipſum dies* 40. Conſentit *Elmacin.* p. 10. præmiſſa exhortatione & benedictione in Lamechum, fratres, & filios ejus; Noachum *item, & filios ejus Schemum, Chamum & Japhetum.* Ex Hebræis auth. *Zem. Dav.* P. 1. p. 5. ſtatuit, ætates priorum hominum ante diluvium omnes fuiſſe extinctas; & quidem ſeptimo ante diluvium die obiiſſe Methuſchælahum, colligit *Baal Hatturim,* ex verbis Gen. 7. v. 10. לשבעת הימים *poſt ſeptem dies, luctus videlicet:* Idem habet *Iuch.* p. 134. b. II. Pietatis ſtudioſiſſimum. Unde *Elmac.* l. c. teſtatur, eum دبر قومه تدبيرا جميلا *rexiſſe populum ſuum laudatiſſimo regimine.* Hinc ferè cum Noacho conjungi ſolet, ſive reſpicias ſeriem genealogicam; ſive commorationem in monte ſancto, quem tandem ſoli Methuſchelahi & Noachi familia inhabitârunt. De illa *Zem. David* P. 1. p. 6. b. *Neque verò mirandum, quod à die Nativitatis Methuſchælah anno* 687. *uſque ad annum* 1556. *qui ſunt* 869. *anni, non invenimus in ſcriptura, qui nati ſunt longo iſto tractu annorum, præter iſtos duos homines Lamechum & Noachum tantùm, quia Scriptura nobis non revelavit niſi illas generationes, ex quibus natus eſt Noachus, à quo prodierunt Patres. Cæteri autem homines, qui nati ſunt & fuerunt germina Methuſchælahi ſeu propagines reliquarum ætatum, omnes perierunt diebus diluvij.*

Digitized by Google

luvij. De hac verò *Patricid.* p.8. ولم يبق في الجبل
المقدس الا نوح وحده وامراته اسمها هيكل ابنة ناموسا
ابن اخنوخ وثلاث اولاده سيم وحام ويافث وثلاث نسوة
لهم وهن من بنات ماتوشالخ واسم امراة سيم صلبت
واسم امراة حام نحلت واسم امراة يافث ارابيسية

Neque relinquebatur in monte ſancto niſi Noachus ſolus cum uxore ſua, cui nomen erat Haichal, filia Namuſæ, filii Enochi; & tres filii Schem, Cham & Japheth, & tres ipſorum, uxores, quæ filiæ erant Mathuſchælahi. Nomen uxoris Schemi Zalbeth (alii codices habent Zalith) *Chami, Nahalat; Japhethi Araſiſia.*

IX. למך *Lamech.*

Lamechum Orientales appellant I. Primum bigamum. *Schalſch. hakk.* p.7. הוא היה ראשון להחזיק ב׳ נשים א׳ לפריה ורביה והיתה יושבת נזופה ואבלה אלמנה ואי׳ ליופי והיה משקה אותה כוס של עקרין שלא תלד ומקשטה ככלה ומאכילה מעדנים *Primus ille duas duxit uxores, alteram quidem παιδοποιΐας ἕνεκα, quæ tamen contempta ſedebat viduæ inſtar; alteram verò ad ornatum, quam potu ſterilem fecerat ne pareret; Hanc variis ornamẽtis, inſtar ſponſæ, inſtruxit, & delicatè habuit.* II. Homicidam. Hunc ipſum enim Kainũ interfeciſſe volunt

 qui-

Digitized by Google

quidam. Vide ſupra. Alii tamen Lamechum illum Kaini appellant abnepotem, hujus quidem σύγχρονον; ab eo tamen diverſum. Vide *Genebr.* p. 12. III. Multa habent de conſtitutione primi Sacerdotis Melchiſedeci, per Lamechum denominati, quorum tamen contraria relatio fidem meritò elevat. Aliter enim à *Patricide* proferuntur p. m. 8. aliter ab *Elmacino* p. 10. IV. אומרים שבימיו נתפרסמו החטאות ומעשה כשפים בכל העולם *Ajunt, diebus ejus divulgata eſſe peccata, & Magiam per totum orbem*; Schalſch. p. 92. b.

X. נוח *Noachus*.

Noachi hujus, ob immiſſum Mundo diluvium, crebra apud Orientales mentio. Tradunt autem 1. Noachum pietatis laudem obtinuiſſe. *Elmac.* p. 11. العاشر من ادم نوح ابن لامخ كان رجلا صالحا تقيا سار بين يدي الله سيرة حسنة بكل التقوي والطهارة وخشية الله تعالي *Decimus ab Adamo fuit Noachus filius Lamechi, vir integer & pius, & qui coram Deo ambulavit via pulchra, in omni pietate, ſanctitate, & timore Dei.* II. Uxorem habuiſſe, quam alii vocant Haikal; *Patric.* alii טיציאה *Schalſch.* p. 92. Alii נעמה *Id.* p. 7. b. Alii אריציאה ab ארץ *terra*, להיותה אם כל חי *quod mater eſſet omnium viventium.* Id. p 92. III. Ejus ætate ſceleribus & flagitiis Kaini pariter & Schethi poſteros fuiſſe coopertos. *Patric.* p. 8. فلما كثر الفساد في الارض

اختلطا

Digitized by Google

اختلط اولاد شيث باولاد قاين اللعين فاستعملوا الفسق
واعتكفوا على الملاهي *Cùmque creviſſet corruptio*(pravi mores invaluiſſent) *in orbe, permixti ſunt filii Scheth, filiis Kaini maledicti*, & *operati ſunt frequenter iniquitatem, & aſſiduam dederunt operam inſtrumentis luſorijs, ludicris.* Clarius *Elmac.* p. 11. فلم يبق في الجبل سوي
نوح واولاده الثلاثة وزوجته ونسا اولاده وعده الجميع
ثمانية انفس ونزل جميع اولاد ادم الي اسفل الارض
واختلطوا ببنات قاين وانغرقوا على المعاصي وعبدوا
الالهه الغريبة وفسدت الارض وامتلت فجورا *Neque remanſit in monte quiſquam præter Noachum, & filios ejus tres, uxorem, & nurus ejus, ita ut numero eſſent octo. Deſcendentes autem omnes filii Adami in infimam terræ regionem, commixti ſunt filiabus Kaini, & immerſi peccatis, Deos coluerunt alienos: Atque ſic terra corrupta, atque impleta fuit laſcivia.*

III. Juſſum proinde Noachum extruere arcam, quâ ipſe cum familia ſua, à diluvio conſervaretur. De fabrica hujus arcæ, ejus longitudine & contignationum deſcriptione, fusè loquitur *Patricid.* p. 9. فاوحي الله الي
نوح اني مرسل على الارض طوفان واهلك كل شي
يوجد عليها وامره ان ينزل من الجبل المقدس
هو واولاده

هو واولاده وامراته ونسا اولاده ان يعمل سفينة من خشب مربع وقال قوما من خشب الساج يكون طول السفينة ثلثماية ذراعا وعرضها خمسون ذراعا وعلوها ثلاثون ذراعا ويلطخها من داخل ومن خارج بالزفت والقير ويجعل فيها ثلاث طبقات الطبقة السفلي السباع والبهايم والطبقة الوسطى للطير والطبقة العالية له وابنيه ويصير باب السفينة في جانبها من الناحية الشرقية ويصير فيها امكنة للماء وموضع للطعام *Et inſpiravit Deus Noacho: Ecce immitto terræ diluvium, ut perdam quicquid in ea exiſtit: Præcepitque ei, ut deſcenderet de monte ſancto, cum liberis, uxore, & uxoribus filiorum ſuorum; juſſit etiam eum parare navem de lignis quadratis, (alii platanum Indicam fuiſſe volunt) cujus longitudo eſſet* 300. *cubitorum, latitudo* 50. *cubitorum, altitudo* 30. *cubitorum, & oblitam eam intrinſecus & extrinſecus pice, diſtinxit tribus contignationibus. Infima contignatio fuit deſtinata feris, beſtiis: Media avibus: Suprema ipſi, filiiſque ejus: Utque navi à latere Orientali fores adderet; loca etiam recipiendæ aquæ pararet; & aſſervando cibo.* Eandem verò τρίστεγον diſtributionem habet *Eliez.* in capit. c. 23.

V. Conſtruendæ arcæ impenſos fuiſſe annos centum, (alii tamen ponunt 52. vide *Pirk: Eliez.* c. 23.) quibus ad pænitentiam juſtitiæ præco immorigeros excitârit. *Elmac.* p. 11. واقام نوح يعمل الفلك ماية سنة وهو ينذرهم

ينذر الناس ليرجعوا من الخطايا وهم مستمرون على
عصيانهم ولا يرجعون من اثامهم *Toto autem centum annorum decurſu immoratus eſt fabricæ Navis: hominéſque monuit, ut à peccatis revertantur. Illi verò perſiſtebant in ſua rebellione, néque reverſi ſunt à peccatis ſuis. Patricides* ſcribit, hac ipſa fabricæ occaſione pœnitentiæ fuiſſe admonitos: واوحي الله اليه بان يعمل
ناقوسا من خشب الساج طوله ثلثة اذرع وعرضه ذراع
ونصف ويكون من يرتبه منه ويكون يضرب به ثلاث
مرات بالنهار بالغداة لتجمع اليه الصناع ونصف النهار
اخري لوقت الغدا وبالعشي اخري لوقت الانصراف
فقال له اذا استعوك تضرب بالناقوس فقالوا لك اي
شي هذا الذي تصنع فقل لهم ان الله يرسل الطوفان
Et inſpiravit Deus illi, ut faceret crepitaculum ligneum (loco campanæ; quo etiamnum Chriſtiani Orientales precationis tempora indicant: éſtque lignum durum, oblongum, è duabus chordis ſuſpenſum, quod fuſte ويبل dicto percuti ſolet) *è platano Indica, cujus longitudo ſit trium cubitorum, latitudo cubiti cum dimidio; eique aliquem præficeret, qui ter illud quotidie percuteret; manè, ut congregentur ad ſe operarij; circa meridiem, ad ſumendum cibum; & veſperi, tempore receſſus ſive quietis. Dixitque, ſi audiverint*

verint te percutientem ligneum crepitaculum, dixerintque: Quid eſt illud, quod facis? Dicito illis, Deus immiſſurus eſt diluvium.

VI. Noachum, antequam eſſet arcam ingreſſus, Patriarchas, eorundemque corpora in ſpelunca duplicata oſculatum fuiſſe, Adami verò corpus in arcam tranſtuliſſe. *Patricid.* p. 9. فدخل نوح الي مغارة الكنوز
فقبل جسد شيث وانوش وقينان ومهلاييل ويارد
وماتوشالخ ولامخ وحمل نوح جسد ادم *Ingreſſus autem fuit ſpeluncam duplicatam, & oſculum fixit corpori Enoſchi, Kainani, Mahalaëlis, Jaredi, Mathuſchælahi, & Lamechi: Et tulit Noachus corpus Adami.* Et paulò poſt: فدخل نوح السفينة وزوجته واولاده ونساء
اولاده وحمل نوح في السفينة جسد ادم وجعله في وسط
السفينة والقربان فوقه وكانوا نوح وبنوه في شرقي
السفينة وزوجته وزوجات بنوه في غربي السفينة لئلا
يجي الرجال الي النسا ولا النسا الي الرجال *Et ingreſſus eſt Noachus Navem, cum uxore, & nuribus, tranſlatúmque in eam Adamum poſuit in media navi, ſupra locatis muneribus* (auro vid. thure, myrrha) *Noachus autem cum filiis ſuis habitabant in latere Orientali, uxor ejus & uxores filiorum ejus in occidentali, ne viri accederent mulieres, aut hæ illos.* Hoc poſterius lemma & Hebræi obſervant. *Pirke Eliez.* c. 23.

VII. Tempus ingreſſus variis deſcribitur circumſtantiis.

ſtantiis. *Schalſch.hakkab.* p. 7. בשנת תק לנח נצטוה על התיבה ואומר המדרש שהיה בן תפ שנים ועשה התיבה בזמן קכ שנים ובשנת תרא יצא *Anno 500. præceptum eſt Noacho, ut pararet Arcam. In Midraſch verò habetur, eum egiſſe annum 480. arcam autem feciſſe ſpatio 120. annorum; & anno 601. exiiſſe. Elmac.* p. 11. ودخل نوح واولاده ونسوانهم وكلمن امره الرب الي الفلك في يوم الجمعة السابع والعشرون من ادار سنة الفي ومايتي وستة وخمسين سنة للعالم *Et introivit Noachus & filii ejus, & uxores eorum, & quoſcunque aſſumere juſſit Dominus in navem, die veneris, menſis Adar 27. anno 2256. Mundi, ex* Græcorum videlicet Epocha.

VIII. Arcam, 150. diluvii diebus elapſis ſubſtitiſſe in monte Ararat, (quæ & plerorunque ſententia eſt ſcriptorum) ubi & urbem Noachidæ extruxerint. *Patricid.* p. 10. فا ستقرت السفينة في الشهر السابع في سبعة عشر يوما من الشهر وهو شهر ايلول وهو توت على جبل يقال ارارات وهو الجبل الجودي بالموصل بارض ديار ربيعة في قرية يقال لها فردا وتعرف في اليوم بارض ثمانين وبجزيرة بني عمر *Et ſubſtitit navis menſe ſeptimo die menſis 17. qui menſis Elul dicitur, & Thout, in monte Ararat, qui & mons Ghouda vocatur in Mouzal, terra*

 Diar-

Diar-Rebia, *in urbe Phorda* (ita & Elmac. legit pro קרדא Kurda) *quæ hodie terra vocatur Themanin*, *&* *Inſula filiorum Omar*. Idem propemodùm, ſed contractius refert *Elmac*.p.12. *Schalſch.* ex Joſepho, quod & in Seph. *Iuchas*.p.134. repetitur ואומר יוסיפון כי עדיין רושם יש כמנה על הרי אררט היא ארמיניא וביכי. חקדמונים היו מתרפאים כמו היום עם חטוריאקה *Dicit Joſephus, adhuc extare veſtigia arcæ in montibus Ararat*, *quæ eſt Armenia*, *& quod olim medicinæ adhibuerint*, *ut nunc Theriacam.* Locus Joſephi extat. lib.1.c.4. Antiq. De montibus autem illis Kordæis, Gordyæis, vel Ghudæis, conſulatur *Full.Miſcell*.1.c.4. Simſon. p. 8. *Bochart.* Phaleg.l.1.c.3. De extructione autem urbis clarius *Elmac.* p.12. وبنا نوح واولاده عند قرية فردا مدينة وسموها ثمانين على عدد هم *Extruxit autem Noach*, *& filii ejus propè Phorda* (Korda) *urbem*, *quam appellârunt Themaninam*, *nempe pro ratione numeri ipſorum*, quaſi dicerent, ut ſupplet *Patricid.* p. 10. نحن ثمانية انفس *nos octo ſumus*, qui ſcil. evaſimus. Hujus urbis frequens eſt mentio apud Orientales. Vide Hiſt. *Elmac. Sarac*.l.1.c.1. *Geograph, Nub.* Par. 6. clim.4. *Bochar*.l. c. p. 20. Turpiter falluntur, qui hujus urbis nomine Sobtam intelligunt, quæ Caſtiliam ab Africa diſcernit. Vide *Zem.Dav*.P.11.p.4. Sobtæ hujus ſive Sebtæ meminimus *Hiſt.Orient*.p.194.

IX. Agriculturam, & ampelurgiam ab eodem tum reſtitutam, tum inventam. De illa Zohar, Paraſch.

raſch. 1. נח תקן הכלים לעבודת האדמה *Noachus fabricavit inſtrumenta agriculturæ inſervientia*: de hac *Elmac*. p. 12. وفلح نوح الارض وغرس فيها كرما وشرب منه خمرا *coluit autam Noachus terram, & plantavit in ea vitem*, (allatam ex Paradiſo, *Pirke Eliez*. c. 23.) *& bibit de ea vinum*. Patricides tamen ad filios Noachi refert, p. 10. ونصب بنو نوح كرما *Et plantârunt filii Noachi vitem*: contra Scripturam, quę Noacho expreſsè ampelurgiam hanc vendicat, *Gen*. 9. v. 20. quale & illud eſt, quod ipſe Noachus, arca egreſſus, & leonis morſu læſus non aptus fuerit offerendis ſacrificiis, & quod שם בנו הקריב תחתיו *Schem ejus filius, loco ejus obtulerit*, Schalſch. p. 7. b. contra *Gen*. 8. v. 19. & reliquorum Rabbinorum judicium. Vide *Pirke Eliez*. c. 23. ſub finem. Item, quòd præter Schemum, Chamum, & Japhetum alium habuerit filium, cui nomen Joniko, qui למד בעולם חכמת התכונה ולמד לנמרוד אופן המלחמה *Qui & Aſtronomiam docuerit, & Nimrodum artem ſive modum bellandi*. Iuchas. p. 135. a. Quo & illud meritò refertur, non Noachi tantùm filios, ſed & Ogum fuiſſe ab aquarum eluvie ſervatum: *Iuchas*. p. 4. a. Tandem & modeſtiæ limites tranſiliunt, qui Melchiſedeco, quem Sacræ literæ, quod proſapia ejus & ſeries Genealogica judæis eſſet ignota, ἀπάτωρα appellant & ἀμήτωρα, non nomen tantùm, ſed & talem aſſignant ſacerdotii Ideam, de

qua altum in Scriptura ſilentium. *Elmacinus* breviter, p. 12. ولما دنت وفاته اوصي سام ولده ان ينقل جسد
ادم ويجعله في وسط الارض ويرتب ملشيساداق ابن
فالق عند قبره لخدمته لانه كاهن الله العلي
Cùmque inſtaret dies obitus ejus, teſtamento præcepit Schemo filio ſuo, ut transferret corpus Adami, illúdque poneret in meditullio terræ, & conſtitueret Melchiſedechum, filium Pelegi, miniſtrum ad ſepulchrum ejus, quia ille eſt ſacerdos Dei altiſſimi. *Patricid.* fuſius, p. 11.

فلما قرب موت نوح اوصي ابنه سيم سرا وقال له اخرج
جسد ادم من السفينة ولا يعلم بك احد وخذ معك خبزا
وخمرا لمعونة الطريق وخذ معك ملشيسادق ابن فالق
فاذهبا حتي تجعلاه حيث يريكما ملاك الله واوصي
ملشيساداق وقال له تجلس في ذلك الموضع ولا يتخذ له
امراة ويكون ناسكا ساير ايام حياته لان الله اختاره
ان يخدم قدامه ولا يبني له بيتا ولا يهرق هناك دما لا
سبع ولا طير ولا شي من الحيوان ولا يقرب هناك قربان
الا خبزا وخمرا يكون يقرب لله ويكون لباسه من جلود
السباع ولا يحلق شعره ولا يقص اظفاره ويكون وحده
لانه كاهن الله العالي وملاك الله يسير بين يديكما
حتي تبلغا الي الموضع الذي تدفنان فيه جسد
ادم واعلم ان الموضع هو وسط الارض *Cùm dies mortis*

tis ejus inſtaret , clam teſtamento filio ſuo Schemo injunxit, dicens : Effer corpus Adami ex arca , quod tamen nemini innoteſcere velim : Accipe autem tecum panem & vinum in viaticum : Adjunge etiam tibi Melchiſedekum, filium Phalegi, & abeuntes diſponite illud in loco, quem monſtraverit vobis Angelus Domini. Melchiſedeco autem præcepit, ut ibidem ſederet, cælebs, Deo devotus omnibus diebus vitæ ſuæ ; quòd Deus eum elegiſſet, ut miniſtraret ſibi : Nullam ſibi domum extrueret, neque ſanguinem ibi funderet ferarum, aut avium, aut quorumlibet animalium; neque aliud ibi Deo offerret ſacrificium quàm panem & vinum ; veſtimentum ejus eſſet de tergoribus ferarum , neque tonderet capillitium ſuum, aut reſcinderet ungues ſuos: ſolúſque eſſet, tanquam ſacerdos Dei Altiſſimi. Angelus autem Dei ambulabit vobiscum, donec perveniatis ad locum, ubi ſepeliatis corpus Adami ; tu autem ſcito, locum illum eſſe terræ meditullium.

X. Noachum ex quinario illo fuiſſe numero, qui novum viderint Mundum. *Schalſch. hakk.* p. 7. ה׳ ראו עולם חדש נח׳ יוסף משה איוב מרדכי *Quinque viderunt novum mundum, Noachus, Joſephus, Moſes, Jobus, Mardocai.*

XI. De obitu Noachi ſcribit *Patricides*, p. 11. مات نوح يوم الاربعا لساعتين من النهار ليومين خلتا من ايار وهو بشنس وكانت حياة نوح تسعماية وخمسين سنة وذلك في اربعماية وخمسين سنة من حياة سام فحنطه اولاده

اولاده سيم وحام ويافث *Mortuus eſt Noachus diei quarti horâ ſecundâ matutinâ, die ſecundo Iiar* : Erat autem vita Noachi 950. annorum; idque anno 450. vitæ Schemi, & condiverunt ipſum filii ejus, Schem, Cham & Japhet. Idem refert *Elmac.* p. 12.

XI. שֵׁם *Schem.*

De Schemo tenendum I. Eſſe, qui velint, eum fuiſſe Melchiſedekum. *Schalſch.* p. 93. a. יש אומרים שהוא מלכי צדק והוא היה ראשון להתחיל בנין חומות ירושלם *Sunt, qui dicunt illum fuiſſe Melchiſedekum; adeóque primum, qui inceperit extructionem murorum Hieroſolymitanorum.* Et p. 7. אומר המדרש שהוא היה מלכי צדק מלך שלם *Midraſch ait; Eum fuiſſe Melchiſedekum, Regem Schalemi.* Pirke Eliez. c. 8. *Noach tradidit* (arcanum intercalationis) *Semo, qui ingreſſus ſecretum embolíſmi annum intercalavit; & vocatus fuit Sacerdos, eò quòd eſſet primogenitus, & miniſterio fungeretur die & nocte, hinc appellatus fuit ſacerdos juxta illud:* Et Melchiſedek Rex ſalem &c. Gen. 14. 18. Confer. c. 27. ſub finem. Contrarium tamen aſſerunt Arabes *Patricid.* p. 12. & *Elmac.* p. 13.

II. Schemum fuiſſe Patrem fidelium. *Pirke Eliez.* c. 21. & 22. vide ſupra. *Vorſt.* Not. in lib. cit. p. 182. *Semum eſſe patrem juſtorum, Kainum verò impiorum iiſdem verbis traditur c. 21. & 22. Poſteros Kain in vagam libidinem atque inceſtum pronos fuiſſe non vanè conjicitur, quanquam certò dici nequeat, omnes Sethi poſteros planè à fœdis hiſce flagitiis immunes fuiſſe.*

III. Mul-

Digitized by Google

III. Multas vidiſſe generationes. *Schalſch. hakk.* p. 7. האריך שנים עד שראה יב דורות *Prolongata eſt vita ejus, usque dum vidit* 12. *generationes.*

IV. Tradunt Arabes, Schemum, comite Melchiſedeko, ſepeliviſſe Adamum. *Elmac.* p. 13. قال ودكر سام وصية ابوه من اخذ جسد ادم فلما حضر ملشيساداق ابن فالق وكان صالحا ناسكا وقال له ان نوحا اوصا ان تاخذ جسد ادم وتدفنه في وسط الارض فنمضي انا وانت وندفنه ومضي سام وملشيصادات رفعهما جسد ادم فظهر لهم ملاك الرب وكان يمشي امامهما الي ان وصلوا الي الجمجمة فدفنوه هناك حيث امرهم ملاك الرب *Ajunt: Et memor fuit Schem Teſtamenti patris ſui de tollendo corpore Adami. Cúmque præſens fuiſſet Melchiſedekus filius Phalegi, vir pius & Deo devotus, dixit ei: Noachus præcepit, ut acciperes corpus Adami, illúdque ſepelires in meditullio terræ. Eamus igitur, ego & tu, illúdque ſepeliamus. Abiit ergò Schemus & Melchizedekus ut tollerent Adami corpus: Et apparuit iis Angelus Domini, qui prævit ipſis, uſque dum pervenerunt ad locum calvariæ, ubi ſepeliverunt ipſum, quemadmodum præcepit iis Angelus Domini.* Idé extat in *Patric.* p. 12. additq; Schethi ad Melchiſedekum manda-

mandatum ; ثم اوصي سيم لملشيساداق بكلما قال له نوح فقال له اجلس هاهنا وكن كاهنا الله دان الله قد اختارك تكون تخدم قدامه وهدا ملاك الله ينزل اليك في كل وقت ثم رجع سيم الي اخوته فقال له فالق اين الفتي ملشيساداق فقال له سيم مات في الطريق فدفنته فحزنوا عليه حزنا شديدا *Tum injunxit Schem Melchiſedeko, quicquid in mandatis accepit à Noacho, dixitque ei: Sede hic, & eſto ſacerdos Dei: Deus enim te elegit, ut ſervias illi: Hic autem Angelus ſemper ad te deſcendet. Poſtea reverſus eſt Schemus, ad fratres ſuos, dixitque ei Phalegus: ubi eſt filius meus Melchiſedekus? Reſpondit ei Schem, mortuus eſt in itinere, eúmq; ſepelivit: Et planxerunt eum planctu magno. Elmac.* p. 13. وعاد سام ومن معه داشاعوا ان ملشيساداق عدم في الطريق فحزنوا عليه *Et reverſus eſt Schemus, & qui cum illo erant, & vulgatus eſt rumor, Melchiſedekum defeciſſe in via, & triſtati ſunt propter eum.*

V. De morte Schemi *Elmacin.* p. c. ومات سيم في شهر ايلول يوم الجمعة لتمام الفي وسبعماية وثمانية وخمسين سنة للعالم وحنطوه ودفنوه وناحوا عليه *Et mortuus eſt Schem menſe Elul, die veneris ad finem anni 2758. creati Mundi, & conditum ſepeliverunt, luxerúntque ipſum.*

VI.

VI. Schemi poſteros univerſam incoluiſſe terram habitabilem. *Pirk. Eliez. c. 24. Benedixit Schemo, ejuſq; filiis, ut nigri ac pulchri eſſent, ac poſſiderent univerſam terram habitabilem. Benedixit Chamo, ejúſque filiis, ut nigri inſtar corvi eſſent, ac poſſiderent littus maris. Benedixit Japhet atque illius filiis, ut omnes ille eſſent albi & formoſi, atque poſſiderent deſertum & campos.*

XII. ארפכשד *Arphacſchad.*

I. Derivant nonnulli ab hoc Chaldæos. *Schalſchel.* p. 93. ארפכשד ממנו יצאו כלדיים ואומרים שבימיו התחילו לבנות עיר בבל מטרופולין לזאת האומה *Arphacſchad, à quo prodierant Chaldæi, dicúntque, ejus diebus incepiſſe extruere urbem Babel, quæ nationis illius eſt Metropolis.* Hanc tamen ſententiam Critici recentiores rejiciunt. Vide Bochart Phal. l. 11. c. 4.

II. Arabes illi tribuunt filium Kainan. *Patricid.* p. 11. فارفخشد بعد ماية وخمسة وثلاثين سنة ولد له قينان *Arphacſchado, poſt annum 235. natus eſt Kainan.* Elm. p. 15. appellat eũ قينان الثاني Kainan ſecundũ ما وضعوه اليهود في تواريخهم مع ما وضعوه من مواليد الابا ايضا *Kainan ſecundũ, quem judæi non annumerant iis, quæ de generationibus Patriarcharum habent.* Habetur etiam in verſione LXX. virali, & apud Lucam; ad textum tamen Hebræum non pertinet. Unde *Genebrardus: Corruptè apud LXX. Interpretes Arphaxad dicitur genuiſſe Kainan, & Kaina Selam. Nam nullum exemplar Hebraicum hoc loco hujus mentionem facit. Quin*

etiam vetuſtiſſimi Hebræi nominatim notant, à Noë ad Abrahamum tantùm decem eſſe generationes, quot erant ab Adam & Noe. B. quidem Lucas undecim numerat, ac Kainan infert in hunc ordinem, ſed id Græcorum, ad quos ſcribebat, & quibus ſola exemplaria LXX. nota erant, cauſa. Poſſet etiam dici, Arphaxad genuiſſe Selam per intermedium Cainan. Nam ſæpe Hebræis gignere tam majoribus reliquis, quàm proximis parentibus tribuitur. Noſtrum de hoc Kainane judicium habes in *Theſ. Philol.* p.176.

III. De ejus obitu *Elmac.* ومات ارفخشد في نيسان سنة الفي وستماية وستة وتسعين سنة للعالم *Mortuus eſt Arphacſchad menſe Niſan a. M. 2696. Anno Iſaaci* 48. Schalſch. p. 7.

XIII. שלח *Schelahus.*

Pauca de hoc referunt Orientalium ſcriptores. *Elmacinus*, p. 14. الرابع عاشر من ادم عليه السلام شالح ابن قينان عاش ماية وثلاثين سنة واولد عابر فذلك في سنة الفي وستماية وثلاثة وخمسون سنة للعالم وعاش بعد ذلك ثلثماية وثلاث سنين فجميع عمره اربع ماية وثلاثة وثلاثين سنة ومات في ادار وهو قد مات لتمام الفي وتسعماية سنة وخمسين سنة للعالم *Decimus quartus*

tus ab Adamo, ſuper quo pax, eſt Schalechus filius Kainan, qui poſtquam vixiſſet annos 130. *genuit Eberum, anno* 2653. *à conditu Mundi; Poſteáque vixit* 303. *annos, annique vitæ ejus omnes erant* 433. *obijtque in Adar, qui Barhamath dicitur ſub finem* 2950. *anni à creatione Mundi.* Sequuntur Arabes rationem ſupputandi Græcorum, qui ab Hebræorum exemplaribus longè recedunt. Hebræi, ad ætatem Noachi, numerant annos 1656. Septuaginta corruptè, ut ipſe judicat Genebrardus, habent 2242. i. e. 586. præter juſtum numerum, ut ita Methuſchælachus 14. annos poſt diluvium vixiſſet. Ita hæc ſecunda ætas ad Abrahamum, Hebręorum calculo, abſolvitur 292. aut 293. Græcorum 942. accedente mantiſſa annorum 650. In cæteris tamen ferè conveniunt, uno tantùm & altero anno ad migrationem differentes.

XIV. עבר *Eberus.*

De Hebero ſequentia ex Orientalium ſcriptis obſervare licet. I. Heberum fuiſſe Prophetam; vel quod filio impoſuit nomen, ut *Iarchio* placet, ad Gen. 10. v. 25. & *Seder ol. Rab.* vel quòd contra Idololatras illius ætatis graviter detonuerit. Vide *Hiſtor. Oriental.* p. 27.

II. Heberum hunc Arabum eſſe Hudum. Vide *Ibid.*

III. Heberum eſſe patrem Hebræorum. *Patricid.* p. 12. وعابر هو ابو العبر انيين والعرب تسميه هود

Eber eſt pater Hebræorum, quem Arabes Hud appellant. Elmac. p. 14. وهذا عابر هو ابو العبراني وتكلم هو واولاده با لعبراني *Hic Heber, Pater Hebræorum locutus eſt Hebraicè ipſe, & filii ejus.* Schalſch. hakk. p. 803. אומרים שממנו לקחו היהודים את שמם עברי ועליו וזרעו נשאר לשון הקדש ובראשונה היה נקרא זה הלשון לשון אומנה *Dicunt, ab eo Judæos nomen accepiſſe Hebræorum; in quo etiam, & ſemine ejus, relicta eſt Lingua ſancta: Initio autem hanc linguam appellatam fuiſſe Umanah.* Hoc poſtea nomen manſit Abrahami poſteris. *Perer.* in Gen. *Riber.* in Jon. c. 3. *Simſon* p. 9. Syri ſuam Linguam faciunt antiquiſſimam. *Kircher.* Oedip. Tomo 11. claſſ. 2. p. 51. mentionem facit verſionis Maronitarum, ubi inter alia; وشقت الالسن واختلاف لغتهم السريانية *Et confuſæ ſunt linguæ, & diviſio facta eſt Linguæ eorum Syriacæ.* Ita *Ephremus* vocat Syriacam Linguam ܡܒܘܥܐ ܕܟܠ ܠܫܢܐ ܥܬܝܩܬܐ *Fontem omnium Linguarum antiquarum.* Idem aſſerit *Georgius Amira*, alumnus Collegii Maronitarum, poſtea Epiſcopus Antiochenus, & Primas Montis Libani: ſed & recentiores ſcriptores conſentiunt. Vide *Myric.* Grammat. Syr. Neque deſunt, qui Græcæ hanc deferunt πρωτοκαθεδρίαν. *Patricid.* p. 13. وكان الناس يومين لغتهم واحدة وكلامهم واحد فقال قوما كانت لغتهم السرياني وقال قوما كانت لغتهم اليوناني وهم عندي اصدق لان لسان اليوناني احكم واعرض واوسع من لسان السرياني والعبراني *Fuit autem hominum tum Lingua*

Lingua una, & ſermo unus. Quidam volunt Syriacum fuiſſe, alii Græcum, quæ mihi ſententia videtur verior, quia Lingua Græca ſapientiæ, amplitudinis & latitudinis majus obtinet nomen. Sed pridem hanc palmam reportavit Lingua Hebræa. Inepte *Kirch.* diſtinguit inter Linguam doctrinalem & Idiomaticam ſive uſualem. Illam Hebræam fuiſſe vult, non omnibus notam, & indiſciplinis tradendis adhiberi ſolitam; hanc Chaldaicam vel Aſſyriacam Hebreæ vicinam, totíque nationi communem. Una fuit Lingua, non duæ. Quòd Hebraicæ Linguæ nomen Syriaſmo tribuatur, factum improprie, & quod ea intelligatur Dialectus, quæ ex puro Hebraiſmo & Syriaſmo eſt mixta. Sed hæc alius ſunt loci.

IV. Ætate ejus conſilium fuiſſe captum de extruenda turri Babylonica. *Elmac.* p. 14. وفي ايام عابر تشاوروا الناس ان يبنوا برجا يبلغ السماء قالوا ليكن لنا ذكرا قبل ان نفترق فاقاموا ثلثه سنين يعملون اللبن ويشوونه وكان طول اللبنة ثلاثة عشر ذراعا وعرضها عشرة اذرع وسمكها خمسة اذرع وبنوا مدينة طولها ثلثماية وثلثه عشر باعا وعرضها ماية احد وخمسين باعا وعملوا برجا ارتفاعه خمسة الف وخمس ماية ثلاثه وثلاثين باعا فاقاموا يبنون اربعين سنة وكانت الارض كلها لغة واحدة وفيما هم يبنون بعث الله ملاكا من السما وبلبل السنتهم وغير لغاتهم وكان

احدهم

احدهم يتكلم فلا يدري الاخر ما يقول فسمي ذلك الموضع بابل لان فيه تبلبلت الالسن *Diebus autē Heberi conſiliū inierunt homines de ædificanda turri, quæ cælū attingeret, ut memoriā noſtri, inquiunt, relinquamus, antequam diſpergamur*. (Hanc cauſam confirmat etiam *Uſſer*. Annal. p. 5. non longè abit *Simſon*. p. 10.) *Tres autem impenderunt annos conficiendis & coquendis lateribus, quorum unusquisque longitudinem habuit* 13. *cubitorum, latitudinem decem cubitorum, altitudinem quinque cubitorum. Et extruxerunt urbem, cujus longitudo* 313. *orgyiarum, latitudo* 151. *orgyiarum, fecerúntque turrim, cujus altitudo* 5533. *Orgyiarum, & annos jam in hac ſtructura conſumſerant quadraginta. Tota autem terra unius erat labii. Dum autem ſtructuræ intenti eſſent, miſit Deus Angelum de cælis, qui linguas eorum confunderet, & Dialectos eorum mutaret, adeò ut hic loqueretur, quod ille non intelligeret. Hinc locus appellatus fuit Babel, quod ibi linguæ fuerint confuſæ*. Iiſdem fere utitur verbis *Patricid*. p. 13. niſi quòd initio ſtatim & numerum eorum, qui operi præfuerunt, exprimat; & aliam cauſam impulſivam ſuſceptæ θεομαχίας, enarret:

واجتمع منهم اثنين وسبعين رجلا فقالوا نبني مدينة ونحصنها بحصين ونبني برجا يبلغ الي السماء لئلا يكون طوفانا ما ونخلص منه *Et congregati ex illis LXXII. viri dixerunt: Extruamus urbem, & muniamus eam munimento; ædificemúſque turrim, quæ ad cælum pertingat; ut, ſi quando diluvium ingruat, ſervemur ab illo.*

V. Ido-

V. Idololatriam, vel Ἀνθρωπολατρείαν hac ætate vehementer invaluiſſe. *Elmac*. p. 28. وقال بعض المورخين ان
في ايام عابر كان الناس يصورون من عرف بشجاعة او
راي جيدا من اكابرهم صورة واذا ارادوا ان يتشاوروا
في امرهم اجتمعوا عند الصورة حتي كان صاحب
الصورة في الشورة قال وهذا كان سبب عبادة الاصنام
فان اكابرهم ماتوا وفنوا فجا اولادهم واولاد اولادهم
فسجدوا لتلك الصورة ولم يعلموا القصود بها وكلمهم
الشياطين منها وعبدوها *Tradunt quidam Hiſtorici, homines, ætate Heberi, effigiâſſe* (ut Auguſtini voce Arabicum verbum reddamus) *majores ſuos, quicunque fortitudinis aut pulchritudinis nomine inclaruiſſent. Quotieſcunque autem in negotiis ſuis conſilio opus habuerunt, confluxerunt ad imaginem, adeò ut poſſeſſor imaginis quaſi conſiliarius fuerit. Atque hanc ajunt cauſam fuiſſe Idololatriæ: ſi quando enim Majores mortui fuerunt & expirârunt, acceſſerunt filii & nepotes & adorârunt ejus imaginem, ignari tamen quo fine; & locuti ſunt ex iis Dæmones, quos coluerunt*. Patricides. p. 12. وفي
ايامه كانوا الناس يصورون كل من عرف بالشجاعة
اوبحسن الصورة او ذو مشورة حسنة او صاحب ذكر جميل
فيعبدونه وانما كان سبب عبادتهم الصور انهم

 كانوا

Digitized by Google

كانوا قديما ادا مات منهم الرجل دو الراي الجميل
والمشورة الحسنة والشجاعة يصورونه في المجالس فادا
احزنهم امر فارادوا فيه مشورة اجتمعوا عند تلك الصورة
ويشاورون كان تلك الصورة معهم في المشورة ليلا
يعدمون في مشورتهم صورة احدا ممن تقدمهم فلما
تمادوا في دلك عبدوا الصور *Diebus autem ejus effingi cæperunt viri, vel fortitudine, vel venuſtate, vel prudentia celebres, aliámve ob cauſam memoria digni, quos etiã coluerunt. Cauſa verò cur hæ imagines colerentur, hæc eſt: Quoties vir prudens, conſilii plenus, fortis, fuit mortuus, ejus in conſeſſibus ſuis effigiem expreſſerunt: Si quid triſte illis contigit, quod conſultationem requireret, ad imaginem iſtam fuerunt congregati, ut conſulerent eam. Atque ſic ſemper in ſuis conſiliis habuerunt præſentes imagines, adeò ut ne unus ex Anteceſſoribus deſideraretur; dúmque conſuetudini huic adhæſerunt, ipſas tandem imagines coluerunt.* Mortuus dicitur Heberus menſe Kanun ſecundo, qui & Touba. *Patric.* p. 15.

XV. פלג *Phaleg*, ſeu *Peleg*.

I. Nomen Pelegi à diviſione Gentium, & confuſione Linguarum ipſi impoſitum, conſtanter omnes aſſerunt. Differunt tamen ratione temporis. *Alii* ad initium vitæ ejus referunt. *Schalſch.* p. 93. a. אמרים שבלידת פלג שהיה אנשה המגדל נתפרדו הלשונות ולזה הסימן עבר אביו השים לו

לו זה השם *Dicunt tempore nativitatis, quo turris* (Babylonica) *fuit extructa, diſperſas fuiſſe* linguas; *in cujus rei ſignum parens ejus, hoc illi nomen impoſuit.* Conſentiunt plures alii. Vide ſup. p.62. & *Simſon*.p.9.b. *Alii* indefinitè, poſtquam in lucem eſſet editus; nomen hoc conſecutum fuiſſe volunt. *Zemach. Dav.* P. 1.p.6.

עבר קרא שמו פלג על שם העתיד כי בימיו נפלגה מכאן
אמרו בס ע רבא שעבר אביו היה נביא *Eberus vocavit nomen ejus* (filii) *Peleg ad denotationem futuri, quia diebus ejus diſperſa eſt terra. Hinc dicunt* S.70. Rabba; *Eberum, patrem ejus, fuiſſe Prophetam.* *Alii* rejiciunt ad annum ætatis quadrageſimum. *Elmac.*p.28. وفي اربعين

سنة من عمره كانت بلبلة الالسن وبطل بنا البرج

Anno quadrageſimo vitæ ejus fuit confuſio Linguarum; & turris ſtructura abrupta eſt. Conſentit *Patricides* p.13. *Alii* ad finem vitæ. *Schalſch.hakk.*p.7. פלג היה בן
ל׳ שנה כשהוליד רעו ושניו רלט ומת שנת מח לאברהם הא
למדנו שבן כח שנים היה אברהם בשנת הפלגה שכן
דרשו חזל כי בימיו נפלגה הארץ בסוף ימיו ולמדנו שאלף
תתקצו שנים מארם עד הפלגה ומהמבול עד הפלגה שם
שנים *Peleg* 30. *annos fuit natus, cum genuiſſet Rehu; omnéſque ejus anni erant* 239. *& mortuus eſt anno* 48. *Abrahami: Atque hinc diſcimus, Abrahamum egiſſe annum* 48. *cùm diviſio facta eſſet. Ita*

 enim

enim explicant Magiſtri noſtri; quod diviſa eſſet terra ſub finem dierum ejus. Unde diſcimus, annos eſſe 1996. *ab Adamo ad diviſionem : & à diluvio, ad diviſionem* 340. *annos.* De hac controverſia videatur Diſſert. *Buxt.*

II. Linguarum confuſionem immiſiſſe Angelos. Ita *Elmac.* & *Patricides* ſupra : quibus & alii accedunt: *Schalſch.* p.93.a. יש מפרש נוצרי קדמון הנקר׳ אוריגנו האומר שירדו מלאכים מן השמים להודיע לכל אחד כראשי האומות ההם לשון אחד אבל לשון הקודש אינו חלק שום מלאך אלא הלק האלוק וכזה תמצא בתרגום ירושלמי פסוק ויפץ ח׳ אותם *Eſt inter Chriſtianos vetuſtus Interpres, Origenes, qui dicit, Angelos deſcendiſſe de cælo, ut ſingulis principibus Gentium iſtarum ſignificarent ſingulas ſuas Linguas ; Linguam autem ſanctam nullum Angelum diſtribuiſſe, quia illa portio eſt Dei. Idem reperies in Thargum Hieroſolymitano, ad locum :* Et diſperſit eos. Et in *Pirke Eliez.* c.24. *Deſcendit S. B. & ſeptuaginta Angeli, cingentes ſolium gloriæ ejus, atque confudit Linguas* 70. *populorum, quælibet autem gens ex* 70. *habuit ſuam linguam & Scripturam , atque Angelum præfecit cuilibet genti. Iſraël verò ceſſit in hæreditatem & ſortem ejus, atque* de hoc dictum eſt : Quia pars Domini populus ejus, *Deut.* 32.9. Quæ de 70. populis ſcribunt, ortum illa habent ex ſeptuaginta duobus Architectis, ſive primariis turris Babylonicæ authoribus quorum erant, ut cum *Patricide* loquar من بني سام خمسة وعشرين *ex filiis Schemi viginti quinque* , qui poſtea Euphratis & Mauzolæ terminos ad finem Orientis occuparunt ; poſtea

ſtea dicti اهل بابل وفارس وخراسان وفرغانة والسند والهند وجزيرة الصين والعبرانيين واليمن والطايف واليمامة والبحرين واجناس العرب *Babylonii, Perſæ, Choraſanæi, Pharganæi, Sindæi, Hindæi, Gheziræi, Zinæi, Hebræi, Jamnæi, Thaifæi, Jemanæi, Bachranæi, (Ichari,) & varia Arabũ genera.* Ex filiis *Chã* triginta duo, qui poſtea Kananæi, Philiſtæi, Ægyptii, Mareſij, Æthiopes, Nubienſes &c. ad extimas partes occidentales. Ex filiis *Japhet*, quindecim viri, à Tigride ad ultimas partes Septentrionales diſperſi, de quibus prolixè agere hoc loco, noſtri inſtituti non eſt. Gentium harum Origines, Sedes, Dialectos, Characteres excuſſerunt ex Heb. Author *libri Juchaſin*, quem ſequitur R. *Gedal.* p. 93. b. qui & alia Rabbinorum de iis judicia collegit p. 94. Ex Arabibus *Patricid.* p. 13. 14. *Elmac.* p. 14. & deinc. ubi integram nobis ſeptem climatibus diſtinctam exhibet Coſmographiam. Inter noſtros omnium inſtar eſſe poteſt *Bochartus* in ſuo Phaleg. & *Simſon.* in Chronico Cathol. p. 11.

III. Pelegum patrem fuiſſe Melchiſedeki. Ita *Elmacinus* وعاش بعد ان ولد ارغوا مايتي سنة وتسع سنين ثم اولد ملكيساداق الكاهن الذي ذكرناه *Vixit autem, poſtquam genuiſſet Rehu, annos ducentos & novem; poſtea genuit Melchiſedeckum ſacerdotem, cujus jam meminimus.* De obitu ejus ſubjecit: فمات في ايلول سنة ثلث الف ومائة وستة وعشرون العالم *Et mortuus eſt menſe Elul, anno 3126. à condito Mundo.*

 XVI.

XVI. רעו *Rehu.*

Celebris eſt ætas hujus Patriarchæ propter notorios quoſdam Synchroniſmos. Ad hæc enim tempora referunt I. Initium *Regni Babylonici*. *Elmac*. p. 29. وفي ما يه
وثلاثين سنة من عمره ملك الملك الاول على الارض
وهو نمرود الجبار ابن كنعان ابن حام ابن نوح تسعة
وستين سنة وكان ابتدا ملكه في بابل وهو ملك الكلد
انيين *Anno centeſimo trigeſimo vitæ ejus, primus in terra regnavit Rex; Nimrodus* (à civibus Belus dictus & habitus, *Simſon*. p. 16.) *potens, filius Canaanis, filius Chami, filius Noachi 69. annos; fuit initium regni ejus in Babylonia, ipſe verò Rex Chaldæorum. Zemach. Dav.* P. II. p. 4. נמרוד בן כוש בן חם בן נח מלך על בבל שני׳
ותהי ראשית ממלכתו בבל והוא המלך הראשון שמצינו במקרא
Nimrod, filius Cuſch, filius Cham, filius Noachi imperavit Babyloniæ, ſicut dicitur: Et fuit principium Regni ejus Babel. Atque hic primus Rex eſt, cujus meminit Scriptura. De hoc autem Nimrodo tradunt; a. Regem fuiſſe potentiſſimum. *Pirk. Eliez*. c. 11. *Decem Reges imperârunt ab uno Mundi fine uſque ad alium. Primus Rex eſt Deus benedictus &c. Secundus Rex fuit Nimrod &c. cùm omnes creaturæ ſeu homines ſibi metuerent ab aquis diluvij, Nimrod ſuper eos Rex erat, quia dicitur,*

Fuit

Fuit autem, Principium Regni illius Babel. Et c.24. *R. Aquiba inquit: Excuſſerunt à ſe regnum cœlorum Dei & conſtituerunt ſuper ſe Nimrodum filium ſervi &c. R. Chanina ait; Nimrod fortis fuit potentia &c.* b. Auſpiciis ac ſuaſu ejus turrim Babylonicam fuiſſe extructam. Hiſtoria narrat, *Dixit vir ad proximum ſuum*, Gen. 11. v.3. hoc eſt, ut nugatur Iarchius, dixit *Mitzraim ad Cuſch, Cuſch ad Phut, Phut ad Cenan.* Eadem ſententia Joſephi eſt, & ipſius etiam Auguſtini. Vide *Simſon.* p. 10. c. Vita Nimrodum fuiſſe privatum ab Eſavo, quod invideret ei tunicam Protoplaſtorum, qua, ut fabula habet in *Pirk. Eliez.* c.24. ab omnibus beſtiis obſequiũ obtinuit. *R. Iehuda ait: Tunica quam confecerat Deus Adamo & Evæ fuit cum illis in arca; & ubi egreſſi ſunt arca, accepit eam Cham, filius Noachi, & ſecum extulit, atque in hæreditatem reliquit Nimrodo: cùm illa indutus eſſet (Nimrod) venerunt omnes beſtiæ atque aves, & conciderunt coram ipſo, quaſi cogitantes ipſum pollere robore, atque conſtituerunt eum ſuper ſe Regem, juxta illud: Idcirco dicitur, quaſi Nimrod robuſtus venator coram Domino.* Et paulo pòſt: *Rabbi inquit, Eſau frater Jacobi videns tunicam, quam confecerat S.B. Adamo & Evæ apud Nimrodum, expetiit illam animo ſuo, atque interfecit eum, abſtulitque ab illo.* Eundem capiti coronã primùm impoſuiſſe, forma à typo in cœlo apparente, petita. *Elmac.* p. 29. ويقال انه راي مثل اكليل في السما واحضر الصانع فصنع له اكليل من ذهب ووضعه على راسه واشاع بين اهل مملكته انه نزل *Fertur autẽ, eũ primum*

primum vidiſſe figuram coronæ in cœlo. Accerſivit igitur fabrum, qui auream illi conficeret coronam, eamque capiti ejus imponeret. Et manavit rumor per regni incolas, cælitus in ipſum deſcendiſſe coronam. Totidem ferè verbis aſſeritur à *Patric.*p.16.e. Ignicolam eſſe, & Magiæ authorem. *Elmac.* Ib. وقيل انه عبد النار وسببه انه راي نارا عظيمة في المشرق فسجد لها ومن دلك الوقت عبد المجوس النار *Tradunt autem, eum coluiſſe ignem; cujus cauſa erat, quòd magnum viderit ignem ab Oriente, quem adoravit: Atque ab hoc tempore Magi fuerunt ignicolæ.* Plura de hujus igniculturæ origine habet *Patric.*p.16. ويقال انه اول من عبد النار لانه راي نارا بعيدة في المشرق طالعة من الارض فنزل نمرود فابصرها فسجد لها فاقام رجلا هناك يخدم النار ويطرح فيها اللبان ومن دلك الوقت بدا المجوس يعبدون النار ويسجدون لها وكان اسم الرجل الدي اقامه نمرود يخدم النار اندشان وكلمه الشياطين من جوف النار وقال له ليس احد يقدر يخدم النار ولا يتعلم ديني الا ان يجامع امه وبنته واخته وفعل اندشان كما قال له الشيطان فمند دلك الوقت صاروا كهنة المجوس يجامعون امهاتهم واخواتهم وبناتهم واندشان هدا هو اول

اول من ابتدا بهدا الراي *Refertur autem, eum primum fuiſſe Ignicolam, quod eminus viderit ignem, ad Orientem aſcendentem, è terra; ad quem Nimrodus deſcendit, eúmque attentè aſpectum adoravit, ubi & virum conſtituit, qui igni miniſtraret, & thus in illum conjiceret. Atque ab hoc tempore initium habuerunt Magi, qui Ignem coluerunt & adorârunt. Nomen autem viri illius fuit Andeſchan, quem Nimrod Miniſtrum ignis ordinavit. Et allocuti ſunt ipſum Diaboli è medio ignis, dicentes: Nemo poterit Ignis Miniſterium obire, aut Sacra mea nôſſe, niſi rem habuerit cum matre, filia & ſorore ſuis; ſatisfacit igitur Andeſchan poſtulatis Dæmonis: Atque ab hoc tempore, cæperunt Magorum Sacerdotes rem habere cum matribus, ſororibus & filiabus ſuis: Hujus autem dogmatis author fuit Andeſchan.* Certius eſt, Babylonios Nimrodi tempore ſiderum contemplationi vacare cæpiſſe. Annal. *Uſſer.* p. 5. f. Multarum urbium authorem eſſe. Ib. فاما النمرود الجبار فانه بني مدن عظيمة في المشرق منها نينوي وصلق ودربيجان وغيرهم من المدن *Nimrod autem, fortis ille, extruxit urbes magnas in Oriente, Nineven, Salakum, Adrebighanam, aliáſq; urbes.* Vide *Zem. Dav.* P. 11. p. 4. Niniven tamen alii Nino, Belis filio tribuunt. Vide *Simſon.* p. 16.

II. Initium *Regni Bohemici. Zem. Dav.* l. c. בימיו היתה תחילת מלכות ביהם וראש מלכותם פראגא כן כתוב בספר יוחסין דף קלה ובספר שלשלת הקבלה לאבן יחייא דף צג וצד *Diebus ejus fuit initium Regni Bohemiæ, &*

Metropolis Regni illius Praga; Ita *ſcriptum eſt in lib. Iuchas p.*135. *& in Schalſch. hakkabb.*p.93. & 94. Sed de his annalibus nihil certi.

III. *Regni Ægyptiaci. Schalſch.*p.94. וכן במדרש
פרשי אמור בדור הזה התחיל מלכות מצרים אשר נמשך
עד ימי אוטויאן *Ita legimus in Midraſch, ſect.* אמור
Hac ætate initium fuit Regni Ægyptiaci, quod prorogatum eſt ad tempora uſque Octaviani. Elmac. p.29.

قال بعض المورخين وفي ايام ارغوا صير اهل مصر عليهم
ملكا واسمه مصريم ابن حام ابن نوح وهو ملك القبط
والفراعنة ملك عليهم ثمان وستين سنة وبني قرية
اسمها منف على بحر النيل وسما مصرا باسمه

ſtatuunt quidam Hiſtorici, temporibus Rehu Ægyptios ſibi præfeciſſe Regem, cujus nomen Mitzraim, filius Cham, filius Noachi, qui Rex fuit Koptitarum & Pharaonum, (Caput) & præfuit ipſis 68. *annis, ædificavitq; urbem Memphim, ad fluvium Nilum; de nomine autem ſuo Mitzraim appellavit.*

IV. Amazonum. *Schalſch. hakkab.*p.94. בימיו התחיל
בלכות הנשים הנקרי אמזוני והדבר היה שלחמו בני מדינת
א׳ נגד מדינה אחרת ונחרגו בני מדינת אמזוני ויקחו אלמנות
שלהם הרמחים והפליגו ללחום עם אויביהם והיתה ידם על
העליונה והתמידו במלכותם והיו שורפות שד ימין לנערות
בקטנותן למען תוכלו ללבוש כלי זין והצליחו במלחמות
הרבה ובאו לעזרת אטיניאני נגד רומני ונמשך מלכותו עד
אלכסנדרוס

אלכס:דרוס מוקרון בימי שמעון הצדיק שהוא השחית המלכות ההוא *Diebus ejus incepit Regnum mulierum, quas Amazonas vocant: quarum hiſtoria ita habet. Bello tentavit urbs urbem; cúmque Cives Amazonum ad internecionem fuiſſent cæſi, defunctorum viduæ ſpiculis ſive lanceis arreptis ſtrenuè cum hoſtibus pugnârunt, adeò ut evaderent ſuperiores, & regnum ſuum longè continuarent. Combuſſerunt autem mammam dexteram virginum minorennium, ut aptæ eſſent induendis armis; & multa bella proſperè geſſerunt, ſuppetias ferentes Athenienſibus contra Romanos. Et prorogatum eſt regnum earum ad Alexandri Macedonis tempora (Συγχρόνου Simeonis juſti) qui regnum earum deſtruxit.*

V. Invaleſcentis ubique Idololatriæ. *Elmac.* p. 29.

وفي ايام ارغوا عبدوا الناس عبادات مختلفة منهم
من عبد السماء وسجد لها ومنهم من عبد الشمس وقوم
عبدوا القمر والكواكب وقوم عبدوا السباع والطير
والبحار والاشجار ومنهم من كان يعمل على اسم
ابيه وامه ومن يحبه فاذا مات سجد له واتخذه الها
ومنهم من كان يعمل الذهب صنما وفضة وحجارة
منقوشة واخشاب مدهونة وامتلت الارض اصناما

Ætate Rehu varium homines cultum introduxerunt. Alii coluerunt cælum, & adorârunt, alii Solem, Lunam, & ſtellas, alij beſtias, aves, maria, arbores; alii parentibus

tibus ſuis aut amicis fecerunt (imaginem, aut ſtatuam *parentibus*, aut *amicis ſimilem*, ut *Patricid.* p. 14. ſupplet) *quos mortuos adorârunt*, *& Deorum loco habuerunt : Alii imagines confecerunt aureas, argenteas, lapides cæſos, & ligna inuncta : Atque ſic mundus repletus eſt imaginibus.* Convenit cum *Patricid.* p. 14. qui tamé addit, hujus cultus initium feciſſe, اهل مصر وبابل *Ægyptios & Babylonios.* Addit alium hujus mali fontem, quem & exemplo illuſtrat ابتدا ايضا يقال ان عبادة الاصنام انه كان ادا مات احدهم يجعلون صنما على تمثاله ويجعلونه على قبره ليلا ينسا دكره وامتلت الارض اصناما امثال الرجال والنسا والصبيان دلك الزمان مات رجلا غنيا وكان له ابن وعمل له صنما من دهب على تمثال ابيه وجعله فوق قبره واجلس غلاما له يحرسه فاتوه اللصوص فسرقوا كل شي كان للغلام فخرج الغلام الي قبر ابيه فجعل يبكي ويشكو الي دلك الصنم الدهب كانه يشكوا الي ابيه فكلمه الشيطان من جوف الصنم وقال له لا تبكي ولاكن ادهب فاتيني بابنك الاصغر وادبحه لي

لي قربانا واستحم بدمه وان ارد عليك كل شي
ذهب لك فذهب الغلام فاتا بابنه فذبحه قدام الصنم
واستحم بدمه فخرج الشيطان من الصنم ودخل في
الغلام وعلمه السحر والرقا ومن هذا ابتدا الناس يذبحون
بنيهم للشياطين ويعملون السحر *Refertur à quibusdam, initium Idololatriæ ita ſe habuiſſe, ut, quotieſcunque aliquis obÿt, imaginem ei ſimilem erigerent, & ſepulchro ejus, ne memoria defuncti periret, apponerent; atque ſic impleta fuit terra imaginibus, ſimilitudinibus nempe virorum, mulierum, parvulorum. Hoc ipſo tempore vitâ exceſſit vir dives, cui filius ſuperſtes fecit imaginem auream, illi ſimilem, quam ſupra ſepulchrum ejus locavit, dato ei cuſtode puero. Acceſſerunt autem latrones, qui omnia, quæ juvenis ille poſſidebat, abſtulerunt. Egreſſus ergò ad patris ſui ſepulchrum, lachrymare & conqueri cæpit Idolo aureo, quaſi quereretur patri; & locutus eſt Sathan ex imagine, dicens: Ne lachrymes; abi, & affer mihi filium tuum minimum, eúmque macta in ſacrificium, & ſanguine ejus te ablue calido; atque ſic reddam, quicquid ablatum tibi fuerit. Abiens igitur juvenis, attulit filium ſuum, eum mactavit, & ſanguine ejus calido ſe lavit. Egreſſus autem Dæmon Idolo, juvenem ingreßus eſt, eúmque Magiam & præſtigias docuit. Atque ab hoc tempore homines ſacrificârunt liberos*

liberos ſuos Dæmonibus, & didicerunt Magiam. Ita *Elmacinus* p. 29. ſed pro غلام *Iuvene*, habet ولد *filium, natum*. De origine ἀνθρωποθυσίας Phœnicibus primum recepta, conſulatur *Simſon*. p. 8. & *Selden.* de Diis Syr.

V. Γυναικοκρατείας Sabæ. *Elmac*. p. 29. وفي ايام ارغوا ملكت امراة ملكة سبا سنين كثيرة وصار النسوان يملكون مملكة بعد ملكة سبا الي ايام سليمان ابن داود عليه السلام *Tempore Rehu Imperio præfuit mulier, Regina Sabæ* (quæ extruxit مدينة سبا urbem Saba; *Patric*. p. 15.) *annos multos; Atque ſic regnum illud Sabæ uxores ordine adminiſtrârunt ad dies uſque Solomonis, ſuper quo pax.*

VI. Karunis, celebris Chymici. *Elmac*. p. 30. وفي ايام ارغوا ملك قارون وبني مدينة اوقيش باللبن الذهب لانه كان يعرف الكيميا *Diebus Rehu regnavit Karun, & extruxit urbem Ukiſch* (Patric. اوقين) *ex lateribus aureis. Erat enim peritus chimiæ.*

VII. Monetæ, & domus monetariæ. *Elmac*. p. 30. وفي ايامه ظهرت مطلتها اعني دار الدينار والدرهم وصياغة الحلي من الذهب والفضة *Eodem tempore initium ſumſit domus monetaria denariorum & drachmatium, & fuſionis ornamentorum aureorum & argenteorum.* Tribuunt hoc inventum Tæracho. *Vide Schalſch.* p. 94. a.

XVII.

XVII. נחור *Nachor*.

Sequeretur Scherug, qui conſtitüit דור שביעי אחר הכבול *Septimam generationem poſt diluvium*; Zem. Dav. P. 1. quia verò nihil de illo, vel coætaneis ejus habēt Orientales; pergimus ad filium ejus Nachorem, de quo Arabes non pauca ſuppeditant, quæ ad Synchroniſmum hujus Patriarchæ pertinent; ut ſunt quæ *Patricides* de Ado, noto in Alcorano Rege, refert, & terræ motu, quo Deus in Idololatras illius ſeculi animadvertit. Ita ſcriptor Arabicus p. 15. وفي ايامه كثرت الجبابرة
وكان عاد ابن ارام ابن سام نوح وفي ايامه جعلت
المكايل والموازين وفي ايامه زلزلت الارض زلزلة عظيمة
هديدة ولم تكن زلزلة قبلها وذلك لما كثروا عباد
الاصنام وذبحوا بنيهم وبناتهم للشياطين بعث الله
عليهم ريح عاصف وكان طوفان ريح فكسرت الريح
الاصنام كلها وهدمت الريح بيوت الاصنام حتي
صار فوقها تلال تراب والتلال الي اليوم قايمة

Diebus ejus incrementa ſumſerunt Gigantes; cujuſmodi fuit Adus, filius Arami, filius Schem, filius Noachi: Diebus autē ejus poſitæ ſunt menſuræ & ſtateræ; & concuſſa eſt terra motu magno; ante quē nullus fuit obſervatus. Cùm enim Idololatræ invaleſcerent, filios & filias Dæmonibus offerrent, excitavit Deus turbinem, ut diluvij

luvij inſtar eſſet, Idola omnia confringeret, delubra deſtrueret, adeò ut tumulis arenoſis contegerentur, qui hodierno adhuc die ſuperſunt. Intelligit, dubio procul, mare arenoſum, de quo *Hiſt. Orient.* p. 142. Eadem de Ado, ejúſque interitu recenſet *Elmac.* p. 30. quæ, utrum ex Arabum habeant traditione, an Arabes à Chriſtianis illa mutuârint, nihil equidem hoc loco definierim. In Theatro noſtro Τετραστίχῳ, ſive quadripartito, cōmodior judicii ferendi erit locus.

II. Zabæorum Religionem à Zoroaſtre in orbem eſſe invectam. *Patric.* p. 16. Alii tamen alios deſignant authores, ut ex eodem & *Elmac.* propoſuimus in *Theſ. Phil.*

XVIII. תרח *Tharach.*

De Thæracho ſentiunt Orientales I. Fuiſſe Idololatricum ſacerdotem. *Schalſch. hak.* p. 94. בימיו התחילו לעבוד הפסילים והוא היה ראש לכומרים הרם *Diebus ejus inceperunt colere imagines. Ille verò inter ſacerdotes ejus fuit ſummus.* II. Eundem tamen ad meliorem frugem rediiſſe. *Zoar, Sect.* לך לך habetur, שתרח עשה תשובה *Tærachum feciſſe pœnitentiam.* III. Dignum proinde eſſe, qui continuet ſeriem Genealogicam. *Schalſch.* p. 7. ולכן נראה לי שבזכות תשובתו ובזכות אברהם בנו הושמה שלשלת קבלת התורה שנמשכת מאדם הראשון על שמו בדור הזה והוא כסרה לאברהם בנו *Proinde mihi videtur, ipſum merito pœnitentiæ ſuæ, & merito Abrahami filii ſui poſitā eſſe catenam Legis oralis, quæ inde ab Adamo deducta eſt, ſub nomine ejus, hac ætate,*

ætate; quam ille tradidit Abrahamo filio ſuo. IV. Nomen uxoris fuiſſe חכתלאח *Id.* l. c. במסכת בתרא אומרים שם אמו דאברהם חמתלאה בת כרנבו *Cod. Bathra tradunt, nomen matris Abrahami fuiſſe Chamtelaam, filiam Charnebo:* In Pirke Eliezer c. 26. אמתלאי à *parabolis* dicitur, ut quidam conjiciunt. *Elmac.* p. 31. وتوفيت ام ابراهيم وكان اسمها يونا وتزوج تارخ امراة اخري اسمها لهزيب وولدت له سارة ولهذا كان ابرهيم يقول انها اختي من ابي لا من امي *Et obijt mater Abrahami, cujus nomen erat Iuna; & deſponſavit ſibi Tærachus uxorem aliam, cui nomen Lahazib, quæ peperit ipſi Saram, quæ poſtea nupſit Abrahamo: Unde dixit Abraham; ea ſoror mea ex patre meo, non autem ex matre mea.* Idem recitat *Patricides* p. 17. niſi quòd, pro لهزيب, ſubſtituat تهويت *Tahuitam.* V. Grave ejus tempore geſtum fuiſſe bellum. *Elmac.* p. 31. وفي ايام تارخ غزا ملك بابل الارض التي كان تارخ فيها فخرج اليه حصرون اخا تارخ فحاربه فقتله وبطل الملك من بابل في ذلك الزمان وانتقل الملك الي نينوي والموصل *Diebus Tærachi oppugnavit Rex Babel terram, in qua Tærachus habitavit, & egreſſus eſt contra eum Hazrun, frater Tharachi, & debellavit eum atque occidit. Et ſublatum eſt Regnum Babylonicâ; tranſlatúmque Niniven & Manzolam.* VI. Cum univerſa familia egreſſum

Nn eſſe

eſſe Choraſanâ, in qua, ut ſupra monet, habitavit;

وبعد ذلك خرج تارخ من خراسان ومعه ابراهيم وناخور
ولوط واولاده ونسوانهم وسار الي حران وسكن ومات
تارخ بحران في ايلول لسنة عمره مايتي خمس وستون

Poſtea egreſſus eſt Tærachus Choraſanâ, & cum eo Abraham, Nahor, Loth; liberi ejus, & uxores eorum, profectúſque eſt Charanam, ubi & habitavit. Et obijt Tærachus Charanæ menſe Elul, anno ætatis 265. VII. Imperii Barbarici habenas tenuiſſe quendam افريدون, quod verbis Hiſtorici زوربهارين اشاوون idem explicat *Elmacinus* p. 31. قال زوربهارين اشاوون في تاريخه ان

افريدون ملك العجم بامره واستولي عليها خمس وتسعون
سنة وذلك بعد انقضي اربعماية سنة من مملكة
لنمرود الجبار قال وكان افريدون اولا من اكابر
اهل فارس وكان له اشتغال كبير بعلم النجامة
وانه وقف لعطارد انه كان عندهم صاحب تدبير
اقليم فارس فصام سبع سوا بيع كل يوم الي بعد
المغرب وكان يغتذي من نبات الارض ولا ياكل
شي من الحيوان ولا مما يتولد منه قال وبعد ذلك
ظهرت له روحانية عطارد على زعمهم فقال له
ان

ان عبد تموني اذ ـــ ت وجميع هدا الاقليم وسجدتم لي
وقربتم لي القرابين ودبحتم لي الدبايح دفعتم عنكم
جميع المضار والبلوي والافات والوبا وساير الامراض
وجلبت لكم الامطار وفي اوقاتها وارخصت اسعاركم
وحفظت اولادكم ونسوانكم ومواشيكم ونصرتكم على
اعداكم وبلغتكم اغراضكم فيما تقصدوه قال فاجتمع
افريدون باكابر اهل فارس واخبرهم بدلك فقالوا
نريد ان نشاهد هدا الامر حتي نكون على يقين من
الموافقة عليه والدخول فيه قال وفي الليلة الثانية
عادت روحانية عطارد الي افريدون وقال له اذا كان
الغد تعمل وليمة عظيمة ويكون الخبز على الاخوان من
الدقيق الخالص من قلب الحنطة ويكون ملتوتا
بالسمن ولعسل وتعمل على الاخوان من الحلوات كدا
وكدا وتبني مكان مرتفعا مربعا وتدبح عليه من
الحيوان كدا وكدا وتجمع اكابر المدينة ومشايخها
واذا اظهر لكم في شعلة نار واحرق الدبايح والقرابين
واخاطبك بحضورهم ليطيعوك في كلما تامرهم به
قال فلما كان الغد عمل كلما امره به وجميع
اكابر

اكابر المدينة ومشايخها ونزلت روحانية عطارد
شبه شعلة نـــار واحرقت الذبايح والقرابين وخاطبت
افريدون مثل الكلام الاول وجميعهم يسمعون وخرج
صوت من النار قال ان افريدون خليفتي عليكم فمهما
امركم به تسمعوه وتطيعوه فلما راوا النار وسمعوا
الخطاب سجدوا جميعهم على الارض وارتفعت النار
واكلوا مـــن تلك الذبايح والقرابين وهما على
الاخوان من الخبز والحلوي ومن ذلك الوقت صيروا
افريدون ملكا عليهم وسموه السلطان الملك الاعظم
وكان كلما دهم امر يعجزون منه يقرب افريدون
قربانا فتنزل النار روحانية عطارد عليها وتحرقها
وتدفع عنهم ذاك الامر على زعمهم وعظم شان افريدون
عندهم فهابوه واستوزر وزيرا ولقبه خواجاجهان
وتفسيره اعتاد الدنيا وفوض اليه تدبير دولته فدبرها
تدبير حسن وساس الناس سياسة جميلة ثم كان بعد
ذلك يسير من مدينة الي مدينة ومملكة الي مملكة
فمن اطاعه احسن اليه واقره علي مافي يده ومـــن عصاه
قاتله

قاتله واخذ بلاده واستولي علي جميع بـــلاد العجم
وممالكها واجتمع لـــه ما يزيد عن مايتي الف فارس
وصار له من الاولاد ثلاثة وعشرون ذكرا غير الاناث
وجعل ابنه الاكبر شهر دار ولي عهده في المملكة وبعده
ولده الثاني ماهان وبعده ولده الثلث وذلك الي اخرهم

Dicit Zuri-harinus Aſchavun in Hiſtoria ſua, Aphridun imperâſſe Barbaris omnibus; eiſque præfuiſſe annos 95. idque anno regni Nimrodici 400. Tradit autem, hunc Aphridun primum fuiße ex Magnatibus Perſiæ, multum occupatum in Aſtronomia: celebrâſſe etiam Mercurij ſacra, utpote cui cura regiminis climatis Perſici tradebatur; & ſeptem ſeptimanis jejunâſſe quotidie ad occaſum uſque ſolis. Victitabat autem de germinibus terræ, nihil comedens vel de beſtiis, vel alijs viviparis: Poſtea, ut idem inquit, apparuit ei ſpiritus, ut illi quidem opinabantur, Mercurij, qui dixit ei: Si colueritis me tu totiúſq; climatis incolæ, & me adoraveritis, ſacrificia mihi obtuleritis, repelletis à vobis omne malum, calamitatem, exitium & plagam, omnéſque morbos: Et excitabo vobis pluvias tempore ſuo, & annonæ vilitatem efficiam: Cuſtodiam liberos veſtros, uxores veſtras, pecora veſtra, juvabo vos contra inimicos veſtros, & faciam, ut, quicquid intenditis, aſſequamini. Congregavit igitur Aphridun Primores populi Perſici, illúdque ijs indicavit. Reſponderunt autem, rem diligenter expen-

expendemus, an expediat conſentire & recipere talia. Secunda igitur nocte ſpiritus Mercurii ad Aphridun rediit, eique dixit: Cras parabis magnum convivium; panis pariter conficietur ex farina pura, optimi tritici, permixtus pinguedine & melle: Facies autem dulcia iſta conjunctim ita & ita. Extrues inſuper locum elevatum, quadratum, ibidémque offeres ex beſtijs hoc & hoc modo: Congregabis inſuper Majores urbis, ejúſque Seniores. Ego verò apparebo vobis in flamma ignis, & comburam ſacrificia & oblationes, & compellabo te in præſentia eorum, ut obediant tibi in omnibus, quæ præceperis illis. Manè igitur fecit, quicquid præcepit illi, omnéſque Urbis Proceres & Seniores: Et deſcendit Spiritus Mercurij ſpecie flammæ ignitæ, & combuſſit ſacrificia, & oblationes, & locutus eſt cum Aphridun, quemadmodum ante, quod illi omnes audiverunt. Egreſſa igitur vox igni dixit: Aphridun meus eſto ſucceſſor ſuper vos: Quicquid vobis præceperit, audite ipſum, eique obſecundate. Viſo ergò igne & audita voce, omnes prociderunt in terram, & elevatus eſt ignis, & comederunt de ſacrificijs illis & oblationibus, quæ paria erant, panis & dulcia. Atque ab hoc tempore conſtituerunt Aphridun Regem, quem appellârunt Sultanum, Regem maximum. Quotieſcunque autem ex improviſo negotium aliquod, cui ferendo non erant pares, incidit, obtulit Aphridun ſacrificium, & deſcendit ignis, in quo Mercurij Spiritus, illúdque combuſſit, & repulit ab ijs, ut illi quidem erant rati, infortunium. Atque ſic crevit, ſtatus & exiſtimatio Aphridun apud eos, eúmque timuerunt. Et delegit conſiliarium, cui nomen impoſuit Chovaghaghehan, i.e. Dominus Mundi, ejúſque arbitrio commiſit regimen Imperij ſui, & admini-

miniſtravit illud pulchrè; hominéſque cum laude gubernavit. Poſtea profectus eſt ex uno oppido & regno in aliud; quicumq́ obedivit illi, beneficio eum donavit, & ſtabilivit in eo, quo eſſet, loco; ſin autem immorigerum ſe quos præſtitit, occiſo ipſo abſtulit terram ejus. Atque ſic præfuit toti Barbarorum regioni, eorúmque Regnis, & confluxerunt ad ipſum plus quàm 200000 *Perſæ. Nati autem illi erant* 23. *filij abſque filiabus; Filium natu maximum, Schahar-nar conſtituit Adminiſtratorem Regni; ſucceſſorem ejus, filium ſecundum Mahanum; poſt ipſum filium tertium, atque ſic ad finem reliquos.*

XIX. אברהם *Abraham.*

Ejus in Orientalium Hiſtorijs traduntur I. *Nomina* (nativitatem ejus referunt plerique ad vitæ Thærachi annum 130. ineuntem; vide *Simſ.* p. 19. *Zem. Dav.* ponit annum 70. quo finiuntur 10. generationes à Noacho uſque ad Abrahamum) *& Epitheta: Illa* ſunt 1. אַבְרָם *Pater excelſus.* 2. אברהם *Pater multarum Gentium. Hoc* unde ſit, varij varié hariolantur. *Cornel. à Lapide:* Nunc Deus Abram vocat Abraham, quaſi אב רם המון *pater magnæ & excelſæ multitudinis, ſeu pater multorum excelſorum. Philo Iudæus*, more ſuo, in Hebraicis myops, *lib. de Gigantibus*, Abram dictum eſſe ait, *patrem excelſum*, quia erat Aſtrologus; qui alta & cæleſtia ſcrutabatur; poſtea verò vocatum אב בר המון i.e. *patrem electum, magni ſoni vel vocis*; ſive patrem electæ conſonantiæ. *Aben Ezra* ipſe quoque ר. agnoſcit radicale, ut ſit אבר & הם pro המון, quaſi אביר המון גוים *potentiſſimus multitudinis gentium, &* velut Princeps, ut Doëg Idumæus, אביר רועים *robuſtiſſimus*, & velut præcipuus

cipuus *paſtorum*, ac potentiſſimus dicitur. Solomon Iarchius tradit, ex nomine priori אברם, Reſch adhuc eſſe retentum, quòd cùm ante eſſet tantùm pater ארם gentis ſuæ (ex Syris enim vel Chaldæis Abraham ducit originem) nunc ſignificetur, *eum non tantùm Abram, ſuæ Gentis, fore patrem, in cujus ſignum adhuc remaneat in ejus nomine litera* ר, *ſed & multarum aliarum gentium*, *ideo* ה *additum*. Noluiſſe autem Dominum ex ejus nomine quicquam detrahere; cum in ejuſmodi nominum commutatione, non detrahat, ſed adjiciat potiùs Dominus. *Noſtri* ferè putant, tantùm nomini אברם He adjectum eſſe, ita ut adhuc in אברהם includatur אברם, adeóque dicendum fuerit אברמהם *Abramham*; quod cùm durius eſſet & longius, præſertim etiam ſi אברם המון diceretur, eſt & illud He reſectum, ex המון & Mem ex רם in media dictione, ut ex integro אב & duobus corruptis הם, & ר, pro רם & המון ſit conflatum, quò nomen ſit rotundius, ut in compoſitis fieri ſolet, literis interdũ nonnullis rejectis, ſeu reſectis compendii causâ: ſic *Mercerus*, qui vult, compoſitũ eſſe ex אב רב המון quaſi *pater multæ*, ſeu *magnæ multitudinis*, ex integro ſcil. & duobus corruptis; at in Etymo explicando, pro illo רב, poſitum fuiſſe גוים ut amplius oſtenderetur vis compoſitionis, & ratio nominis. Sed hæc, quod pace tantorum virorum dixerim, nimis longè videntur petita, & per ambages oſtendere veram vocis Etymologiam: Breviter ergò dicimus, אברהם compoſitum ex אב *pater*, & רהם antiquo, quod etiam num in Arabica reperitur Lingua, verbo: unde רהאם *numerus copioſus*: רהם verò *pluvia lenis & continua*, à multitudine ſtillarum ſic dicta. *Epitheta* verò ſunt 1, נביא *Propheta*, Hiſt.

Digitized by Google

Orient. p. 35. 2. אב *Pater*; Ib. p. 134. 3. Arabibus, Chriſtianis & Muhammedanis خليل الله *Amicus Dei* & الخليل *Amicus*. Elmac. p. 32.4. עמוד עולם *Columna orbis*. Majm. עז c. 1. וז היה העולם הולך ומתגלגל עד שנולד עמודו של עולם והוא אברהם אבינו זה התחיל לשוטט בדעתו והוא קטן והתמיד לחשוב ביום ובלילה והיה תמיה היאך. אפשר שיהיה הגלגל הזה נוהג תמיד ולא יהיה לו מנהיג ומי יסבב אותו כי אי אפשר כי יסבב עצמו *Atque hoc ſeculum* (Enoſchi nempe, quem ipſum craſ-ciſſimis annumerat Idololatris) *ita progrediebatur, & volutabatur, uſque dum natus erat Columen orbis, Abraham, pater noſter; qui diſcurſu mentis cepit juvenis adhuc, diu noctúque admirabundus inveſtigare, quomodo fieri poſſet, ut hæc ſphæra ſemper duceretur abſque ductore; & quis eam rotaret; neque enim fieri poſſe, ut à ſemel ipſa in gyrum ageretur?*

II. *Religio*. A. Superſtitionibus Chaldæorum innutritum fuiſſe Abrahamum, & Hebręi, & Arabes Chriſtiani plerique tradunt. Ex *Hebræis* Majm. Jad Chaz. de Idol. c. 1. ולא היה לו מלמד ולא מודיע דבר אלא מושקע באור כשדים בין עובדי עז הטפשים ואביו ואמו וכל העם עובד עז והוא עובד עמהם *Neque verò vel præceptorem habuit vel monitorem ulla in re. Demerſus latuit in Ur Chaldæorum cum cæteris Idololatris fatuis: Pater & mater, totúſque populus colebant Idola, quibus cum & ipſe fecerat*. Confer. *Theſ. Phil.* p. 55. & *Hiſtor. Orient.* p. 163. *Arabum* Muhamedanorum conſenſum dabimus in *Theatro Muhammedico*. Quid Chriſtiani plerique

 ſenti-

ſentiunt, vel ex commentariis eorum in *Joſ.* c. 24. v. 2. 3. patet. Pauci quidam negant hac labe Patriarcham notatum fuiſſe. *Elmac.* p. 32: الخليل عليه السلام كان يعبد الله تعالي ولم يعبد معبودات الامم *Amicus Dei, b. m. colebat Deum excelſum; Gentium Idola non colebat.* Quo etiam collimare videntur Rabbini, qui Chryſippeo acumine tradunt, decem tentationibus Abrahamum inclaruiſſe; primâ potiſſimùm, quâ ipſi puerulo recens nato, omnes primores Regni Babyloniæ inſidias ſtruxerunt, quaſi prævidiſſent, vel ſceptra vel ſacra ablaturũ. Unde tertio ætatis anno notitiam Creatoris ei tribuunt. Vide *Pirk. Eliez.* c. 26. & Not. *Vorſt.* p. 191. Sed veriſimilior prima eſt ſententia. Et quanquam loco Joſuæ citato de Abrahami parente ſermo potiſſimùm ſit; quis tamen præſtet Abrahamum, qui demum anno ætatis 75. Charris exivit Geneſ. 12. 4. nihil patriæ contagionis concepiſſe? Quam diu *Impietatem* Chaldæorum Abraham fuerit ſectatus, variantibus judicijs expoſitum eſt. *Majm.* loco cit. בן ארבעים שמנה שנה הכיר אברהם את בוראו *Cùm 48. natus eſſet annos agnovit Abraham Creatorem ſuum.* Idem alii ſtatuunt Magiſtri. Tanchuma ponit annum tertium. *Pirk. Eliez.* c. 26. habetur annus decimus tertius. *In Schalſch.* p. 8. refertur plena veri Dei notitia ad annum 51. *In Juchaſin* p. 9. f. 1. numerantur ארבעים שנה *quadraginta anni.*

B. Ubi verò Æterno & ſoli immortali Deo nomen dedit, ſtatim, ex Orientalium mente, 1. ſtatuas & imagines confregit Majm. loc. cit. *Schalſch. bakk.* p. 8.

במדרש

במדרש בראשית תרח היה עובד אלילים .וגם היה אומן לעשותה וסוחר למכרם ויהי היום חולך חוצה לארץ לעסקיו והניח אברהם בנו בחנותו למכרם ובבא איש לקנות כהם היה אברהם שואל ממנו כמה שנים יש לך ומשיב כך וכך ואברהם אומר לו איך אפשר שאיש כמוך מכל כך שנים רוצה להשתחוות אל דבר א׳ שהוא בן יומו והאיש ההוא מתבייש והולך לו וכן עשה לאנשים רבים אחר זה באה זקנה א׳ ובידה מדת קמח סולת ותאמר לאברהם שרוצה להקריבו אל כל האלוהות ההם ויחר אף אברהם ויקח מטה וישבר כל חצורות ההם והניח שלם הגדול שבהם ובידו השים המטה ההוא וכשבא תרח שאל לאברהם מי שבר כל האלוקות והשיב כי באה זקנה א׳ להקריב מדת קמח לכל האלוהות ויקומו כלם במחלוקת כי כל אחד היה רוצה הקמח ויקם הגדול שבהם והמיתם עם המטה שבידה ויחר אפו של תרח והביא אברהם בנו לפני נמרוד שיענישהו אז נמרוד צוה לאברהם שישתחוה לאש השיב אברהם יותר טוב להשתחוות למים שמכבים האש אמר נמרוד שישתחוה למים השיב אברהם יותר טוב להשתחוות לעננים שמחזיקים המים אמר נמרוד שישתחוה להם השיב אברהם יותר טוב להשתחוות לרוח שמפזרם אמר נמרוד שישתחוה לו השיב אברהם יותר טוב להשתחוות לאדם שעוכר לפני הרוח השיב נמרוד אתה מהתל בי אני איני משתחוה אלא לאש ורוצה אני להשליכך בו ונראה אם יבא אלהיך שאתה משתחוה לו להצילך ממנו ותכף השליכוהו תוך כבשן האש תוך נה היו

שואלים להרן אחיו במה היה רוצה להאמין והשיב שאם ינצח אברהם יאמין באמונתו ואם לא בנמרוד וישליכו גם הרן בכבשן ונשרף ולזה נאמר וימת הרן על פני תרח אביו אבל אברהם יצא בשלום לעיני כלם *In Midraſch bereſchith legimus; Thærachum Idololatram; quin & fabrum ſtatuarum fuiſſe & venditorem. Egreſſus autem aliquando foras propter negotia ſua, reliquit filium ſuum Abrahamum in officina, ut ſtatuas venderet: Quòd ſi emtor acceſſit, quæſivit ex eo, quot annos haberet, ſi reſpondit, tot vel tot; exprobravit ei Abraham: Fieri ne poteſt, ut vir, cujusmodi quidem tu es, tot natus annos adorare velit, rem ſibi* σύγχρονον, *vel ejusdem diei opus? Talis ergo, in ruborem converſus, abijt. Atque hoc modo multos dimiſit. Poſtea vetula quædam acceſſit animo offerendi omnibus illis Idolis modium farinæ ſimilagineæ, quem manibus tenebat; quod & Abrahamo indicavit. Ille verò irâ accenſus, arrepto baculo confregit omnes illas imagines, ſola maxima relicta integra, cujus manui indidit baculum. Cúmque reverſus eſſet Thærachus, rogavit, quis Deaſtros illos omnes confregit? Reſpondit. Advenit anus, ut omnibus Diis offerret modium farinæ ſimilagineæ, illi verò, quod ſinguli ſibi vellent farinam illam aſſignari, contenderunt: Surgens ergò maximus eorum, & cæteros baculo, quem habebat, ſuſtulit. Iratus igitur Thærachus, adduxit filium ſuum Abrahamum Nimrodo, ut*

anim-

animadverteret in ipſum. Cúmque Nimrod Abrahamum juberet adorare ignē, reſpondit; Præſtat adorari aquā, quæ ignem extinguit: voluit igitur eū adorare ignē; & excipit; melius eſt adorarè nubes, quæ aquas retinent. Juſſus igitur adorare nubes, dixit; Conſultius adoratur ventus, quia diſpellit eas. Mandavit igitur, ut ventum coleret; reſpondit; potiùs adorandus homo, qui vento reſiſtit. Tunc, ludis me, inquit Nimrod. Ego ſolum ignem colo; In illum te conjici volo, viſurus, an venturus ſit Deus tuus, quem adoras, téque liberaturus: Atque ſic è veſtigio projecerunt eum in medium fornacis candentis. Interea rogârunt fratrem ejus Haranem, in quem eſſet crediturus? Reſpondit; ſe, ſi vincat Abraham, crediturum in ipſius Deum; ſin, in Nimrodum. Abjecerunt ergo & Haranem in clibanum, qui tamen ſtatim fuit combuſtus. Atque hinc dicitur: Et mortuus eſt Haran ad vultum Tharachi, patris ſui. Abraham autem ſalvus evaſit inſpectantibus omnibus. Sit hæc de Abrahamo narratio fabuloſa; ingenioſa tamen eſt prior ejus pars, de Idolis deſtructis; cujus ἐπιμύθιον impotentiam eorum clarè patis & apertè oſtendit. Supplicium candentis clibani magno Magiſtri acumine eliciunt ex nomine אור quod *Ignem* appellativè notat; Eſſe autem nomen proprium vel urbis vel provinciæ alicujus in Chaldæa, patet ex *Geneſ.* 11. v. 31. ubi Tharachus dicitur Abrahamum, Saram, Lothum ex Ur Chaldæorum eduxiſſe. *Aben Ezra* judicat, *locum* hunc *Ur* fuiſſe natale ſolum. Abrahami, inde

forte dictum, quod *Ignis* ibi pro Numine coleretur. *Euſeb.* lib. 9. Præparat. Evangel. c. 4. ait, Ur fuiſſe urbem, quam ἐθνῶν vocat *Joſephus*. Meminit & *Plinius* lib. 4. c. 24. *Uræ*, loci in extima Euphratis parte, propè Syriæ Palmyrenas ſolitudines. Hæc fabula paulò aliter traditur in *Pirke Eliez.* c. 26. *Secunda tentatio fuit, cùm eum in carcerem conjecerunt decem annis; tribus annis in Samaria, & ſeptem in Armenia, vel inter Kordæos. Sunt qui ajunt tribus in Armenia & ſeptem in Samaria. Poſt decem amos miſerunt atque adduxerunt eum, & conjecerunt illum in medium fornacis ignitæ. Sed Rex gloriæ extendit manu ſuam dextram, eripuitque eum è clibano ignito, juxta illud:* Ego ſum Dominus, qui eduxi te ex Ur Chaldæorum; *Gen.* 15. 7. Vide & *Peſach.* c. 10. & *Tanchum.* fol. 13. *Schalſch.* p. 8. b. Thærachum autem, Chriſtianorum etiam calculo, πρῶτον ἐπινενοηκέναι τὰ εἴδωλα ἀπὸ πηλουργίας, καὶ κεραμικῆς ἐπιστήμης ex *Epiphanio* obſervatur in *Catena Patrum* Græca, ad Gen. xi. Exilium verò Abrahami, quo à Sabæis propter diſputationem contra impia illorum dogmata inſtitutam; mulctatus fuit, ex ipſiſmet Sabæorum libris deſcribit Majm. lib. 3. *More Hannev.* c. 29. quod Arabice ita habet: معلوم ان אברהם אבינו ע״ה نشا في ملة الصابة ومذهبهم ان ليس ثم الاه الا الكواكب واذا اعلمتك في هـــذا الفصل بكتبهم الموجودة الان بايدينا التي اخرجت للسان العرب وبتواريخهم القديمة وكشفت لك مذهبهم منها واخبارهم يتبين لك منها تصريحهم بان الكواكب هي

هي الاله وان الشمس هي الالاه الاعظم وكذلك ايضا
قالوا . ساير السبعة الاهة لكن النيرين اعظم وتجدهم
يقولون بتصريح ان الشمس هي التي تدبر العالم العلوي
والسفلي بهذا النص قالوا فتجدهم قد ذكروا في
كتبهم تلك وتواريخهم حديث אברהם אבינו ע״ה وقالوا
بهذا النص واما אברם الذي تربى في כותה لانه لما
خالف الجماعة وادعا ان ثـــم فاعل غير الشمس احتج
عليه بكذا وما ذكروا في حججهم ما هو ظاهر بين مـــن
افعال الشمس في الوجود فقال لهم يعنون אברהם صدقتم
هي كالفاس في يدي النجار ثم ذكروا طرفا مـــن
احتجاجه ע״ה عليهم واخر تلك القصة ذكروا ان الملك
سجن אברהם אבינו ע״ה وانه دام في السجن اياما وهو
يحتج عليهم ثم خاف الملك ان يفسد عليه مملكته ويرد
الناس عن اديانهم نفاه اطراف الشام بعد استيصال ماله
هكذا حكوا وتجد هذه القصة مشروحة هكذا في الفلاحة
النبطية *Certum eſt, Abrahamum Patrem noſtrum, p. m. educatum eſſe in Religione Zabæorum, eorúmque ſacris. Fuit autem eorum Religio, nullum eſſe Deum, præter ſtellas. Cùm verò notos tibi fecero libros eorum, qui nunc reperiuntur inter nos tranſlati in Linguam Arabicam, & Annales eorum antiquos, & detexero tibi religionem, & ſen-*

& ſententias ipſorum, manifeſtum tibi erit, eos expreſsè ſtatuere, ſtellas eſſe Deos: Solem autem & Lunam Deos eſſe maximos. Ita etiam dicunt, omnes ſeptem ſtellas Deos eſſe; Sed duo luminaria, maximos eſſe. Invenies quoque, illos clarè dicere, Solem eſſe, qui regat Mundum hunc ſuperiorem & inferiorem: Hoc ipſo enim ſtylo illud dicunt. Commemorant etiam in libris & Annalibus ſuis Hiſtoriam de Abrahamo, patre noſtro b. m. quæ ſic habet. Cùm Abramus, qui educatus eſt in Cuthia, diſſentiret à vulgo, & doceret, præter ſolem alium eſſe creatorem, objeciſſe ei quoſdam, inter alia, operationes manifeſtas ſolis in hoc univerſo: Abrahamum autem dixiſſe eis: Rectè ſentitis; Eſt ille (Sol) inſtar ſecuris in manu fabri. Deinde meminerunt quarundam objectionum, quas contra illos Abrahamus movit. Et narrationi huic tandem ſubjiciunt, *Regem in carcerem conjeciſſe Abrahamum patrem noſtrum b. m. ipſum verò licet carcere detentum, perrexiſſe ſe iÿs opponere: Regem autem, cùm timeret, ne Regno ejus damnum inferret, hominéſque à ſua Religione abduceret, ipſum in fines Syriæ, confiſcatis omnibus opibus ejus, relegâſſe. Hæc narrãt, quæ tu reperies explicata in lib. de cultu Nabathæorum.* 11. Verã de Deo Theologiam profeſſus eſt. *Schalſch. hakkabb.* p. 8. b. ובהיותו כמו בן ששים שנה התחיל לדרוש ברבים אחדות האלה שבשמים *Cúmque natus eſſet ſexaginta annos, incepit publicè aſſerere unitatem veri Dei in cælo. Qua verò* Abraham, cæterique ante Moſén Prophetæ, docuerint Methodo, obſervat *Majm.* Jad Chaz. de Idololat. c. 1. וכיון שהיו העם כתקבצין אצלו ושואלין לו על דבריו היה מודיע לכל אחד ואחד כפי דעתו עד שיחזירהו לדרך האמת עד שנתקבצו אליו

אליו אלפים ורבבות והם אנשי בית אברהם ושתל בלבם העקר הגדול הזה וחיבר בו ספרים והודיעו ליצחק *Cúmque confluerent homines ad ipſum, eúmque rogarent de rebus iſtis, unicuique pro ratione captus ſui, reſpondit, donec ipſum regiæ reſtituiſſet viæ veritatis; uſque dum congregarentur apud ipſum chiliades & myriades; Atque hi ſunt domeſtici Abrahami. Et plantavit in corde ipſorum fundamentum illud magnum, de quo multos compoſuit libros; quod etiam Iſaaco notum fecit.* Atque hæc docendi Methodus paulò alia fuit ab ea, quæ per Moſen poſtea fuit introducta. *Majm. More Hannev.* l. 2. c. 39. *Cui copiosè elargita fuit influentia illa, veluti Abrahamo p.m. is congregavit homines, & per modum doctrinæ, Inſtructionis, & informationis ad veritatem vocavit, quam apprehenderat. Ita docere ſolebat Abraham, & per demonſtrationes ſpeculativas oſtendere, quòd Mundus habeat Deum Unum Solum, quòd Is creaverit omnia alia* (unde & in *Seph. Iuchas.* habetur, quod Abraham tradiderit חדוש עולם *novitatem Mundi*) *quæ extra vel præter ipſum ſunt, & quod non ſit ſerviendum figuris iſtiusmodi externis aut ulli creaturæ; & ad iſta ſermonibus blandis, ſuavibus & jucundis, beneficiis denique homines allexit & attraxit. Nunquam verò dixit: Deus miſit me ad vos, præcepit mihi, aut hortatus eſt me. Sic cùm mandatum à Deo accepiſſet, ut ipſe, & filij & ſervi ejus circumciderentur, circumcidit eos; nequaquam verò homines ad hoc vocatione Prophetica vocavit. Nonne enim vides, quid Lex de eo dicat: Quia novi eum, præterea præcipiet filiis ſuis &c. Unde vides, quòd per præcepta ſolitus fuerit omnia ſua peragere: Hoc pacto vocâ-*

 runt

runt homines Iſacus, Jacob, Levi, Kehat, Amram. Sic dicunt Sapientes noſtri de Prophetis, qui anteceſſerunt ipſum: Domus judicij Eberi, domus judicij Methuſalemi, Schola Methuſalemi omnes fuerunt Prophetæ, & docebant homines inſtar Concionatorum, Doctorum, Præceptorum, non verò, quòd dixerint, & dixit Dominus ad me, loquere ad N: ſic comparatum fuit ante Moſen. Moſen verò quod attinet, noſti, quid ad ipſum dictum ſit, quid dixerit ipſe, & quid totus populus de ipſo dixerit: Hodie vidimus, quod Deus loquatur cum homine & vivat.

II. Abrahamum etiam preces concinnâſſe. *Iuch.* p. 8. b. אברהם תקן ג׳ תפלות *Abraham author eſt ternarum precum.*

III. *Vocatio & exitus ex Charan. Zem. Dav.* P. 1. p. 6. *Fœdus inter partes diſſectas factum fuit anno* 2018. *à creatione*; 30. *anno ante Nativitatem Iſaaci*; *& factum hoc eſt anno* 70. *Abrahami. Quòd verò ſcriptum eſt*; *Et Abraham filius* 75. *annorum in exitu ſuo ex Charan, Geneſ.* 12. v. 4. *iſtud jam expoſuerunt Toſephoth c.* 1. *Avoda Zarah, illum (Abrahamum) bis exiiſſe Charan. Sic quoque ajunt c.* 1. *Seder Olam in hunc ſenſum: poſtea, ubi dictum eſt, cum ipſo deſcendit in Charan, & egit ibi* 5. *annos.* Bis Charris evocatum fuiſſe Abrahamum, figmentis Rabbinicis annumeratur: geminam tamen evocationem meritò admittimus, alteram Urâ Chaldæorum, alteram Charris, in regionem Canaan. Illâ comitatus eſt Thærachum patrem, (vel, ut alij ſcribunt, author patri hujus exitus fuit; vide *Simſ.* Cathol. p 20.) qui tamen imbecillitate detentus, in ipſo itinere occubuit; hac ſequitur Deum vocantem, addita fœderis Evangelici promiſſione de benedicendis in ipſo omnibus familiis terræ.

Digitized by Google

ræ. Vide *Annal. Uſſer.* p.7. *Vorſt.* in Zem. Dav. p.201.

IV. *Circumciſio*, de qua 1. Eam factam eſſe die expiationis. *Schalſch.hakkabb.*p.7. Et *Pirke Eliez.*c.29. *Die expiatorio circumciſus eſt Abraham. Quotannis reſpicit Sanctus Benedictus ſanguinem fœderis circumciſionis, Patris noſtri, Abraham; atque expiat omnes iniquitates noſtras, juxta illud:* Quia hoc die expiabitur pro vobis ad mundandum vos, *Lev.*16.30. *In iſto autem loco, ubi circumciſus fuit, & relictus eſt ſanguis ejus, ibi extructum fuit altare, ac proinde dicitur: Et omnem ſanguinem ejus effundet ad baſin altaris.* 2. Fabuloſam comminiſcuntur Hebræi viſitationem, factam, cum cruciaretur Abrahamus doloribus circumciſionis. *R. Eliez.*c.29. *Rabban Gamaliel, filius R. Judæ, Principis, ait; Die tertio, cùm Abraham circumciſus eſſet, vehementem ſenſit cruciatum, ad tentandum eum. Quid fecit Sanctus Benedictus? Terebravit foramen quoddã per gehennã, atq; fervidum reddidit diẽ illũ veluti diem impiorum. Egreſſus autem conſidebat in oſtium tentorij ad ventum diei, juxta illud: Sedebat in oſtio tabernaculi in ipſo fervore diei,* Gen.18.1. *Dixit Sanctus Benedictus Angelis Miniſterij: Venite, viſitemus ægrotum. Confeſtim deſcenderunt Angeli, atque viſitârunt Abrahamum.*

V. *Mores.* Commendatur potiſſimum 1. à *pietate*. Kimchius lib. Rad. voce מור כהמור ראש שכל הבשמים כן אברהם אבינו ראש לכל צדיקים *Sicut myrrha primum obtinet locum inter aromata, ita Abraham, pater noſter, vocatur caput omnium juſtorum.* Hyperbolica tamen nimis ſunt, & typhi Phariſaici indicia; בזכות אברהם נבראו:

נבראו שמים וארץ *Merito Abrahami creati ſunt cæli & terra: Juchas.*p.8. אברהם אבינו ע״ה שמרו כל התורה כולה *Abraham, pater noſter, p.m. cuſtodivit univerſam Legem.* 2. A *modeſtia & humilitate. Iuch.*l.c. היה צנוע ועין טובה ורוח נמוכה ונפש שפלה ונדיב גדול *Fuit modeſtus, ſereno vultu, ſpiritu humili, anima depreſſa, & magna liberalitate* : De liberalitate ejus loquitur *Eliez.* cap.25. *Quid egit pater noſter Abraham? Paravit ſibi domum è regione Charran, & quemlibet, ingredientem & egredientem Charris, excipiebat (hoſpitio) atque apponebat illi cibum ac potum, dixitque illi: Unus eſt Deus in Mundo.* Partes hujus φιλοξενίας erant potiſſimum tres אכילה *cibus* , שתיה *potus*, לויה *commeatus* , ſeu *deductio in viam.* Id colligunt ex *Geneſ.*21.33. ויטע אשל *& plantavit Abraham nemus ad Beerſcheba* , ubi quidam per אשל intelligunt hoſpitium, domum, in qua peregrinantes exciperet, ipſisq; tria iſta præſtaret. Unde hæ literæ hujus triplicis officii adhibentur σημαντικαί. Chaldæus etiam Hieroſolymitanorũ Paraphraſtes reddit: *Et plantavit Abraham hortũ in Beerſcheba, & adornavit in medio ejus cibum, potũ & terminos deductionis.*

VI. Studia. Tribuitur ei 1. notitia duarum linguarum. Auth. lib. *Coſri* Orat.2. ſect.68. וכבר היה אברהם מדבר בארמית באור כשדים שהארמית היא לשון כשדים והיתה לו העברית לשון מיוחדת לשון הקודש והארמית לשון חול *Jam autem Abrahamus Aramicè locutus eſt. In Ur Chaldæorum (nam Aramæa erat lingua Chaldæorum) & Hebraica fuit ipſi Lingua peculiaris, ſcil. Lingua Sancta,*

cta ; *Aramica verò prophana ſeu communis.* Vide Diſſert. *Buxt.* de lit. Heb. S. 46. 2. Scientia Mathematicarum diſciplinarum, præſertim Aſtronomiæ. *Schalſch. hakk.* p. 94. b. אומר איבוביאו דפרפרציאון ספר ט׳ פר׳ שאברהם היה ראשון לחכמת האצטגנינות והוא למד אותה למצריים בקטדרה גלויה ולמד להם גם כן חכמת אריטמיטיקה שהיא חכמת המספר *Dicit Euſebius lib. 9. præparat. c. 4. Abrahamum primum fuiſſe cultorem Aſtrologiæ, quam docuerit Ægyptios in Cathedra publica: Eoſdem etiam docuit Arithmeticam.* Vide *Seph. Iuchas.* p. 135. b.

VII. *Res geſtæ* ſunt variæ 1. Refertur inter extructores turris Babylonicæ. *Schalſch.* p. 7. b. פרש׳ נוח אומר ן׳ עזרא נוח ואברה ושם עזרו בבנין מגדל בבל ואברהם היה בן נח כשמת נח *Sect. Noach, ſcribit Aben Ezra: Noach, Abraham, & Schem opem tulerunt extructioni turris Babylonicæ:* Abraham autem *annos habuit* 58. *cum moreretur Noachus.* 2. Dicitur ſuo nomine cudiſſe monetas. *Schalſ. hakk.* p. 8. ex Bereſch. Rabba: ד׳ יהודים חדפיסו מטבע על שמם אברהם זקן וזקנה מכאן ובחור ובתולה מכאן יהושע שור מכאן וראם מכאן דוד מקל ותרמיל מכאן ומגדל מכאן מרדכי שק ואפר מכאן ועטרת זהב מכאן ו׳א הוא בצד אחד ואסתר בצד אחר *Quatuor Judæi cuderunt nummos ſuis nominibus; Abraham: ubi ſenex & vetula ex hac parte, adoleſcens & virgo ex illa; Joſua, bove hinc, illinc unicorni impreſſis. David cum baculo & pera hinc, cum turri illinc. Mardochæus, qui*

hinc ſaccum & cinerem; illinc auream poſuit coronam. Alij tamen dicunt, hinc fuiſſe Mardochæum, illinc Eſtheram. 3. Converſio gentium Cananæarum. *Schalſchal. hakkabb.* p.8.b. והיה עובר בארץ כנען הוא ושרה אשתו ומגייר אנשים והיא מגיירת נשים *Peragrabat autem terram Canaan, ipſe & Sara uxor ejus; ille viros, hæc mulieres* ἐπροσηλύτευσε. 4. Bellum cum Regibus Cananæis, de quo Geneſ. 14. *Schalſ.* l.c. ואברם בן עה׳ שנים בצאתו מחרן ובשנה ההיא היה הרעב וירידתו למצרים ובין זה עבר ג׳ חדשים וישב באלוני ממרא אשר בחברון ותכף בא לו מלחמת המלכים וכבישתם *Abram autem natus annos 75. cùm egrederetur Charris, in quē annum & fames incidit, & deſcenſus ejus in Ægyptum. Tranſactis autem tribus menſibus ſedit in quercubus Mamre, quæ eſt in Hebron, ſtatimq́ poſtea bellum evenit Regum, & ſubactio eorum.* Plura de hoc bello, ab omnibus Regibus in Abrami perniciem inſtituto, Angelo Michaele, פליט dicto, victoria, à Regibus Pentapolitanæ ditionis deportata, habet *Eliez.* c.27. Vide & Not. *Vorſtij* p.192.193. 5. Decimarum inſtitutio. *Pirke Eliez.* c.27. *R. Joſua, filius Karcha ait; Abrahamus primus incepit offerre decimas in mundo. Accepit autem omnes decimas Sodomæ & Gomorrhæ, atque Lothi filii fratris ſui, deditque Semo, filio Noachi, juxta illud: Atque obtulit illi decimam ex omnibus*, Geneſ. 14.20. *Exivit Sem filius Noachi in occurſum ejus, viditque omnia opera, quæ patraverat, omnéſque facultates, quas retulerat. Miratus autem in corde ſuo cepit laudare, atque ornare nomen Creatoris ſui,*

dixit-

dixitque: Benedictus ſit Deus excelſus, qui tradidit hoſtes tuos in manus tuas: *ſtetit Abraham*, *atque preces fudit coram Sancto Benedicto*, *dicens*: *Domine totius mundi*, *non patravi omnia iſta virtute manus meæ*, *ſed potentiâ dextræ tuæ*, *Tu es ſcutum meum in hoc & futuro ſeculo*, *pro ut dicitur*: *Tu Domine clypeus meus*, *gloria mea*, *qui caput meum extollis*. Schemum, Noachi filium appellat, conſtanti Hebræorum traditione, qui Melchiſedecus Scripturæ dicitur, de cujus occurſu & decimatione, etiam Arabum monumenta quædam tradunt: *Elmac*. p. 33. فخرج اليه ملكيساداق الكاهن وتلقاه وباركه وخرج اليه خبزا وخمرا وادي اليه عشور من جميع ما كان معه *Et egreſſus eſt Melchiſedec ſacerdos*, *eique occurrit*, *& benedixit ei*: *protulit inſuper ei panem & vinum*, *deditque decimas de omnibus*, *quæ ſecum haberet*. Patricid. p. 17. فلما رجع جاز في جبال البا نوفيين فلقيه ملشيساداق الذي يقال له ملك السلامة كاهن الله العلي فلما ابصره ابراهيم من بعيد سجد له وعانقه وقبله وتبارك منه وباركه ملشيساداق وقربه بالخبز والخمر واعطا ابراهيم لملشيساداق عشرة جميع ما كان معه *Et poſtquam* (Abraham ex prælio) *rediret*, *tranſiit Banuſæos montes*, *& occurrit ei Melchiſedek*, *qui & Rex Salem dicebatur*,

batur, ſacerdos Dei altiſſimi. Et cùm eminus ipſum conſpexiſſet, procidit ei, poſtea amplexus & oſculatus fuit, benedictionémque ab eo petiit, cúmque ei benedixiſſet, & eidem panem & vinum obtuliſſet, dedit Abrahamus decimas de omnibus ſuis facultatibus. Subjicit poſtea duodecim Reges vicinos acceſſiſſe, eundemque & patulis auribus audiviſſe, & urbem Hieroſolymitanam extruxiſſe. Addam authoris verba, quæ in hac Proſopographia ſuppeditat, p.c. هولاي الاثني عشر ملكا جـــاوا الي ملشيساداق الدي يقال له ملك السلامه فلما نظروا اليه فسمعوا كلامه طلبوا اليه ان يدهب معهم فقال لهم اني لا اقدر افارق هـــدا المكان فتوامروا فيما بينهم ان يبنوا لـــه مدينة فقالوا بحق ان هـــدا ملك الارض كلها واب الملوك كلهم فبنوا له مدينة فجعلوه فيها ملكا فدعا ملشيساداق اسم تلك المدينة اورشليم فلما ســمــع ماخول ملك التيمن بملك ملشيساداق جا اليه فابصره وكلمه واعطاه مالا كثيرا وكان ملشيساداق مكرما من جميع الملوك وكانوا يسمونه ابو الملوك *Hi duodecim Reges acceſſerunt Melchiſedecum, qui Rex Salem dicitur: Cúmque eum obſervâſſent & audiviſſent ſermonem ejus, petierunt ut ſecum abiret: ſed excepit, ſibi non licere inde ſecedere. Conſilio igitur inito conſtituiſſe ei urbem extruere, dicentes: Verè hic Rex eſt totius terræ, & Pater omnium Regum:* Extru-

Extruxerunt igitur urbem, in qua ipſum collocârunt Regem. Appellavit autem Melchiſedek urbem illam Hieroſolyma. Cúmque audiviſſet Machul Rex Auſtri de Melchiſedeko Rege, eum ſalutavit, compellatúmque multis opibus donavit. Erat autem Melchiſedekus honoratus omnibus Regibus, quem & Patrem Regum nuncupârunt. Tandem diſputat contra eos, qui æternitatem à priori Melchiſedeko tribuunt. واما الدين يقولون ان ملشيسا داق لا ابتدا لايامه ولا انقضا لحياتـــه ويحتجون بقول بولص الرسول حيث يقول لا ابتدا لايامه ولا انتها لحياته فقد جهلوا قول بولص الرسول لان سيم ابن نوح حيث اخذ ملشيساداق وافرده من والديه ما كتب في الكتاب ابن كم سنة كان حيث صعد من المشرق ولا ابن كم سنة مات وملشيساداق هو ابن فالق ابن عابر ابن شالح ابن قينان ابـــن ارفخشد ابن سام ابـــن نوح وهولا الابا لا يدعا واحد منهم ابوه لان بولص الرسول يقول ما خدم انسان من جنسه الهيكل وما كتبوا ايضا له ابنا مع القبايل لان متي ولوقا المبشرين انمــا كانا يكتبان نوســـا القبايل فقط ومن اجل هدا لم يكتب بولص الرسول اسم ابيه ولا اسم امه ولم يقول بولص الرسول ليس له ابا

القبايل في كتبوه ما قال ولكنه اب *Qui verò dicunt Melchiſedeko neque eſſe initium dierum, neque finem vitæ ejus; & argumentantur verbis Apoſtoli Pauli, id ipſum aſſerentis, dictum Apoſtoli Pauli non rectè intelligunt. Schem enim, filius Noachi, poſtquam accepiſſet Melchiſedekum, & à parentibus ejus avulſiſſet; non retulit in chartas, tot habuiſſe annos, quum ab Orienten aſcendiſſet, neque tot fuiſſe natum annis, cum mortuus eſſet. Erat autem Melchiſedekus filius Phalegi, filius Eberi, filius Schalechi, filius Kenani, filius Arphacshadi, filius Schemi, filius Noachi, & tamen ex his Patriarchis nemo appellatur pater ejus. Hoc tantùm vult Paulus Apoſtolus, neminem ex proſapia ejus Templo ſerviiſſe, neque etiam filios aut tribus ipſi aſſignari. Matthæus enim & Lucas Evangeliſtæ referebant capita tribuum tantùm: Proinde non ſcripſit Paulus Apoſtolus nomen Patris ejus, neque nomen matris ejus. Neque dicit Paulus Apoſtolus, neque Patrem habuiſſe neque matrem; ſed tantùm, non retuliſſe eos in genealogias.* Errat tamen, ſi ne quidem verba ἀπάτωρ@ καὶ ἀμήτωρ@ admittit, quæ expreſsè ponit Apoſtolus *Heb.* 7. v. 3.

6. Ad abſoluta Abrahami tum effecta tum accidentia vel communia, vel propria referri poſſunt tum נסיונים *tentationes*, tum חזיונים *viſitationes. Illarum* ab Hebræis numerantur decem; vide *Pirke Eliez.* c. 26. 27. 28. 29. 30. 31. ubi ordine recenſentur; Ex *his* excellit מחזה בין חבת רים *viſio, inter partes*, ſive anatomiam *Gen.* 15. deſcriptam, facta. Hac plerique præfiguráſſe Deum volunt ortum & occaſum quatuor Monarchiarum. *Eliez.* c. 28. *R. Aquila, inquit, oſtendit San. ben. Abrahamo Patri noſtro inter partes diſſectas regna dominan-*

minantia (Monarchias) *& intereuntia, ſicut dicitur: Sumito tibi vaccam triennem*, Gen. 15. v. 9. *hæc* (*denotat*) *regnum quartum ſeu Edumæum, quod eſt inſtar buculæ herbilis. Et capram triennem, quæ* (*ſignat*) *Monarchiam Græciæ, juxta illud: Hircus caprorum evaſit valde magnus. Et arietem triennem, qui notat regnum Medum & Perſicum. Et turturem, qui* (*ſignificat*) *filios Iſmaëlis. Non enim dicitur* תור turtur, *lingua Legis, ſed Idiomate Aramæo* תור i.e. שור bos: *poſtquam enim commiſſus eſt bos mas cum fæmina, diſſolutè vagati ſunt atque devaſtârunt omnes colles. Et pullum columbæ, qui ſignat Iſraelem, qui comparatur columbæ, juxta illud:* Columba mea in ſalebris iſtius petræ. *Et alibi ait ſcriptura:* Anima mea, columba mea, perfecta mea. Confer etiam Not. *Vorſt.* p. 193.

Ex *accidentibus relatis* primò occurrit *conjugium*. Duxit autem Uxorem 1. *Saram*, de qua notant, a. Eam ſororem fuiſſe Abrahami: Vide ſupra. b. Dignam eſſe, cujus mors deſcribatur. *Schalſch.* p. 7. b: במדרש שרה בחדש מרחשון אחר העקידה מתה זוהר פרשת חיי שרה אומר זכתה שרה שמיתתה נכתב בתורה יותר מיתר האמהות לפי שהביאה חיים בעולם הפך מה שעשתה חוה שהביאה מות בעולם שנ׳ הביטו אל צור חוצבתם ואל מקבת בור נוקרתם

In Midraſch habetur, Saram menſe Marſcheſchvan poſt ligationem, (*Iſaaci ad ſacrificium*) *mortuam eſſe. In Zohar, ſect. Vita Saræ, legitur; Dignam eſſe Saram cujus mors in Lege referatur, præter exemplum reliquarum matrum, quia vitam in ſeculum reduxit, contrà quàm fecit Eva, quæ introduxit mortem in ſeculum, q. d. Aſpicite petram, è qua exciſi eſtis, & ad foveam ciſternæ, un-*

Digitized by Google

de eruti eſtis. Ubi de Sara ſermo eſt Confer 1. *Pet.* 3. 6. c. Mortuam volunt ex inopinato mactati Iſaaci filii rumore. *Eliez.* c. 32. *Poſtquam autem venit Abraham è monte Moria, excanduit ira Sammaëlis; quod videret non aſcendiſſe in manum ſuam (potitum eſſe) deſiderium cordis ſui ad evertendum ſacrificium Abrahami. Quid fecit? Abiit atque affatus eſt Saram: Nonne audiviſti Sara, quid factum ſit in mundo? Reſpondit ei: Non: Dixit illi, ſumpſit vir tuus ſenex puerum Iſaacum, eúmque obtulit in holocauſtum. Puer autem flebat & ejulabat, quòd non poſſet eripi. Confeſtim incepit illa lachrymari & ejulare. Flevit tres ploratus juxta tres clangores* (buccinæ in feſtis) *tres ejulatus juxta tres vociferationes; aufugit anima ejus, atque abiit. Advenit Abraham & invenit eam mortuam, juxta illud: venit Abraham adlugendum Saram, & deflendum eam. Hinc venit Abraham ex monte Moriah.*

II. *Keturam*, quæ ei peperit ſex filios, *Gen.* 25. v. 2. de qua judæi 1. Eam repudiatam poſt obitum Saræ ab Abrahamo iterum in tori ſociam fuiſſe aſcitam, ipſámque adeò fuiſſe Hagarem; quod in medio relinquit *Hieronymus*, rejicit *Simſon.* p. 25. & *Aben Ezra*, vide Not. *Vorſt.* in Pirke Eliez. ubi & ſequentia habentur verba c. 30. *Poſt mortem Saræ reverſus eſt Abraham, atque aſſumſit repudiatam, hinc dicitur: Et porrexit Abraham, & accepit uxorem nomine Kethura; Gen.* 25. 1. *Cur autem dicitur, Et porrexit Abraham? quia prius fuerat uxor ejus. Et nomen ejus* קטורה *Ketura, quia* מקטורת ſuffimentum offerebat, ex omnibus aromatum generibus. *Alia expoſitio:* קטורה Ketura, *quia opera ejus erant pulchra* כקטרת *inſtar ſuffimenti.* II. Genitos ex ea gigan-

gigantes. *Elmac.* p. 34. وتزوج ابرهيم بعدها قيطور ابنة ملك الرامة واولد منها اولاد جبابرة *Et deſponſavit ſibi poſt eam (Saram) Keturam, filiam Regis Rama,* (Patric. p. 19. appellat Kethuram ابنة بقطار ملك الربة *filiam Pactor Regis Rabbæ*) *ex qua genuit gigantes.* III. Filios illius & familiâ Abrahami, & Eccleſia fuiſſe ejectos. *Pirk. Eliez.* c. 30. *Uti uxor, quæ repudiata eſt à marito ejus, ita ejecit vel repudiavit illos Abraham ab Iſaaco filio ſuo in hoc & futuro ſeculo; juxta illud; Filijs verò Concubinarũ, quas habuit Abraham, dedit Abrahã dona, atque amandavit illos à filio ſuo Iſaaco, videlicet libello repudii.* III. Keturæ filios Orientem, id eſt, Arabiam, eique conterminam Syriam inhabitaſſe. *Elmac.* p. 34. vide Not. *Jun.* in Gen. 25.

IV. *Hagarem*, quæ tamen concubina fuit uxor, de qua referunt 1. Hagarem fuiſſe donum Pharaonis, Regis Ægyptiorum. *Pirke Eliez.* c. 26. *Legavit illi Agar filium concubinæ ſuæ in ancillam: Unde autem probas, Agarem fuiſſe ancillam Ægyptiacam? quia dicitur: Et Sara uxor Abrahami non parebat illi, ſed erat ei famula Ægyptiaca & nomen ejus Hagar.* II. Eam ab Abrahamo, divino juſſu, fuiſſe repudiatam. *Pirke Eliez.* c. 30. *R. Iehuda inquit: Iſta nocte, qua apparuit Sanctus benedictus patri noſtro Abrahamo, dixit illi: Abraham nonne nôſti, Saram deſtinatam tibi fuiſſe in uxorem è viſceribus matris ſuæ, atque eſſe ſociam & uxorem adoleſcentiæ tuæ? Hagar autem non vocatur uxor tua, neque Sara appellatur ancilla tua, juxta illud: Sed Sara uxor tua tibi pariet*

 filium.

filium. Hagar verò non vocatur uxor tua, ſed ancilla tua. Quicquid autem locuta eſt Sara, iſtud verè dixit, neque videatur malum in oculis tuis de puero, &c. ſurrexit Abraham manè, & conſcripſit libellum divortii, deditque illi, atque ejecit illam à ſe, filióque ſuo ex hoc & futuro ſeculo. Confer *Schalſch. hakkabb.* p. 8. b. III. Rediiſſe ad ſacra avita, i. e. Ægyptiaca. *Eliez.* c. c. *Propter meritum Abrahami tum defecit aqua in utre; ſtatim verò ubi pervenit in deſertum, incepit errare poſt Idololatriam domus Pharaonis patris ſui: atque illico defecit aqua in urceo, ideo etiam abjecit puerum.* Et paulò pòſt: *Cùm abiiſſet, errabat in deſerto. Non* ותתע & errabat; *ſed Idololatriam exèrcebat, quia ſcriptura eſt de illa: Vanitas opus errorum, vel ſeductionum.* Magnum acumen! Magiſtri contra obſervant תעה eſſe errorem ſenſus; טעה verò mentis, ſive Intellectus, ipſámque Idololatriam.

Secundò, liberi, qui ſunt 1. *Iſaacus*, cujus ſequitur προσωπογραφία. 2. *Iſmaël*, de quo A. Nomen accepiſſe, antequam eſſet natus. *Schalſchel. hakkabb.* p. 8. a. ו׳ אנשים נקראו בשמותם עד שלא נולדו והם ישמעאל יצחק משה שלמה יאשיהו משיח ויא המן מרדכי ואסתר *Sex ſuis appellati ſunt nominibus, antequam naſcerentur, Iſmaël, Iſaak, Moſes, Schelomo, Joſias, Meſſias; alii dicunt, Haman, Mardocai, & Eſther.* Idem cum explicatione habetur in *Pirk. Eliez.* c. 32. *Iſmael; Unde probas? Quia dicitur, Et vocabis nomen ejus Iſmaël. Cur autem appellatur nomen ejus Iſmaël? Quia Sanctus Benedictus exauditurus eſt vocem gemitus populi ob illud, quod Iſmaëlitæ patraturi ſunt in terra Canaan, noviſſimo dierum, hinc vocatur nomen ejus Iſmaël, prout dicitur; Et audiet Deus, & reſpondebit iis;* Pſal. 55. v. 11. B. In calculo eje-

eje-

ctionis notoriè errant. *Pirke Eliez.* c. 30. *Iſmaël erat 27. annorum, cùm exiret domo Abrahami; Iſaac verò decem annorum.* Non convenit hæc ætas Iſmaëlis & Iſaaci cum Hiſtoria. Hic enim recens narratur ablactatus; quod minimè cadit in adoleſcentem decennalem; Ille verò à matre projectus ſub virgultum ejulavit, quod in eũ, qui 27. habet annos, non quadrat. C. Non oeconomiâ tantum, ſed & Eccleſiâ proſcriptum eſſe Iſmaëlem. De *illa* non eſt dubium. De *hac Vorſt.* in Not. Pirk. Eliez. p. 200. *Non tantùm Iſmaëlem ſed & omnes ejus poſteros Iſmaëlitas vel Turcas hodie æterno exitio devovent.* Sic *Majm.* Hil. Teſch. c. 3. inter illos, qui non ſunt habituri partem in futuro ſeculo, refert הגרים Agarenos, ſive Saracenos ex Hagare natos. Vide ſup. D. Sedem exilii fuiſſe Arabiam. *Patricid.* p. 18. قالت لابرهيم اطرد عن وجهي هاجر وابنها اسمعيل فدفع ابرهيم الي ابنه اسماعيل مالا وزوده واخرجه مع امه الي ارض يثرب وارض اليمن فسكنها اسمعيل وتزوج بها وتناسل *Dixit* (Sara) *Abrahamo; Expelle de facie mea Hagarem, & filium ejus Iſmaelem. Deditque Abraham filio ſuo Iſmaëli opes, & viatico inſtructum expulit eum, cum matre ſua in terram Iathreb* (tractus eſt, in quo ſita Medina, vide Hiſt. Orient. p. 267.) *& Iamnam Arabiam felicem,* (ſic appellatam vel à dextra, quod ad dextram ſit templi Meccani, vel à, يمن felicitate) *quas regiones incoluit Iſmaël, ibiq; deſponſatus prolẽ ſuſcepit. Elmac.* p. 34. فاخرجهما ابرهيم الي ارض الحجاز فسكن اسماعيل هناك وتزوج من نسا العرب الحجازيات وتكلم بالعربية وسموا اولاده الاسماعيليين *Et ejecit eos in regionẽ Highaz* i.e. Arab. petræã (ſic dictã quod inter نجد Nezid, & غور Gaur diſtin-

diſtinguat) *ubi Iſmael habitavit; & deſponſavit ſibi uxores Arabicas Highazeas, locutúſque eſt Arabicè; ipſius verò poſteri Iſmaëlitæ ſunt appellati.* E. Cauſas ejectionis alii alias tradunt. Scriptura ait, Saram vidiſſe filium Hagaræ Ægyptiacæ מצחק *ludentem. Eliez.* in Pir. c. 30. vult, hunc luſum fuiſſe *hoſtilem*, *atque illum fratri necem molitum eſſe. Alij rixas obortas inter Iſmaëlem & Iſaacum de hæreditate, atque Iſmaëlem, jus primogenituræ jactantem, contemſiſſe Iſaacum.* Nonnullis placet, Iſmaëlem in convivio ablactationis ſubſannâſſe parentes, & convivas congratulantes illi, de filio. Sed optimus Interpres eſt *Paulus*, qui Gal. 4. 29. διωγμὸν fuiſſe aſſerit. F. Quòd duas illi judæi tribuunt uxores פטימה *Phatimam*; & עישה *Aiiſcham* ex Arabum Hiſtoriis petitum videtur. Phatima enim (فاطمة) Muhammedis filia, unde & Phatimæi; Aiiſcha verò (عيشه) Abubecri filia Muhammedis uxor erat; vide *Hiſt. Orient.* p. 390. Ut vel hinc appareat ſcriptoris novitas, quam aliis rationibus aſſeruit Vorſt. præfat. in Authorem à ſe Latinitate donatum. De his verò uxoribus Iſmaëlis conſulatur, præter citata capita *Eliez.* c. 30. *Schalſch. hakk.* p. 8. G. Abrahamum Iſmaëlem viſitâſſe. *Eliez.* c. 30. *Schalſchal.*

ובהיותו בן קג שנים הגדיל יצחק ונתן גט פטורין להגר וגרשה עם בנה מביתו וישמעאל היה אז בן יז שנים ואחר זה ג שנים הלך למדבר לראות ישמעאל ברשות שרה עם שבועה שלא לירד מן הגמל וכשהגיע לביתו שאל לאשתו ממנו והשיבה שהלך עם אמו למצא טרף לביתה אברהם שאל ממנה לחם ומים להיותו עיף והשיבה כי אין לה אמר אברהם אליה תאמרי לאישו שיחליף מפתן ביתו וכאשר שב ישמעאל לביתו.

לביתו ספרה לו אשתו כל הדברים וישמעאל הבין שהית
אביו וגם שמע הידתו ותכף נתן לה גט וישלחה מביתו ולקח
לו אשה אחרת ושמה פטימה ואחרי ג׳ שנים אחרים שב
אברהם אל בית ישמעאל וברשות שרה ומצא אשה אחרת
לבנו וישאל ממנה לחם ומים ותתן לו אז נתמלא רחמית
אברהם על ישמעאל בנו ויתפלל אל הית בעדו ונתמלא כל
ביתו מכל טוב ובשוב ישמעאל הביתה ראה ושמע מאשתו
כל הדברים וישמח מאד אז הכיר כי עדיין רחמי אביו עליו
ובהיותו בן חמשים שנה בא לשמר פני אברהם אבי

Cúmque natus eſſet annos 103. ablactari voluit Iſaacum, dato verò libello repudÿ Hagaræ, ejecit eam cum filio ædibus ſuis. Habebat autem Iſmaël tum annos 17. Triennio poſt abÿt (Abrahamus) in deſertum, ut viſitaret Iſmaëlem, idque cum venia Saræ, addito tamen juramento, ſe ne quidem de Camelo deſcenſurum. Cúmque ad ædes ejus perveniſſet, quæſivit ex uxore, ubi eſſet? prodÿt, inquit, cum matre ſua, ut prædam domui ſuæ quæreret. Tunc Abraham panem & aquam defeſſo ſibi dari ab illa voluit; illa verò quicquam penes ſe eſſe negavit. Tu igitur, inquit Abraham, viro tuo dices, ut mutet limen ædium ſuarum. Reverſo autem Iſmaëli recenſuit uxor ejus, omnia quæ eveniſſent: Unde collegit Iſmaël, parentem ſuum adfuiſſe, intellexit etiam ejus ænigma; ſtatim itaque dato libello repudÿ, dimiſit eam ex ædibus, aliámque duxit uxorem, cujus nomen Phatima. Alio elapſo triennio, redÿt Abraham ad Iſmaëlis ædes, cum Saræ venia, aliámque invenit filio ſuo ductam uxorem, quæ poſtquam panem & aquam, quam Abrahamus ab ea petierat, dediſſet, effecit,

Digitized by Google

hinc ſaccum & cinerem; illinc auream poſuit coronam. Alÿ tamen dicunt, hinc fuiſſe Mardochæum, illinc Eſtheram. 3. Converſio gentium Cananæarum. *Schalſchal. hakkabb.* p. 8. b. והיה עובר בארץ כנען הוא ושרה אשתו ומגייר אנשים והיא מגיירת נשים *Peragrabat autem terram Canaan, ipſe & Sara uxor ejus; ille viros, hæc mulieres* ἐπροσηλύτευσε. 4. Bellum cum Regibus Cananæis, de quo Geneſ. 14. *Schalſ.* l. c. ואברם בן עה׳ שנים בצאתו מחרן ובשנה ההיא היה הרעב וירידתו למצרים ובין זה עבר ג׳ חרשים וישב באלוני ממרא אשר בחברון ותכף בא לו מלחמת המלכים וכבישתם *Abram autem natus annos 75. cùm egrederetur Charris, in quē annum & fames incidit, & deſcenſus ejus in Ægyptum. Tranſactis autem tribus menſibus ſedit in quercubus Mamre, quæ eſt in Hebron, ſtatimq́ poſtea bellum evenit Regum, & ſubactio eorum.* Plura de hoc bello, ab omnibus Regibus in Abrami perniciem inſtituto, Angelo Michaele, פליט dicto, victoria, à Regibus Pentapolitanæ ditionis deportata, habet *Eliez.* c. 27. Vide & Not. *Vorſtÿ* p. 192. 193. 5. Decimarum inſtitutio. *Pirke Eliez.* c. 27. *R. Joſua, filius Karcha ait; Abrahamus primus incepit offerre decimas in mundo. Accepit autem omnes decimas Sodomæ & Gomorrhæ, atque Lothi filii fratris ſui, deditque Semo, filio Noachi, juxta illud: Atque obtulit illi decimam ex omnibus*, Geneſ. 14. 20. *Exivit Sem filius Noachi in occurſum ejus, viditque omnia opera, quæ patraverat, omnéſque facultates, quas retulerat. Miratus autem in corde ſuo cepit laudare, atque ornare nomen Creatoris ſui,*

dixit-

dixitque: Benedictus ſit Deus excelſus, qui tradidit hoſtes tuos in manus tuas: *ſtetit Abraham*, *atque preces fudit coram Sancto Benedicto*, *dicens*: *Domine totius mundi*, *non patravi omnia iſta virtute manus meæ*, *ſed potentiâ dextræ tuæ*, *Tu es ſcutum meum in hoc & futuro ſeculo*, *pro ut dicitur*: *Tu Domine clypeus meus*, *gloria mea*, *qui caput meum extollis*. Schemum, Noachi filium appellat, conſtanti Hebræorum traditione, qui Melchiſedecus Scripturæ dicitur, de cujus occurſu & decimatione, etiam Arabum monumenta quædam tradunt: *Elmac*. p. 33. فخرج اليه ملكيساداق الكاهن وتلقاه وباركه وخرج اليه خبزا وخمرا وادى اليه عشور من جميع ما كان معه *Et egreſſus eſt Melchiſedec ſacerdos*, *eique occurrit*, *& benedixit ei*: *protulit inſuper ei panem & vinum*, *deditque decimas de omnibus*, *quæ ſecum haberet*. Patricid. p. 17. فلما رجع جاز في جبال البا نوسيين فلقيه ملشيساداق الذي يقال له ملك السلامة كاهن الله العلي فلما ابصره ابراهيم من بعيد سجد لـــه وعانقه وقبله وتبارك منه وباركه ملشيساداق وقربه بالخبز والخمر واعـــطـــا ابراهيم لملشيساداق عشرة جميع ما كان معه *Et poſtquam* (Abraham ex prælio) *rediret*, *tranſiit Banuſæos montes*, *& occurrit ei Melchiſedek*, *qui & Rex Salem dicebatur*,

batur, ſacerdos Dei altiſſimi. Et cùm eminus ipſum conſpexiſſet, procidit ei, poſtea amplexus & oſculatus fuit, benedictionémque ab eo petiit, cúmque ei benedixiſſet, & eidem panem & vinum obtuliſſet; dedit Abrahamus decimas de omnibus ſuis facultatibus. Subjicit poſtea duodecim Reges vicinos acceſſiſſe, eundemque & patulis auribus audiviſſe, & urbem Hieroſolymitanam extruxiſſe. Addam authoris verba, quæ in hac Proſopographia ſuppeditat, p.c. هولاي الاثني عشر ملكا جاوا الي ملشيساداق الدي يقال له ملك السلامه فلما نظروا اليه فسمعوا كلامه طلبوا اليه ان يذهب معهم فقال لهم اني لا اقدر افارق هدا المكان فتوامروا فيما بينهم ان يبنوا له مدينة فقالوا بحق ان هدا ملك الارض كلها واب الملوك كلهم فبنوا له مدينة فجعلوه فيها ملكا فدعا ملشيساداق اسم تلك المدينة اورشليم فلما سمع ماخول ملك التيمن بملك ملشيساداق جا اليه فابصره وكلمه واعطاه مالا كثيرا وكان ملشيساداق مكرما من جميع الملوك وكانوا يستمونه ابو الملوك *Hi duodecim Reges acceſſerunt Melchiſedecum, qui Rex Salem dicitur: Cúmque eùm obſervâſſent & audiviſſent ſermonem ejus, petierunt ut ſecum abiret: ſed excepit, ſibi non licere inde ſecedere. Conſilio igitur inito conſtituiſſe ei urbem extruere, dicentes: Verè hic Rex eſt totius terræ, & Pater omnium Regum:*

Extru-

Extruxerunt igitur urbem, in qua ipſum collocârunt Regem. Appellavit autem Melchiſedek urbem illam Hieroſolyma. Cúmque audiviſſet Machul Rex Auſtri de Melchiſedeko Rege, eum ſalutavit, compellatúmque multis opibus donavit. Erat autem Melchiſedekus honoratus omnibus Regibus, quem & Patrem Regum nuncupârunt. Tandem diſputat contra eos, qui æternitatem à priori Melchiſedeko tribuunt. واما الدين يقولون

ان ملشيسا دات لا ابتدا لايامه ولا انقضا لحياتـــــه
ويحتجون بقول بولص الرسول حيث يقول لا ابتدا
لايامه ولا انتها لحياته فقد جهلوا قول بولص الرسول
لان سيم ابن نوح حيث اخذ ملشيسا داق وافرده من
والديه ما كتب في الكتاب ابن كم سنة كان حيث
صعد من المشرق ولا ابن كم سنة مات وملشيساداق
هو ابن فالق ابن عابر ابن شالخ ابن قينان ابـــــن
ارفخشد ابن سام ابـــــن نوح وهولا الابا لا يدعا واحد
منهم ابوه لان بولص الرسول يقول ما خدم انسان من
جنسه الهيكل وما كتبوا ايضاً له ابنا مع القبايل لان
متي ولوقا المبشرين انمــا كانا يكتبان روســـا
القبايل فقط ومن اجل هدا لم يكتب بولص الرسول
اسم ابيه ولا اسم امه ولم يقول بولص الرسول ليس له
ابا

اب ولكنه قال ما كتبوه في القبايل *Qui verò dicunt Melchiſedeko neque eſſe initium dierum, neque finem vitæ ejus; & argumentantur verbis Apoſtoli Pauli, id ipſum aſſerentis, dictum Apoſtoli Pauli non rectè intelligunt. Schem enim, filius Noachi, poſtquam accepiſſet Melchiſedekum, & à parentibus ejus avulſiſſet; non retulit in chartas, tot habuiſſe annos, quum ab Orienten aſcendiſſet, neque tot fuiſſe natum annis, cum mortuus eſſet. Erat autem Melchiſedekus filius Phalegi, filius Eberi, filius Schalechi, filius Kenani, filius Arphacshadi, filius Schemi, filius Noachi, & tamen ex his Patriarchis nemo appellatur pater ejus. Hoc tantùm vult Paulus Apoſtolus, neminem ex proſapia ejus Templo ſervijſſe, neque etiam filios aut tribus ipſi aſſignari. Matthæus enim & Lucas Evangeliſtæ referebant capita tribuum tantùm: Proinde non ſcripſit Paulus Apoſtolus nomen Patris ejus, neque nomen matris ejus. Neque dicit Paulus Apoſtolus, neque Patrem habuiſſe neque matrem; ſed tantùm, non retuliſſe eos in genealogias.* Errat tamen, ſi nec quidem verba ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ admittit, quæ expreſsè ponit Apoſtolus *Heb.* 7. v. 3.

6. Ad abſoluta Abrahami tum effecta tum accidentia vel communia, vel propria referri poſſunt tum נסיונים *tentationes*, tum חזיונים *viſitationes. Illarum* ab Hebræis numerantur decem; vide *Pirke Eliez.* c. 26. 27. 28. 29. 30. 31. ubi ordine recenſentur; Ex *his* excellit מחזה בין חכת רים *viſio, inter partes*, ſive anatomiam *Gen.* 15. deſcriptam, facta. Hac plerique præfigurâſſe Deum volunt ortum & occaſum quatuor Monarchiarum. *Eliez.* c. 28. *R. Aquila, inquit, oſtendit San. ben. Abrahamo Patri noſtro inter partes diſſectas regna dominan-*

minantia (Monarchias) *& intereuntia, ſicut dicitur: Sumito tibi vaccam triennem*, Gen. 15. v. 9. *hæc (denotat) regnum quartum ſeu Edumæum, quod eſt inſtar buculæ herbilis. Et capram triennem, quæ (ſignat) Monarchiam Græciæ, juxta illud: Hircus caprorum evaſit valde magnus. Et arietem triennem, qui notat regnum Medum & Perſicum. Et turturem, qui (ſignificat) filios Iſmaëlis. Non enim dicitur* תור turtur, *lingua Legis, ſed Idiomate Aramæo* תיר i.e. שור bos: *poſtquam enim commiſſus eſt bos mas cum fœmina, diſſolutè vagati ſunt atque devaſtârunt omnes colles. Et pullum columbæ, qui ſignat Iſraelem, qui comparatur columbæ, juxta illud:* Columba mea in ſalebris iſtius petræ. *Et alibi ait ſcriptura:* Anima mea, columba mea, perfecta mea. Confer etiam Not. *Vorſt.* p. 193.

Ex *accidentibus relatis* primò occurrit *conjugium*. Duxit autem Uxorem 1. *Saram*, de qua notant, a. Eam ſororem fuiſſe Abrahami: Vide ſupra. b. Dignam eſſe, cujus mors deſcribatur. *Schalſch.* p. 7. b: במדרש שרה
בחדש מרחשון אחר העקידה מתה זוהר פרשת חיי שרה
אומר זכתה שרה שמיתתה נכתב בתורה יותר מיתר האמהות
לפי שהביאה חיים בעולם הפך מה שעשתה חוה שהביאה
מות בעולם שנ׳ הביטו אל צור חוצבתם ואל מקבת בור נוקרתם
In Midraſch habetur, Saram menſe Marſcheſchvan poſt ligationem, (Iſaaci ad ſacrificium) mortuam eſſe. In Zohar, ſect. Vita Saræ, legitur; Dignam eſſe Saram cujus mors in Lege referatur, præter exemplum reliquarum matrum, quia vitam in ſeculum reduxit, contrà quàm fecit Eva, quæ introduxit mortem in ſeculum, q. d. Aſpicite petram, è qua exciſi eſtis, & ad foveam ciſternæ, unde

de eruti eſtis. Ubi de Sara ſermo eſt Confer 1. *Pet*. 3. 6. c. Mortuam volunt ex inopinato mactati Iſaaci filii rumore. *Eliez*. c. 32. *Poſtquam autem venit Abraham è monte Moria, excanduit ira Sammaëlis; quod videret non aſcendiſſe in manum ſuam* (*potitum eſſe*) *deſiderium cordis ſui ad evertendum ſacrificium Abrahami. Quid fecit? Abiit atque affatus eſt Saram: Nonne audiviſti Sara, quid factum ſit in mundo? Reſpondit ei: Non: Dixit illi, ſumpſit vir tuus ſenex puerum Iſaacum, eúmque obtulit in holocauſtum. Puer autem flebat & ejulabat, quòd non poſſet eripi. Confeſtim incepit illa lachrymari & ejulare. Flevit tres ploratus juxta tres clangores* (buccinæ in feſtis) *tres ejulatus juxta tres vociferationes; aufugit anima ejus, atque abiit. Advenit Abraham & invenit eam mortuam, juxta illud: venit Abraham adlugendum Saram, & deflendum eam. Hinc venit Abraham ex monte Moriah.*

II. *Keturam*, quæ ei peperit ſex filios, *Gen.* 25. v. 2. de qua judæi 1. Eam repudiatam poſt obitum Saræ ab Abrahamo iterum in tori ſociam fuiſſe aſcitam, ipſámque adeò fuiſſe Hagarem; quod in medio relinquit *Hieronymus*; rejicit *Simſon*. p. 25. & *Aben Ezra*, vide Not. *Vorſt.* in Pirke Eliez. ubi & ſequentia habentur verba c. 30. *Poſt mortem Saræ reverſus eſt Abraham, atque aſſumſit repudiatam, hinc dicitur: Et porrexit Abraham, & accepit uxorem nomine Kethura; Gen.* 25. 1. *Cur autem dicitur, Et porrexit Abraham? quia prius fuerat uxor ejus. Et nomen ejus* קטורה *Ketura, quia* מקטרת ſuffimentum offerebat, ex omnibus aromatum generibus. *Alia expoſitio:* קטורה Ketura, *quia opera ejus erant pulchra* כקטרת *inſtar ſuffimenti.* II. Genitos ex ea [illegible] gigan-

gigantes. *Elmac.* p. 34. وتزوج ابرهيم بعدها قيطور ابنة ملك الرامة واولد منها اولاد جبابرة *Et deſponſavit ſibi poſt eam (Saram) Keturam, filiam Regis Rama,* (Patric. p. 19. appellat Kethuram ابنة بقطر ملك الربة *filiam Pactor Regis Rabbæ) ex qua genuit gigantes.* III. Filios illius & familiâ Abrahami, & Eccleſia fuiſſe ejectos. *Pirk. Eliez.* c. 30. *Uti uxor, quæ repudiata eſt à marito ejus, ita ejecit vel repudiavit illos Abraham ab Iſaaco filio ſuo in hoc & futuro ſeculo; juxta illud; Filiis verò Concubinarũ, quas habuit Abraham, dedit Abrahã dona, atque amandavit illos à filio ſuo Iſaaco, videlicet libello repudii.* III. Keturæ filios Orientem, id eſt, Arabiam, eique conterminam Syriam inhabitaſſe. *Elmac.* p. 34. vide Not. *Jun.* in Gen. 25.

IV. *Hagarem*, quæ tamen concubina fuit uxor, de qua referunt 1. Hagarem fuiſſe donum Pharaonis, Regis Ægyptiorum. *Pirke Eliez.* c. 26. *Legavit illi Agar filium concubinæ ſuæ in ancillam: Unde autem probas, Agarem fuiſſe ancillam Ægyptiacam? quia dicitur: Et Sara uxor* Abrahami *non parebat illi, ſed erat ei famula Ægyptiaca & nomen ejus Hagar.* II. Eam ab Abrahamo, divino juſſu, fuiſſe repudiatam. *Pirke Eliez.* c. 30. *R. Iehuda inquit: Iſta nocte, qua apparuit Sanctus benedictus patri noſtro* Abrahamo, *dixit illi:* Abraham *nonnè nôſti, Saram deſtinatam tibi fuiſſe in uxorem è viſceribus matris ſuæ, atque eſſe ſociam & uxorem adoleſcentiæ tuæ? Hagar autem non vocatur uxor tua, neque Sara appellatur ancilla tua, juxta illud: Sed Sara uxor tua tibi pariet*

filium.

filium. Hagar verò non vocatur uxor tua, ſed ancilla tua. Quicquid autem locuta eſt Sara, iſtud verè dixit, neque videatur malum in oculis tuis de puero, &c. ſurrexit Abraham manè, & conſcripſit libellum divortii, dedítque illi, atque ejecit illam à ſe, filióque ſuo ex hoc & futuro ſeculo. Confer *Schalſch. hakkabb.* p. 8. b. III. Rediiſſe ad ſacra avita, i. e. Ægyptiaca. *Eliez.* c. c. *Propter meritum Abrahami tum defecit aqua in utre; ſtatim verò ubi pervenit in deſertum, incepit errare poſt Idololatriam domus Pharaonis patris ſui: atque illico defecit aqua in urceo, ideo etiam abjecit puerum.* Et paulò pòſt: *Cùm abiiſſet, errabat in deſerto. Non* ותתע & errabat; *ſed Idololatriam exèrcebat, quia ſcriptura eſt de illa: Vanitas opus errorum, vel ſeductionum.* Magnum acumen! Magiſtri contra obſervant תעה eſſe errorem ſenſus; טעה verò mentis, ſive Intellectus, ipſámque Idololatriam.

Secundò, liberi, qui ſunt 1. *Iſaacus*, cujus ſequitur προσωπογραφία. 2. *Iſmaël*, de quo A. Nomen accepiſſe, antequam eſſet natus. *Schalſchel. hakkabb.* p. 8. a. ו׳ אנשים נקראו בשמותם עד שלא נולדו והם ישמעאל יצחק משה שלמה יאשיהו משיח ויא המן מרדכי ואסתר *Sex ſuis appellati ſunt nominibus, antequam naſcerentur, Iſmaël, Iſaak, Moſes, Schelomo, Joſias, Meſſias; aliï dicunt, Haman, Mardocai, & Eſther.* Idem cum explicatione habetur in *Pirk. Eliez.* c. 32. *Iſmael; Unde probas? Quia dicitur; Et vocabis nomen ejus Iſmaël. Cur autem appellatur nomen ejus Iſmaël? Quia Sanctus Benedictus exauditurus eſt vocem gemitus populi ob illud, quod Iſmaëlitæ patraturi ſunt in terra Canaan, noviſſimo dierum, hinc vocatur nomen ejus Iſmaël, prout dicitur; Et audiet Deus, & reſpondebit iïs;* Pſal. 55. v. 11. B. In calculo eje-

eje-

Digitized by Google

ctionis notoriè errant. *Pirke Eliez.* c. 30. *Iſmaël erat 27. annorum, cùm exiret domo Abrahami; Iſaac verò decem annorum.* Non convenit hæc ætas Iſmaëlis & Iſaaci cum Hiſtoria. Hic enim recens narratur ablactatus; quod minimè cadit in adoleſcentem decennalem; Ille verò à matre projectus ſub virgultum ejulavit, quod in eũ, qui 27. habet annos, non quadrat. C. Non oeconomiâ tantum, ſed & Eccleſiâ proſcriptum eſſe Iſmaëlem. De *illa* non eſt dubium. De *hac Vorſt.* in Not. Pirk. Eliez. p. 200. *Non tantùm Iſmaëlem ſed & omnes ejus poſteros Iſmaëlitas vel Turcas hodie æterno exitio devovent.* Sic *Majm.* Hil. Teſch. c. 3. inter illos, qui non ſunt habituri partem in futuro ſeculo, refert הגרים Agarenos, ſive Saracenos ex Hagare natos. Vide ſup. D. Sedem exilii fuiſſe Arabiam. *Patricid.* p. 18. قالت لابرهيم اطرد عن وجهي هاجر وابنها اسمعيل فدفع ابرهيم الي ابنه اسماعيل مالا ورودة واخرجه مع امه الي ارض يثرب وارض اليمن فسكنها اسمعيل وتزوج بها وتناسل *Dixit* (Sara) *Abrahamo; Expelle de facie mea Hagarem, & filium ejus Iſmaelem. Deditque Abraham filio ſuo Iſmaëli opes, & viatico inſtructum expulit eum, cum matre ſua in terram Iathreb* (tractus eſt, in quo ſita Medina, vide Hiſt. Orient. p. 267.) *& Iamnam Arabiam felicem,* (ſic appellatam vel à dextra, quod ad dextram ſit templi Meccani, vel à, يُمْن felicitate) *quas regiones incoluit Iſmaël, ibiq; deſponſatus prolẽ ſuſcepit. Elmac.* p. 34. فاخرجهما ابرهيم الي ارض الحجاز فسكن اسماعيل هناك وتزوج من نسا العرب الحجازيات وتكلم بالعربية وسموا اولاده الاسماعيليين *Et ejecit eos in regionẽ Highaz* i. e. Arab. petræã (ſic dictã quod inter نجد Nezid, & غور Gaur diſtin-

לביתו ספרה לו אשתו כל הדברים וישמעאל הבין שהיה
אביו וגם שמע הידתו ותכף נתן לה גט וישלחה מביתו ולקח
לו אשה אחרת ושמה פטימה ואחרי ג׳ שנים אחרים שב
אברהם אל בית ישמעאל וברשות שרה ומצא אשה אחרת
לבנו וישאל ממנה להם ומים ותתן לו אז נתמלא רחמית
אברהם על ישמעאל בנו ויתפלל אל חית בעדו ונתמלא כל
ביתו מכל טוב ובשוב ישמעאל הביתה ראה ושמע מאשתו
כל הדברים וישמח מאד אז הכיר כי עדיין רחמי אביו עליו
ובהיותו בן חמשים שנה בא לשמר פני אברהם אביו

Cúmque natus eſſet annos 103. *ablactari voluit Iſaacum, dato verò libello repudij Hagaræ, ejecit eam cum filio ædibus ſuis. Habebat autem Iſmaël tum annos* 17. *Triennio poſt abijt (Abrahamus) in deſertum, ut viſitaret Iſmaëlem, idque cum venia Saræ, addito tamen juramento, ſe nè quidem de Camelo deſcenſurum. Cúmque ad ædes ejus perveniſſet, quæſivit ex uxore, ubi eſſet? prodijt, inquit, cum matre ſua, ut prædam domui ſuæ quæreret. Tunc Abraham panem & aquam defeſſo ſibi dari ab illa voluit; illa verò quicquam penes ſe eſſe negavit. Tu igitur, inquit Abraham, viro tuo dices, ut mutet limen ædium ſuarum. Reverſo autem Iſmaëli recenſuit uxor ejus, omnia quæ eveniſſent: Unde collegit Iſmaël, parentem ſuum adfuiſſe, intellexit etiam ejus ænigma; ſtatim itaque dato libello repudij, dimiſit eam ex ædibus, aliámque duxit uxorem, cujus nomen Phatima. Alio elapſo triennio, redijt Abraham ad Iſmaëlis ædes, cum Saræ venia, aliámque invenit filio ſuo ductam uxorem, quæ poſtquam panem & aquam, quam Abrahamus ab ea petierat, dediſſet, effecit,*

 ut

ut miſereretur Abrahamus Iſmaëlis filij ſui; Deo igitur pro illo preces fudit, ut domus ejus omni bono afflueret. Reverſus ergò Iſmaël, cùm hæc ab uxore ſua audiviſſet, gaviſus fuit valde, quòd obſervaret, parentis in ſe miſericordiam nondum ceſſâſſe: Cúmque ageret (Iſmaël) *annum* 50. *ipſe quoque venit viſum vultum patris ſui.* De obitu ejus videatur *Schalſch.* p.9.

Tertiò, Diſcipuli. Scholam habuiſſe Abrahamum, ſupra verbis Majmonidis propoſuimus. Unde *Gen.* 14. v.14. per חניכים *initiatos*, quidã intelligunt הניכים למצות *Initiatos præceptorum.*

Quartò, famulitium, ubi cùm primis crebra mentio Eliezeris, de quo 1. Eum fuiſſe nepotem Nimrodi. *Schalſch. hakk.* p.7. אליעזר עבד אברהם היה בן בנו של נמרוד כנראה במדרש וכשיצחק נשא את רבקה אליעזר יצא חפשי ובזכות אברהם נעשה מלך והוא עוג מלך הבשן כמו שנראה בפרקי ר׳ אליעזר פ׳ יו *Elieſer, ſervus Abraham, nepos* (alii ſervus; vide *Pirk. Eliez.* c.16.) *fuit Nimrodi ut habetur in Midraſch: Et cum Iſaacus duxiſſet Rebeccam, Elieſer libertate potitus eſt: Merito autem Abrahami Rex eligitur, éſtque Ogus Rex Baſan, ut apparet in Capit. Eliez.* c.16. Ubi multa fabuloſa narrantur de hoc *Eliezere*, ejus præſertim itinere Meſopotamico. 2. Alii tamen Canaanem fuiſſe volunt. *Ib.* במדרש פרש׳ חיי שרה אומר שאליעזר היה כנען בן חם ולפי ששרת אברהם יצא מכלל ארור *In Midraſch, ſect. Vita Saræ dicitur; Eliezarum fuiſſe Chanaanem filium Chami, qui propterea, quòd famulus eſſet Abrahami, à maledictione fuerit libera-*

liberatus. 11. Cum aliis octo vivum fuiſſe ingreſſum Paradiſum. *Schalſch.* p. 8. ט׳ נכנסו בחייהן בגע חנוך משיח אליהו אליעזר עבד אברהם עבד מלך הכושי חירם מלך צור יעבץ בן רבינו הקדוש סרח בת אשר בתיה בת פרעה ויש משימים ר״יבל תחת חירם *Novem in vita ſua ſunt ingreſſi Paradiſum, Enoch, Meſſias, Elias, Elieſer, ſervus Abrahami, Abdemelech Æthiops, Hiram Rex Tyri, Iaabetz filius Magiſtri noſtri Sancti* (R. Jehudæ ſancti) *Særah filia Aſcher, Bithia filia Pharaonis; alij tamen ponunt R. Jehoſuam filium Levi pro Hiramo.*

Reſtat Abrahami mors & ſepultura. *Illa* incidit in annum ætatis 175. Ita *Zem. Dav. Schalſch. hakk.* p. 9. *Elmac.* p. 34. وعاش ابرهيم مائة خمسة وسبعين سنة ومات بشيخوخة صالحة في شهر نيسان سنة ثلاثة الف وخمس مائة ثلاثة وستين للعالم وذلك في خمسة وسبعين سنة من حياة اسحاق ولتمام خمسة عشر سنة من حياة يعقوب *Et vixit Abraham 175. annos, poſteàque fuit mortuus in ſenectute bona, menſe Niſan* (alii ponunt menſem Adar; vide *Patric.* p. 21.) *anno Mundi* 3563. *vitæ Iſaaci 75. Jacobi* 15. De hac Orientales tradunt, eam factam à filiis, Iſaaco & Iſmaële, in ſpelunca duplicata. *Elmac.* p. c. واجتمع اسحاق واسماعيل وحنطا ابرهيم ابيهما ودفناه في المغارة المضاعفة التي في حقل عفرون الحيثي وهي من بيت تسمي مدينة الخليل عليه السلام: *Congregati autem*

autem Iſaac & Iſmaël condiverunt Abrahamum patrem ſuum , eúmque ſepeliverunt in ſpelunca duplicata quæ eſt in agro Ephron Hettæi; eſtque urbs, quæ urbs Amici, ſuper quo pax, appellatur. Qua verò occaſione Abrahamus ad ſpeluncam hanc pervenerit, Judaico acumine proditur in Capitulis *Eliez.* c. 36. *R. Iehuda inquit: Tres patres fœdus inierunt cum populis terræ Canaan, ſúntque Abraham, Iſaac & Jacob. Abraham pepigit fœdus cum populis terræ, cùm apparuerunt illi Angeli, exiſtimans illos viatores eſſe Gentium, & accurrit, ut invitaret illos, voluitque ijs parare magnum convivium, atque dixit Saræ, ut appararet ijs convivium illo tempore, quo viderat Sara apud pecudem ſanguinem menſtrui, idcirco non attulit ijs placentas. Concurrit autem ut adduceret vitulum, ſed aufugit vitulus, & ingreſſus eſt ſpeluncam Macpelah, atque intravit illuc poſt eum. Invenit autem ibi Adamum & Evam cubantes in lectis & dormientes, erántque ante illos accenſæ lucernæ; atque odor gratus erat ſuper illos, tanquam odor quietis: itaque valde expetijt ſpeluncam Macpela, ad poſſeſſionem ſepulturæ.* Noli vitio vertere, amice Lector, apertè fabuloſa & inſulſa nonnunquam ex Pirke Eliezer à nobis citari; Si in hac fortè tela Hiſtorica heterogenea videantur; aliam, ζὺν θεῷ, proximè dabimus, in qua febricitantium Talmudiſtarum talia ſomnia luculentiori ſe nobis commendabunt uſu. Conſtanter ſentio, jugulum Muhammediſmi felicius nunquam peti, quàm ſi ab accurata Alcorani Analyſi fiat initiũ, & corniculæ illius Æſopicæ plumę evulſæ, ſingulis reſtituantur avibus. Plurima ex Talmudiſtarum lacunis hauſta dixiſſe nõ ſatis eſt, ὀφθαλμοφανῶς vero demonſtrâſſe, propter lubricum & vertigino

ginoſum Pſeudoprophetæ ingenium, paulò majoris operæ. Hunc me laborem publico, ἐὰν θελήσῃ ὁ θεὸς, καὶ ζήσωμεν, adhuc debere non diffiteor; ad quam hæc ipſa παρασκευὴ neque ſupervacua eſt, neque à ſcopo noſtro aliena.

Tandem de Synchroniſmo Abrahami aliquid ex Orientalium ſcriptis eruendum. Huc ergo referunt 1. Exitium Sodomæ. *Elmac.* p. 34. وبعد دلك اوحي لــه الرب
واوعده بولد مــن سارة وفي دلك الوقت ارسل الرب
ملاكين الي سادوم وغامورا واخرجا لــوط وبنتيه
وزوجته وانزل الرب نــارا وكبريتا فاهلك سدوم
وغامورا فسمعت امراة لوط الصراخ فالتفتت الي خلفها
فصارت ملحــا *Poſtea inſpirando ei Deus promiſit prolem Saræ. Eodem tempore miſit Deus duos Angelos Sodomam & Gomorrham, qui eduxerunt Lothum, filias ejus & uxorem ejus: Demiſit autem Deus ignem & ſulphur, & perdidit Sodomam & Gomorram. Audivit autem Lothi uxor clamorem, reſpexitque, & facta eſt ſal.* De Sodomitarum flagitiis multa habent Orientales. 1. Infames erant ἀρσενοκοῖται. Ita enim locum *Geneſ.* 18. Interpretes plerique intelligunt. 2. Ἀφιλόξενοι. *Pirke Eliez.* c. 25. *R. Iehoſua filius Karcha inquit; Non ſperârunt in honorem poſſeſſoris ſui, ut frangerent cibum pro hoſpite & peregrino; ſed abſciderunt ſuperius omnes arbores à fructibus ſuis, ut nulla iis ineſſet pulchritudo, neque etiam pro volucre cæli, quia dicitur: Semitam non cognovit volucris,* Job. 28. 7. Paulò pôſt: *R. Jehuda inquit; Proclamârunt Sodomæ atque dixerunt; Quiſquis roboraverit manum ſuam fruſto panis pro afflicto peregrino & paupere, uſtulabitur igne. Pelothit filia Loth* (ſic

 dubio

dubio procul dicitur ab eventu, q. erepta liberata) *nupta cuidam ex Magnatibus Sodomæ, videns pauperem quendam extremè egenum in plateis urbis, triſtitia affecta eſt anima ejus ſuper illum. Quid egit? Quotidie, cùm exiret ad hauriendum aquam, dabat primitias, quas habebat ex omni alimento domus ſuæ. Dixerunt Sodomitæ: Unde hic pauper vivit? donec rem cognoverunt, atque eduxerunt eam ad comburendum. Dixit; Deus Mundi, fac judicium & ſententiam meam à viris Sodomæ. Aſcendit autem clamor ejus coram throno gloriæ. Dixit Sanct. Bened. Deſcendam & videbo, quiſnam iſte clamor ſit, qui ad me venit: Si juxta clamorem hujus puellæ fecerint Sodomitæ, tum evertam fundamenta illius, ut illa fiant furſum, & facies ejus deorſum, prout dicitur* Gen. 18. v. 21. Utrum juxta clamorem ejus, *non verò ſcriptum eſt*, juxta clamorem illorum. 3. Judices iniqui. *Ibid.* R. *Nathanaël ait: Conſtituerunt inter ſe judices falſos, qui omnem advenam & peregrinum venientem Sodomam oppreſſerunt perverſis ſuis judiciis, atque nudos illos expulerunt, prout dicitur*, Ezech. 22. 29. Et peregrinum oppreſſerunt abſque judicio. 4. Periculorum ſecuri, ſuis multùm fidentes opibus. *Ib. Saturi quoque omnibus proventibus terræ habitabant cum ſecuritate, pace & tranquillitate, ſine pavore belli in omnibus circuitibus ſuis.* De *uxore* verò Lothi aſſerunt 1. Eam verè converſam in ſtatuam ſalis. *Pirk. Eliez.* c. 25. *Viſcera Adith uxoris Loth æſtuârunt ſuper filias ejus deſponſatas Sodomæ, atque retroſpexit, num etiam ipſam ſequerentur, nec ne; vidit autem poſt ſe Majeſtatem Dei, atque eſt facta ſtatua ſalis, ac etiam num hodie perſiſtit. Lambunt eam boves & deſcendens vel ſtans ſuper pedes ſuos manè efflorèſcit, ſicuti dicitur:* Et retroſpexit uxor ejus, atque effecta eſt ſta-

tua

tua ſalis. Ex hoc potius autore, quàm per αὐτοψίαν, obſervavit R. *Benjam.* in ſuo Itinerario, p. 44. שהצאן לוחכות ממנה ואחר כך חוזרת וצומחת כבראשונה *Gréges lingere de ea, poſteáque redire, & ad priſtinam quantitatem excreſcere.* Alii tamen Ellipſin agnoſcunt particulæ כ ut ſenſus ſit; Eam ſimilem factam ſtatuæ ſalis. Vide *Heinſ.* in N. T. Sunt etiam, qui eo modo ſtatuam ſalis appellatam volunt, quo *Num.* 18. 17. *pactum ſalis* dicitur, quod firmum eſt & perpetuum, quod firma & incorruptibilis facta ſit ſtatua. Atque hinc nomen videtur obtinuiſſe עדית vel à *tranſeundo*, vel à *teſtando*, quaſi juſtitiæ divinæ perpetuum eſſet documentum. *Alij* verò literæ ſimpliciter inſiſtunt: cùm divina potentia facile potuerit fieri, ut fœmina igne ac ſulphure cæleſti percuſſa in ſtatuam ſalis obriguerit, inprimis ſi ſal fuerit durus, nec friabilis, non abſimilis minerali, qui non liqueſcit imbre, & pro ſaxis ad ædificandum domos aptus eſt, de quo *Plin.* lib. 31. c. 7. Cur verò Orientales in ſalem potius, quam quidvis aliud mutatum velint, notavit ſcriptor Pentateuchi *Ibn Sina* (de quo Theſ. Phil. p. 274.) his verbis: قال بعض المفسرين انما صارت عمود ملحا دون الاشيا كلها لانها كانت تمكر بزوجها وذلك انه اذا نزل به غريب كانت تعلم لهل قريته بعلامه جعلت بينها وبينهم انها كانت تقرع الحايط وتقول اعطوني ملحا *Dicunt Interpretes quidam, eam in ſalis ſtatuam, potiùs, quàm quidvis aliud mutatam, quia eo potiſſimum contra mari-*

maritum ſuum peccavit. Poſtquam enim divertit apud ipſum (Lothum) *advena, notum illud fecit civibus ſigno utrique parti poſito, pulſato videlicet pariete, dixit; Date mihi ſal.* Vide Antiq. Convivial. *Stuck.* p. 92.

II. Idololatriam, Ægyptiorum cumprimis & Græcorum. *Schalſch. hakkab.* p. 94. b. בימין היה ליסניאה מלך ארקדיאת במדינת מורנאה והוא היה ראשון לתת סדר עשיית נשואים בין איש לאשתו ולרוב הכמתו באטיני קראוהו אחרי מותו יובי האלוק ומשם התחילו העולם שכאשר היה נמצא איש או אשה הכמים היו מציגים מצבות לשמו וכורעים ומשתחוים לפניו וקוראים שם אלוקותו על שם איזה פועל חכם או מלאכת מחשבת שעשה וכן קראו אלוקות לכל תמולות וכוכבים וזה באמרם שענייני זה העולם נזונים על פיהם וכפי תנועתם אשר אלו השמות נשארו להם עדיין אפילו של הוות אינם נקראים בשם אלקות והמצריים בחרו להם העגל לאלוק לפי שהיה מנהגם בלכתם למלחמה לצייר על השריון צורתי בהמות הרבה ובשובם מהמלחמה האיש שעשה נצוה יותר גדול היו עובדים צורת שריונו ופעם א׳ היה איש שעשה נצחון גדול והיה עליו צורת העגל וגם בחרוהו לראשון בעבור התועלת שמקבלים ממנו בעבודת האדמה ועל זה הדרך הוא בעבודת הרחלות וכן הכלב לפי ששומר בעליו בנאמנות וגם שהולך לצור וכן עבודת פעור שהוא להראות לצורה כלי המשגל להיותם אברים נכבדים שזורקים המותרות וגם שמולידים ברומה וכן זריקת אבן לכרקולים לפי שהיו עובדי האלוק עם הדבר הראשון הבא לפניהם בבקר שהוא האדמה וכשהיו

וכשהיו זובחים בהמות וחיות היו מוציאים כמנו המרה למען לא ילך לפני האלוה דבר כר הואיל ושואלים ממנו מתיקות וגם היו מתחכמים בזביחתם כשהיו האלוקות ארציים היו זובחים לשכם הולכי ארבע ושוחטים אותם על המזבח ואם למלאכי חבלה זובחים אותם תוך הגומה ואם לאלוק שבאויר היו זובחים עופות לבנים וזובחים דמם סביב למזבח ואם לאלוק הים היו זובחים עופות שחורים וזורקים יין על גלי הים ואם לאלוקי חשמים היו זובחים בהמות לבנות ומגנזי אברים שמבחוץ כמו רגלי ידים אונים זנב ופה והיה אסור לאכלם לעולם והמותר היו אוכלים ומנהגות זעא רבים כאלה היו עושים ונתפשט זה השבוש בעולם עד ימי תולע השופט כי בדור ההוא בחרו להם טו אלוקות אנשים ועשרה נקבות אשר אלה יהיו ראשים ואלקי חאלוקות כי עד שם היו יותר משלשי אלף אלוקות ואחרי העבודה הזאת הלכו כל העולם כמעט כל ימי הארץ זולתי זרע אברהם וכל ימי מלכות רומה וקסריהם עד שבא קיסטנטינו הקיסר כמו בשנת ד׳ אלפים עד לבריאה וכמו שנת רמה לחרבן בית שני שהחריב כל אלה הצלמים ואמונות אמנם יש עדיין זה השבוש מעבר לנהרי כוש באופן שנמצא בבית א׳ אנשים שמאמינים באלוקות שונים וכזה תמצא בספר המורה חג פט ואומר ז, עזרא פרש׳ ויגש וארא בשלח שבני הודו אינם אוכלים דבר שיוצא מן החי ואינם מורים בבריאה וכלם בני חם והם יותר מחצי העולם

Diebus ejus (Abrahami) *fuit Liſanias* (Lycaon) *Rex Arcadiæ*, *in urbe Muria*, *qui*

primus ordinem conſtituit ſponſalium inter maritum & conjugem; (ipſe πολύγαμος: Vide *Simſ.* p. 35.) *& propter excellentiam ſapientiæ ejus Athenis ipſum poſt obitum vocârunt Jovem Deum. Atque ab hoc tempore homines, quoties vir aut mulier excelluit ſapientia, erexerunt illorum nomine ſtatuas, quibus proſtrati ſe incurvârunt, nomenque Deo illi impoſuerunt vel artificis ſapientis, vel operis artificioſi, quod fecit. Atque ſic Deos vocârunt omnia aſtra & ſtellas. Ratio eorũ erat, quòd omnia in hoc mundo ſuſtentari ad nutum & motum illorum fieri dicerent; unde relicta etiamnum ſunt eorum nomina, etſi Numina non amplius vocentur. Ægyptij elegerunt ſibi vitulũ, propterea quòd in bellum egreſſuri ſolerent loricis inſculpere imagines beſtiarum; reduces verò, quò quis majori potitus fuit victoria, eò evidentiorem effigiem loricæ impreſſit. Cúmque aliquando inſignem quidam deportâſſet victoriam, imagine vituli inſignitus fuit. Antea etiam eà elegerunt, unde uſum aliquem caperent in agricultura: Atque eadem ratione oves ad cultum protractæ ſunt. Ita etiam canis* (coli cæpit) *quod fideliter herum ſuum cuſtodiat, & ad venationem* (cum eo) *prodeat. Talis eſt cultus Pheor, quo oſtendunt genitalia, quòd eſſent membra honorata, quæ & ſuperflua ejicerent, & ſibi ſimile gignerent. Ita & jactus lapidum Mercurij: quia cultores ejus primum quod ijs manè occurrit, terram nempe, colunt. Cúmque mactant beſtias aut feras, extrahunt bilem, ne quid Dijs eorũ obveniat amari: ſed & dulcia ab eo (qui offert) petunt. Aſtutè inſuper in ſuis verſabantur ſacrificijs. Si Dij fuerint terreſtres; ſacrificârunt nomini illorum* τετράποδα, *quæ etiã ſuper altare immolârunt. Si verò ſacrificârunt Dæmonibus noxijs, mactârunt ea in foſſa.*

ſa. Dÿs aërÿs obtulerunt aves candentes, ſanguinem autem earum circa altare immolârunt. Dÿs maritimis obtulerunt aves nigras, vino interim fluctibus maris inſperſo. Dÿs cæleſtibus ſacrificaturi obtulerunt beſtias albas, membra autē exteriora, pedes, manus, caudam, os, quæ edere nō licet, ſervabant, licita verò illi comedebant. Hujusmodi ceremonias plures Idololatræ peragunt. Hæc verò confuſio diffuſa eſt per orbem ad dies uſq; Tholæ judicis; ea enim ætate elegerunt ſibi 15. *Deos maſculos, &* 10. *fæmellas: Atque hi Deorum & Dearum erant Principes. Nam ad Schemum uſque erant ultra* 30000. *Deos. Cultui huic addictus erat totus penè orbis, omnibus diebus vitæ, excepto ſemine Abrahæ; idque toto tempore Imperÿ Romani uſque ad Conſtantinum (annum quaſi quater milleſimum creationis; devaſtationis verò* 445. *templi ſecundi) qui omnia illa Idola & ſacra deſtruxit.* Hæc *tamen confuſio adhuc obtinet trans flumina Cuſch, adeò ut in eadem reperiantur domo homines, qui diverſa credunt Numina. Atque hæc reperies in More* P. III. c. 9. *Sed & Aben Eſra,* ſect. ויגש וארא בשלח *tradit; Indos nihil edere eorum, quod è beſtijs productum, neque etiam admittere creationem, eſſeque omnes filios Chami, qui ultra dimidium mundi occupent. Patricid.* p. 19. وكان في
عصر ابرهيم ملك في المشرق اسمه كورش وهو الذي
بنا اسيساط وقلونيا والعراق وفي ايامه ملكت خابيس
امراة مين كاهن الجبل وبنت نصيبين والرها وحيطت
عليها حايطا وبنت هيكلا عظيما بحران وعملت صنما
من ذهب على اسم سين وصيرته في وسط الهيكل

فامرت كل مـــن في حران بالسجود للصنم ولم تزل
اهل حران ان يعبدون دلك الصنم خمسين سنة وبعد دلك
عشق بعكسمين ملك العراق لتلبين امراة تموز ملك
الموصل فهربت مـــن قدامه وطرحت النار بحران
واحرقتها واحرقت الهيكل والصنم *Tempore Abrahami fuit Rex in Oriente, cui nomen Coreſch, qui extruxit Aſſniſatum, Claudiam, Irakum: qua etiam ætate regnavit Chalib, uxor Sin, ſacerdotis Montis, quæ Nezibin ædificavit, & Rohan, eámque muro munivit. Extruxit etiam templum magnum Charris, fecitque Imaginem auream nomine Sin, quam in medio templi collocavit; mandavitque omnibus incolis Charræis, ut eam adorarent. Charræi verò Idolum illud coluerunt annis quinquaginta continuis. Poſtea flagravit Baakſamin, Rex Iraci amore Talbin, uxoris Timuri, Regis Mouzal (Aſſyriæ) quæ fuga ſe ſubduxit ab illo, ignique Charris injecto, eas cum templo & Idolo combuſſit.* Idem refert *Elmac.* p. 35. Regem Orientis tamen appellat كرسي, urbes شميساط وفلوديا, Reginam جرابيب بـــنـــة كــاهن الجبل *Gherabib*, *filiam Sacerdotis Montis.* Nomen Idoli vult fuiſſe non سين, ſed نصيبين Neſibin. Addit & hoc: وفي دلك الزمان ملكت سمرين البني وارتعين
سنة واستولت على بـــلاد اسية واكثر مدن الشام
وبنت على عط القرات مدينة وهي منبج العتيقة وبنت
فيها

فيها بيت لصنمها واقامت له من الكهان سبعين رجالا *Eodem tempore rerum potita fuit Samarin* (Semiramis) *annos 42. præfuitque Aſiæ, pluribúſque urbibus Syriæ. Extruxit autem in ripa Euphratis urbem, Manbeghum antiquam, in qua & Idolum erexit, cui ſacerdotes conſtituit 70. viros. Schalſch. hakk.* p. 95. a. בימיו היה שמירמוש אלמנת נינו בן נמרוד אשר לרוב חכמתה הפליגה במלחמות ונצחה מדינות רבות והקיפה עיר בבל בחומות כל עבים וגסים וגבוהים באופן שהיו אומרים היות זה א׳ כשבעה מופתים שבעולם ואומרים שסבוב זאת העיר היתה סד׳ מילין *Tempore ejus fuit Semiramis vidua Nini, filij Nimrodi, quæ, ob prudentiam ſummã, cum admiratione geſſit bella, multáſq; occupavit provincias. Cinxit etiam urbem Babel muro craſſiſſimo, & denſiſſimo, & altiſſimo, adeò ut dicerent, eos eſſe de ſeptem miraculis Mundi. Tradunt circuitum illius urbis fuiſſe 64. milliarium. Zem. David* P. 11. A. M. 1958. plura de hac Regina habet, quæ hic repetere nihil attinet. Quæ de columba, Semiramidis inſigni, recitat, ex *Meor En.* ex. 21. petita ſunt. Qua de re etiam Græci ſcriptores conſulendi; *Simſ.* p. 18.

III. Imperium Pharaonum. *Schalſch. hakk.* l. c. בימיו התחילו מלכי מצרים לקרא שמותם פרעה וכן נמשכו כל מלכיהם בזה היום עד ביאת פונפיאו קיסר רומה *Diebus ejus cœperunt Reges appellari nominibus Pharaonis: Atque ſic deinceps hæc conſuetudo obtinuit, uſque ad tempora Pompeij, Imperatoris Romani.* Zem. Dav. P. 11. a. M. 2000. *Potuit fieri, ut fuerit mos Regum, ut ſe vocarent nomine Regis primi, uti Pharao apud Ægyptios, Abimelech Philiſtæis, Darius apud Perſas, Antiochus apud Aramæos, & his ſimiles.*

IV. Originem Iubilæi accerſunt à liberatione Lothi. כאשר נצול לוט מהמלכים בזכות אברהם היה ללוט חמשים שנה ויהי לו שמחה גדולה ומכאן אמרו שנצטוו בני ישראל לעשות היובל של מחילת עוונות ואחריהם יתר האומות נהגו זה לסיבה הנזכ׳ *Cùm ereptus eſſet Lot à Regibus, merito Abrahami, annos habuit Lot 50. & gaviſus fuit valde. Hinc dicunt præceptum accepiſſe filios Iſrael inſtituendi jubilæi, i.e. remiſſionis peccatorum. Quod eadem de cauſa, multæ gentes, eorum exemplo, ad imitationem pertraxerunt.* Schalſch. p.c.

V. Damaſci incunabula eodem referunt. עברי אברהם בנו עיר דמשקו והוא מלך עליה *Servi Abrahami erexerunt urbem Damaſcum, cui ille* (Abrahamus) *regio axiomate præfuit.* Plura habet de origine naupegiæ, fabrica telorum, diſpoſitione aciei bellicæ, quæ in eandem incidere dicuntur ætatem, *Ib.*

XX. יצחק *Iſaakus.*

Ejus Orientales deſcribunt 1. Nativitatem. *Zem. Dav.* P.1.p.6.b. יצחק אבינו נולד בשנת מ״ח וממנו חשבון הארבע מאות שנה של גלות מצרים לפי דעת ס״ע רבא *Iſaac pater noſter natus eſt anno* 48. (millenarii tertii) *unde initium fit numerandorum annorum* 400. *deportationis Ægyptiacæ, ex mente Seph. olam Rabba.* Idem etiam ſentit *Iarchius* &, ex eo, *R. Gedal.* in Schalſch. p.9.à. Cōfer *Simſ.* p.20.21. מעשה עקידת *Hiſtoriâ ligationis,*

nis, ubi A. *Tempus*. *Schalſch. hakk.* l. c. בן לז׳ שנים היה כשנעקד נגד דעת בן עזרא האומר שהיה בן יג׳ שנים וביום צ״כ נעקד ובו בפרק נולדה רבקה והיה בן ששים כשנול׳ יעקב *Natus 37. annos ligatus fuit Iſaac; quanquam aliter ſentiat Aben Eſra, qui vult 13. annos habuiſſe. Ligatus autem fuit die Expiationis; quo etiam momento nata fuit Rebecca.* Egit *autem annum* 60. *cùm naſceretur Iacobus.*

עקידת יצחק י״א שהיה בשנת ע״ר כאשר Zem. Dav. P. 1. p. 7. היה יצחק בן כו׳ שנה ושאז נתבשר בלדת רבקה והוא ע״פ ספרי׳ כבסמוך וי״א שמעשה עקידה היה בשנת פ״ה סמוך למיתת שרה כפרש״י ע״ה *Ligationem Iſaaci dicunt quidam factam eſſe anno 74. cùm Iſaac annos haberet 26. & quod tunc annunciata fuerit nativitas Rebeccæ; cui quidem calculo facilimè accedo. Alij tamen dicunt, incidiſſe hoc opus in annum 85. circa obitum Saræ; atque ſic Allegoricè explicat R. Sol. Iarchius:* Etiam author *Iuchaſin* habet annos 37. p. 9. (Joſephus lib. 2. Antiq. c. 22. ponit 25.) quæ non tantùm plerorumque Rabbinorum, teſte *Eſra* Gen. 22. v. 4. ſententia eſt; niſi quòd ipſe 13. alii quidem 5. præferunt; ſed & Chriſtianorum. Iſaacum tunc egiſſe annum 37. *Harvillæus*, in Iſagoga Chronologica contendit; quam etiam operam præſtitit *Patricides* in Hiſtoria Arabica p. 19. وفي ماية وسبعة وثلاثين سنة في حياة ابراهيم امره الله ان يذبح ابنه اسحق ويحرقه بالنار قربانا ولاسحق اذا ذلك سبعة وثلاثون

وثلاثون سنة وان قال قايل فما الدليل على ان اسحق
كان له سبعة وثلاثون سنة في الوقت الذي هم ابوه
بذبحه يقال لانه ان امه ساره ولدته ولها تسعين سنة
ولما سمعت ان ابراهيم اخذ ابنها اسحق واصعده الي
الجبل ليذبحه حزنت حزنا شديدا ومن شدة مالها
من الغم مرضت وماتت ولها ماية سبعة وعشرين سنة
فيجب ان يكون لاسحق في ذلك الوقت سبعة
وثلاثين سنة فاخذ ابراهيم ابنه اسحق واصعده الي
الجبل وحمله الحطب والنار وشد ابراهيم لاسحق ابنه
كتافا واجلسه على الحطب واضجعه ليذبحه فناداه
ملاك من السماء يا ابرهيم لاتذبح ابنك فقد بلونا
صبرك وطاعتك فاختبرنا سريرتك وقد بناه رحمة
لك ففدا الله اسحق بكبش عظيم وسمعت سارة ان
ابرهيم اخذ اسحق واصعده الي الجبل ليذبحه وصاحت
وولولت فمن شدة ما نالها من الغم والحزن مرضت وماتت
في تلك السنة فكانت حياتها ماية وسبعة وعشرين سنة

Anno 137. ætatis Abrahami, juſſit eum Deus ſacrificare filium ſuum Iſaacum, eundémque, tanquam holocauſtum, in cineres redigere. Habebat autem tum Iſaacus annos 37. Quòd ſi quis dicat; quo indicio conſtat, Iſaacum habuiſ-

habuiſſe annos 37. *cum parens ejus ſolicitaretur de eo mactando? Reſpondetur: Sara Mater ejus ipſum genuit anno ætatis* 90. *cúmque audiret Abrahamum accepiſſe filium ſuum Iſaacum, atque in montem, ut offerret eum, deduxiſſe, valde triſtata eſt; adeò ut præ mœrore, morbo correpta, fuerit mortua, cùm nata eſſet annos* 127. *Sequitur ergo Iſaacum tum habuiſſe annos* 37. *Aſſumtum autē filium ſuum Iſaacum deduxit in montem; eidemque impoſuit ligna & ignem. Poſtea filium ſuum Iſaacum conſtrinxit humeris tenus, & ligno impoſitum depreſſit* (proſtravit) *ut mactaret eum. Angelus autem de cœlo clamavit, ô Abraham! Ne mactes filium tuum. Iam enim patientiam tam exploravimus & obedientiam; pietatem tuam experti ſumus; Redemimus autem eum miſericordia in te noſtra. Redemit igitur* (eſt hæc Alcorani phraſis in hac Hiſtoria adhiberi ſolita) *Deus Iſaacum magno ariete. Sara verò cùm audiviſſet Abrahamum filium Iſaacum accepiſſe, & in montem, ut ſacrificaret eum, deduxiſſe, clamavit & ejulavit. Præ mœrore autem & triſtitia in morbum incidit, obijtque eodem anno, nata annos* 127.

Elmacin. p.34. وسكن ابراهيم ارض فلسطين وامره الله
ان يخرج يذبح ولده وكان عمر اسحق حينيذ سبعة
وثلاثين سنة واما سارة فانها جزعت جزعا شديدا
عند مـــا اراه ابراهيم ان يذبح ابنها ومرضت

Habitavit autem Abraham in terra Palæſtina, & mandavit ei Deus, ut educeret, & mactaret filium ſuum natum tunc 37. *annos. Sara autem graviter perculſa, cùm filium ſuum Abraham mactare vellet, in morbum incidit,*

& expiravit. Quicquid ſit de anno, ea ſaltem requiritur ætas, quæ bajulandis lignis ſacrificio deſtinatis apta erat, quæ in annum 10. *aut duodecimum non cadit.* B. *Locus.* Moria mons. De quo judæi, I. Fuiſſe primum primorum hominum altare. *Eliez.*c.34. II. vicinum portæ Paradiſi; *Eliez.*c.20. III. *Locum ſepulturæ* Adami ſecundæ. Vide ſup. p.216. IV. Ibidem etiam crucifixum Servatorem Mundi. *Simſon.*p.24. Addit *Mercerus*, illo eodem loco poſtea paſſum eſſe Chriſtum, cujus typum tunc gerebat Iſaac à patre oblatus. Scripſit quidem *B. Hieronymus*, teſte *Auguſtino*, ſe à ſenioribus judæis certiſſimè cognoviſſe, quod ibi immolatus ſit Iſaac, ubi poſtea Chriſtus crucifixus eſt. Verùm mons Calvariæ extra urbem Jeruſalem erat, & diverſus à monte Moriah, ſuper quo Templum ædificatum eſt; ſed quia propinqui erant, & fortaſſe ejuſdem totius montis partes, (ut advertit *Pererius*) pro uno monte accipi poſſunt. Idem varia authorum habet judicia, cur mons hic appelletur Moriah, qua etiam occaſione Jeruſalem nomen ſuum obtinuit. Poſtquam enim Abraham, loco, ubi ſacrificaturus erat filium, dediſſet nomen יהוה יראה Dominus providebit, ex illo יראה & vetuſtiore appellatione שלם formatum eſt ירושלם *viſionem pacis* denotans. Plura pete ex *Inchas*.p.9. *Fuller*. Miſcell. lib.2.c.14. *Cun.* de Repub. Heb. l.2.c.10. C. *Meritum* hujus ligationis. Maximam vim Hebræi tribuunt huic incurvationi ac ligationi Iſaaci etiam in expiandis ipſorum peccatis, præſertim anniverſario die expiationis volunt, Deum non tantùm moveri ſanguine circumciſionis & agni Paſchalis, ſed & Iſaaci victima, ut deleat populi ſui iniquitates. Unde hodie quoque in precatione novi anni rogant, ut Deus recordari velit העקידה שעקד את יצחק בנו על גבי המזבח *Ligationis, quâ ligavit* (Abraham) *Iſaacum filium ſuum*

ſuper

ſuper altare; vide *Sed. Tephill.* p. 113. *Vorſt.* in Pirk. Eliez. p. 209. Et ipſe *Eliez.* c. 31. *R. Iſaac dicit*; *Hoc omne non fuit formatum niſi propter meritum incurvationis. Hoc omne*, intelligit ea, quæ decima Abrahami tentatione obtigerunt, & quæ fusè toto illo capite enarrat, de itinere, comitibus, Eliezare & Iſmaële, aſino veſperæ Sabbaticæ crepuſculo creato, Sammaële ſive Diabolo Abrahamum deterrente (vide etiam *Tanch.* fol. 12. *Bereſch. Rabb.* 1. 53.) ariete, de quo ſub finem capitis legitur; *R. Chanina ben Douſæ inquit*: *Nihil ex ariete illo fruſtra provenit*: *Cinis enim arietis fuit fundamentum altaris interioris, juxta illud Exod.* 30. 10. *Et expiabit Aharon cornua ejus ſemel in anno. Nervi arietis fuerunt decem, juxta decem nablia Cytharæ, in quibus David pulſabat. Pellis arietis fuit cingulum lumborum Eliæ, hinc illud: Et dixerunt ad eum, vir qui aſcendit in occurſum noſtrum, & zona pellicea in lumbis ejus* 2. *Reg.* 1. 8. *Duo cornua arietis fuerunt. Siniſtro clanxit Deus Ben. in monte Sinai, ſicut dicitur: Et fuit ſonus tubæ, Exod.* 19. v. 16. *Dextrum cornu fuit majus ſiniſtro, & illo buccinaturus eſt in futuro ſeculo in congregatione captivitatis, juxta illud: Die illo clanget buccina magna*, Eſ. 27. 15. D. *Ligationis modus*, & cauſa impulſiva externa. Eliez. c. 31. *Dixit Iſaac patri ſuo: Pater mi, colliga me, & vinci ambas manus, & ambos pedes meos propter prævaricationē, quòd violaverim præceptum; Honora patrē tuum. Ligavit ambas manus & duos pedes ejus, atque conſtrinxit ſuper altare, & inſtruxit ligna ignemque, ac ſuper illa collocavit eum, impoſuitque illi pedem ſuum, ſicut homo facit, cū mactat beſtiā, ne recalcitret. Firmavit brachiū & ambo genua ſuper illū, extenditq; manū ſuā ſupra eum, atque ſumpſit cultrum juxta illud: Emiſit Abraham manum ſuam, atque accepit cultrum ad jugulandum filium*

 ſuum,

ſuum, veluti ſacerdos, qui adducit oblationem ſuam eámque libat. E. Cauſa finalis, tum ratione Abrahami, tentatio. *Eliez.* c. 31. *Decima tentatio fuit Gen.* 22. 1. *Et factum eſt poſt hæc, ut Deus tentaret Abrahamum. Tentavit Abrahamum identidem, ut cognoſceret num poſſet conſiſtere & obſervare omnia præcepta Legis juxta illud: Quandoquidem auſcultavit Abraham voci meæ, atque obſervavit mandatum meum, præcepta, ſtatuta mea & Leges*: Ratione Iſaaci, confirmatio articuli de mortuorum reſurrectione. Idem cap. c. R. Jehuda inquit: *ſtatim atque gladius attigit cervicem ejus, effugit atque exijt anima Iſaaci. Mox ubi audire fecit vocem ſuam inter duos Cherubinos, atque dixit: Ne immittas manum tuam in puerum, redijt anima in corpus ejus, atque ſolutus ſtetit ſuper pedes ſuos. Cognovit Iſaac vivificationem vel reſurrectionem mortuorum ex Lege, omnes mortuos ſuſcitatum iri.* Iſta *hora aperuit* (os ſuum) *dixitque: In terra Iſraëlis vivificat mortuos.*

III. *Studia.* Studiis ſacris in Schola Schemi dediſſe operam, monet R. *Gedal.* p. 9. תכף אחר העקידה הלך למדרש שם *ſtatim autem poſt ligationem Iſaacus adijt Scholam Schemi.* Imò tradunt ששם עכב עד שבא אליעזר עם רבקה *Schemum ibi ſubſtitiſſe, uſque dùm venit Eliezer cum Rebecca.* Ib. At poſt Abrahami ætatem vixiſſe Schemum, nulla ſolida ratione, è ſacra Hiſtoria, elicitur. Nihil enim aliud prodit, quàm fuiſſe centenarium poſt diluvium, atque poſtquam genuerat Arphaxadum fuiſſe 500. annorum, Gen. 11. v. 10. 12. At verò juxta R. *D. Ganz* calculum & multorum Chriſtianorum, vixiſ-

ſet Sem etiam ætate Iſaaci & Jacobi. *Vorſt.* Not. ad Zem. Dav.

IV. *Conjugium* cum Rebecca, de qua, I. Minorennem adhuc domum Iſaaci fuiſſe ingreſſam. *R. Gedal.* p. 9. אומר שרבקה היתה בבואה לבית יצחק בת ג׳ שנים ובספרי נראה שהיתה בת יד׳ שנים *Ajunt, Rebeccam, cùm ingrederetur ædes Iſaaci, annos habuiſſe tres. Ex Siphri autem apparet, egiſſe annum* 14. Confer *Zem. Dav.* P. I. p. 7. a. Anile figmentum de trienni ſponſa cum ſponſo quadragenario Raſi probare ſatagit *Gen.* 15. v. 20. quia, cùm reverſus fuiſſet Abraham illi nunciabatur, Rebeccam natam eſſe, atqui Iſaac tum erat 37. annorum, quo temporis articulo Sara obijt. A nato enim Iſaaco ad mortem Saræ ſunt 37. anni; quia nonagenaria peperit Iſaacum, cùm obierit 127. annorum. Anno autem Iſaaci 37. natam eſſe ſtatuit Rebeccam. Atque ſic triennis fuiſſet uxor. II. Sterile hoc fuiſſe conjugium per annos viginti. *Schalſch.* l. c. עשרים שנה היתה עקרה והוליכה יצחק להר המוריה למקום שנעקד והתפללו על הבנים ויצחק היה יודע שיהיו לו בנים אבל לא ידע אם מרבקה או מאשה אחרת *Poſtquam viginti* (id quod ſacris literis convenit) *annos fuiſſet ſterilis, deduxit eam Iſaac ad montem Moriah, ubi ligatus fuerat, & ſolicitârunt precibus prolem.* (Eadem habentur in *Pirk.* Eliez. c. 32.) *Noverat enim Iſaacus, ſe conſecuturum liberos; neſciebat tamen utrum ex Rebecca, an ex alia.* III. Rebeccam Iſaaco ſingulari Dei beneficio fuiſſe deſtinatam. R. *Eliez.* c. 16. *R. Aban dixit: Voluit Sanctus Benedictus exercere beni-*

nigni-

nignitatem erga Iſaacum, & miſit Angelum ante Eliezarem ſervum Abrahami, proſilijt coram illo via, & ſervus tribus horis (aliàs iter ſeptem dierum ſtatuitur) *pervenit Charran. Prævifa fuit coram Sancto Benedicto filia Regum, quæ à diebus ſuis (unquam) exierat hauſtum aquam: Illa egreditur ea ipſa hora ad hauriendum aquam; & puella, quæ ignorabat, quiſnam iſte vir eſſet, recipit in ſe connubium cum Iſaaco contrahere. Cur? quia ipſi à viſceribus matris ſuæ idonea fuerat ex ore Potentiæ* (Dei) *juxta illud: ponantur in bilance ſimul, vanitate leviores ſunt*, Pſal. 72. 10. *Reſponderunt autem Laban & Bethuel atque dixerunt: Poſtquam hæc res prodijt ex ore Potentiæ* (ſeu omnipotentis) *non poſſumus nos impedire, ſicut dicitur: Et reſpondit Laban & Bethuel, atque dixerunt: A Domino provenit hæc res. Ecce Rebecca coram te: Accipe & vade*, Gen. 24. 50. 51. *Manè ſurgens vidit Angelum ſtantem, & foras illum præſtolantem, & dixit ijs: Ne remoremini me, quia Dominus iter meũ proſperè direxit. En hic præſtolatur me foras. Comederunt autem & biberunt in convivio Rebeccæ, juxta illud: Et comederunt ac biberunt, ipſe & homines, qui cum illo erant; dixitque illis: Nolite me remorari. Sicut autem Miniſter Synagogæ ſtat & benedicit ſponſæ in thalamo ſuo; ſic illi quoque ſtabant ac benedicebant Rebeccæ, prout dicitur: Et benedixerunt Rebeccæ, dicentes ei, &c. Horâ ſextâ diei profectus eſt ſervus Charrane, & aſſumpſit Rebeccam, atque nutricem ejus Deboram, eáſque impoſuit camelis. Ne autem ſervus noctu ſolus cum Rebecca ageret, ſubſiliebat terra coram ipſo, hora tertia venit Chebron circa tempus precationis Minchæ, atque exibat Iſaac ad orandum precationem Mincha, juxta illud:*

illud: Et egreſſus eſt Iſaac ad meditandum in agro. Gen. 24. v. 63. *Non eſt autem meditatio illa aliud niſi precatio, ſicut dicitur: Oratio humilis, cùm anxius fuerit, & effuderit coram Domino meditationem ſuam.* Locum Geneſ. etiam *Iarchius* de precibus veſpertinis explicat. v. *Liberis.* Iſaac gemina ſimul prole parens factus. *Patricid.*

وفي ستين سنة من حياة اسحق حبلت زوجته ربقة واشتد عليها الامر والوجع واتت الي ملشيساداق فصلي عليها وقال لها ان في بطنك شعبين وانك تلدين قبيلتين والكبير يخضع للصغير وولدت ربقة غلامين في بطن واحد فسما اسحق الاول العيص وسما الثاني يعقوب وانما سما يعقوب لانه خرج من بطن امه ولهو ماسك بعقب العيص *Anno ſexageſimo ætatis Iſaaci concepit uxor ejus Rebecca. Et quia cum difficultate pariter luctabatur & dolore adijt, Melchiſedekum, qui, precatus pro ea, dixit: Sunt in vẽtre tuo duæ nationes, duáſq́ paries familias. Major autem ſubjicietur minori. Et enixa eſt Rebecca duos pueros, eodem utero geſtatos. Et appellavit Iſaac alterum Eſavum, alterum verò Jacobum, quod, dum egrederetur utero matris, manu ſua tenebat calcaneum Eſavi.* Elmac. p. 36. وكانت رفقة زوجة اسحاق عاقرا فدعا الي الرب فاستجاب له وحبلت وولدت له عيصوا ويعقوب في بطن واحدة وعمره حينيذ ستون سنة *Erat autẽ Rebecca, uxor Iſaaci ſterilis; & invocavit Deũ, qui eam exaudivit, ut conceperit & pepererit Eſavum & Jaco-*

Jacobum eodem utero, cùm Iſaac haberet annos 60. *Iſaaci προσωπογραφίαν* diſtinctè proponemus. Eſavum nobis Orientales ſiſtunt I. Peritum & felicem venatorem: Nam quę Gen. 25. v. 27. dicuntur, prolixè repetit *Elmac.* p. 35. *Patric.* 21. II. Profanum primogenituræ venditorem. *Elmac.* l. c. واباع عيصوا بكوريته ليعقوب اخيه باكلة عدس *Et vendidit Eſau primogenituram ſuam Jacobo fratri pro lendibus.* III. Strenuum bellatorem, *Schalſchel.* p. 9: עשו הרג את נמרוד ולקח ממנו בגדיו החמודות אשר היו כאדם הראשון ואחר כך לקחם יעקב בשעת הברכה *Eſau occidit Nimrodum, & abſtulit ei veſtes pretioſas, quæ Adamo erant; quas poſtea accepit Iacob tempore benedictionis*; ab Iſaaco impetratæ. Eadem fabula recitata eſt ſupra ex *Pirk. Eliez.* c. 24. IV. Circumciſionis contemptorem. *Pirk. El.* c. 29. R. dicit: *Iſaac circumcidit Jacobum; ſed Eſau contemſit circumciſionem; ſicuti etiam ſprevit primogenituram, juxta illud: Et contemſit Eſau primogenituram*, Geneſ. 26. 34. Quod propterea tamen ad fabulas Judaicas relegatur, quod à vero abhorreat infantem octiduanum tergiverſari potuiſſe, aut circumciſionis ritum contemnere. V. Regem amplis pomœrijs inclytum. *Eliez.* c. 38. *R. Levi dicit: Tempore aggregationis ad patres* (vel mortis) *Iſaaci reliquit poſſeſſionem & facultates ſuas, ac quicquid habebat duobus filijs, idcirco duo illi beneficentiam erga illum exercuerunt, ſicuti narratur: Et ſepeliverunt eum duo filij ejus Jacob & Eſau. Dixit Eſau Jacob: Dividamus quicquid acquiſivit pater, in duas partes; & ego optio-*

nem

nem habeam, quia primogenitus ſum. Dixit Jacob: Impius hic non implet oculum ſuum divitijs, juxta illud: Etiam oculus ejus non ſaturatur divitijs. Quid fecit Jacob? Diviſit in duas partes, quicquid reliquerat pater ejus pars una erat; terra Iſraelis pars altera. Quid egit Eſau? Profectus eſt ad Iſmaëlem in deſertum, ut ibi Regem ageret. Hinc dicitur: Et abijt Eſau ad Iſmaël. At Iſmaël jam. 14. annis vivere deſierat. Quod igitur *Gen.* 28. v. 9. dicitur Eſavus adijſſe Iſmaëlem, patronymicè illud intelligunt. VI. Impediturum ſepulturam Jacobi à Dani filio capite fuiſſe truncatum *Eliez.* c. 39. quæ petita ſunt ex *Sota* c. 1. Aliam Orientalium, Syrorum cumprimis, traditionem dedimus *Theſ. Philol.* p. 275. Sed & alij Hebræi, Eſavi filios Jacobo litem eo nomine intendiſſe volunt. *Nachmanides* in Geneſ. ſcribit: *Invenimus in Chronico Joſephi Gorionidis & alijs antiquis libris, quòd venerit Tzepho filius Eliphas, filius Eſavi, & contenderit cum ipſis* (filiis videlicet Jacobi patrem ſepelire volentibus) *propterea* (h. e. propter ſepulchrum: quia exiſtimabant potiori jure ſepulchrum Eſavo, tanquam primogenito deberi) *donec bellum inter ipſos ortum fuit, in quo prævaluit manus Joſephi, ita ut Tzepho cum ſelectiori ſuo milite cæſus, & in Ægyptum deductus fuerit, ubi in carcere detentus fuit omnibus diebus Joſephi. Mortuo autem Joſepho, fugit ex Ægrypto, & venit in Campaniam, regnavitque illic ſuper provinciam Cithæorum in Roma. Tandem verò regnavit ſuper Italiam, fuitque primus, qui ſuper Romam regnavit.* Confer Schalſchel. p. 9. VII. Aliquid etiam dicendum eſt de agnomine ejus,

ſive, Epithero Edom, à Jacobo impoſito : *Iſa, bar Ali*
ܐܕܘܡ ܐܦܪ ܣܘܡܩܬܐ ܘܐܬܩܪܝ ܥܝܣܘ ܐܕܘܡ
ܡܢ ܝܥܩܘܒ ܡܛܠ ܪܥܒܘܬܗ ܘܐܡܪܝܢ ܕܗܝ
ܗܝ ܪܘܡܝ ܘܐܬܩܪܝܘ ܪܘܡܝܐ ܐܕܘܡܝܐ
ܘܐܡܪܝܢ ܐܚܪܢܐ ܕܗܝ ܗܝ ܕܪܡܣܘܩ
ادوم يعني ارض حمر وسمي عيسوا ادوم مــن يعقوب
لاجل شراهته وقالوا ان هي رومية وسموا الروم ادوميين
وقالوا اخرين انها هي دمشق, Edom *ſignificat terram rufam. Sed & Eſau à fratre ſuo Jacobo, propter voracitatem* (edulium rufum quo jus primogenituræ tradidit, hoc nomine, dubio procul, venit) *appellatus fuit Edom: Sunt qui dicunt eſſe Romam, & Romanos vocari Edomæos. Alij verò volunt eſſe Darmſoko*: Damaſcum ſic appellant, q. ܕܪ ܡܣܘܩܐ *terra rufa*, ex qua Adam formatus, qualis in ea regione eſt: Vide *Sionit*. de moribus Orient. c. 4. Romam & Romanos Edom dici & Edomæos, notius eſt, quàm quod prolixè demonſtrari debeat. Quæ verò hujus Nomenclaturæ ratio, diſceptant Critici. Tranſijt poſtea hoc nomen ad omnes Chriſtianos, cujus quidem nugamenti ſtolidas & ineptas judæi afferunt rationes. *Aben Ezra* Eſ. 63. prout in Editionibus antiquioribus extat: אדום וזאת היא מלכות רומא וקוסטנטינא וקראו אדומים בעבור שנכנסו בתורת אדום וזאת התורה נקראה על שם אדום שהאדומיים בתחלה האמינו בתורת האיש הידוע *Edom & Romanum & Conſtanti-*

ſtantinopolitanum regnum. Edomæi autem vocantur, quia receperunt Legem Edom: quæ de nomine Edomi vocatur, quia Edomæi primum crediderunt in Legem illius noti viri i.e. Jeſu Nazareni. Solet aliâs, & Eſra, & alij judæi, Servatorem appellare אתו האיש *Illum virum*, ne ejus nomen cogantur exprimere. Pleniùs idem author fabulam narrat ad *Gen.* 24. v. 40. *Et Roma, quæ captivos nos tenet, eſt ex ſemine Cithæorum.* Sic enim Paraphraſtes Chaldæus *Num.* 24. 24. verba hæc וצים מיד כתים *Et naves, de littore Chittim* exponit; *& turmæ emittentur à Romanis. Eſtque ipſum Regnum Græcum* (nam Regnum Græcum, & regnum Romanum vult eſſe idem Geneſ. 10. ad vocem כתים) *quemadmodum expoſui in libro Danielis* (c. 2. v. 39.) *& fuerunt homines pauci, qui crediderunt in virum illum, quem pro Deo coluerunt. Quum autem Roma credidiſſet in diebus Conſtantini, qui totam Legem ſive religionem innovavit, & in vexillo ſuo poſuit imaginem crucifixi in manu ſacerdotis Idumæi, neque in mundo eſſent, qui novam illam religionem ſuſciperent, niſi pauci quidam Edomæi, idcirco vocatur Roma Regnum* Edom. Alii volunt, Romanos vocari Edomæos, propter Titum Veſpaſianum ex ſemine Eſavi ortum: Unde & Talmudici nepotem Eſavi eum appellant. Alii Magdielem, ducem Eſavidem, vocant Romam. Ita *Iarchius* Gen. 36. 42. & *Eliez.* in capit. c. 38. Vide *Kimch.* Joël. 3. 19. & *Abarbin,* in Proph. Maj. p. 53. c. 4. *Buxt.* Lex. Talm. p. 31. *Schind.* voce ארם *Patricides* à familia materna (contra Hebræorum Canonem משפחת אם אינה משפחת *familia materna non eſt familia*) arceſſere videtur hanc nomenclaturam, p. 21. قتروج

العيص وهو ابن اربعين سنة من بنات عمه اسماعيل
امـــراة يقال لها نحلات فولدت منه اولادا كثيرة
وتزوج مـــن بنات كنعان امراة يقال لها عدا ابنة
الون الحبشي فتزوج مـــن بنات الروم وتناسل فيهم
وله نسل كثير لايحصا ومن نسله العمالقة والقوري

Et junxit ſibi matrimonio Eſavus , cùm annos haberet quadraginta, è filiabus patrui ſui Iſmaelis, uxorem cui nomen Nachalath (Machalath) *ex qua multos concepit filios. Poſtea deſponſavit ſibi ex Cananæis filiabus uxorem, cui nomen Gada, filiam Alun Chaiſchæi,* (Chittæi) Sed & ex filiabus *Romanis duxit uxores & prolis propagatione continuata factum eſt, ut ſeminis ejus numerus iniri non potuerit, ex quibus Amalekitæ & Kuræi.* Idem ferè habet *Elmac.* p.40. Confer *Hiſtor. Oriental.*

VI. *Res geſtæ,* ut ſunt I. Aſpectus Majeſtatis divinæ. *Eliez.* c.32. *R. Simeon ait; cùm ligatus eſſet Iſaacus elevabat oculos ſuos ac videbat Majeſtatem Dei, ſcriptum autem eſt: Non videbit me homo, & vivet, ſed loco mortis caligârunt oculi ejus, tempore ſenectutis ipſius ſicuti narratur: Senuit autem Iſaac, & caligárunt oculi, ut non videret.* Hinc *diſcis, cæcum cenſeri inſtar mortui.* II. ἔνδειξις magnæ στοργῆς facta in matris Saræ obitu. *Eliez.* c.c. *R. Ioſe inquit: Tribus annis fecit Iſaac luctum, propter matrem ſuam Saram; poſt tres annos aſſumſit Rebeccam, & oblitus eſt luctûs matris ſuæ.* Id quod tamen Hiſtoria ſacra non indicat Nititur autem hęc ſententia incerta illa hypotheſi, quòd Iſaac fuerit 37. quando mactandus

erat;

erat; ſic autem calculum rectè procedere, probare conatur Jarchius *Gen.* 21.20. quòd nimirum Iſaac, cùm moreretur Sarah, egerit annum 37. Natus enim fuit anno Saræ 90. quæ poſtea anno ætatis 127. obijt, *Gen.* 23.1.

VII. *Mortem, Zem. Dav.* P. 11. Millen. tertio. Iſaac *pater noſter mortuus eſt filius annorum* 180. *annorum, anno* 3228. 12. *annis poſt venditionem Joſephi, juxta verba R. Solomonis Iarchij, ſect.* וישלח; quem calculum apertè oſtendit. Vide *Vorſt* in Zem. Dav. p. 204. *Elmac.* p. 36. وعاش اسحق ماية وثمانين سنة ومات لتمام ثلاثة الف وستماية وثمانية وستين سنة في شهر وذلك في ماية وعشرين سنة من حياة يعقوب ودفنوه اولاده في مغارة التي دفنوا فيها ابراهيم بمدينة الخليل *Vixit Iſaacus* 180. *annos, & obijt ſub finem anni* 3668. *menſe Iiar, anno ætatis Jacobi* 120. *Et ſepeliverunt ipſum liberi ejus, in ſpelunca, in qua etiam ſepeliverunt Abrahamum, in urbe Chalil.* Geminam autem Judæos Iſaaco tribuere mortem, ſupra ex Pirke Eliez. monuimus.

VIII. Synchroniſmi, quo referuntur ab Orientalibus,

A. Mors Thærachi. *Patricides.* p. 20. وفي خمسة وثلاثين سنة في حياة اسحق مات تارح في شهر ايلول وهو توت وكانت حياته مايتين وخمس سنين ودفن في حران *Anno* 35. *vitæ Iſaaci obijt Thærachus, menſe Elul, qui & Thout, natus annos* 205. (Hebræi habent totidem; *Zem. Dav.* p. 7. *Elmacinus* tamen ponit annos 265. vide ſup. p. 282.) *& ſepultus eſt charris.*

 B. Ex-

B. Extructio Hierichuntis. Elmac. p. 36. وفي ايام اسحق بنيت اريحا بناها سبع ملوك وعمل كل واحد منهم عليها سور, *Tempore Iſaaci excitata eſt Jericho, quam extruxerunt ſeptem Reges, quorum unusquiſque confecit murum.* Idem enarrat *Patricid.* p. 21. niſi quòd pro سور ponat الحايط *parietem, ſeptum.*

C. Initium regni Cretenſis; Veſtalium; variorum vaſorum, veſtium lanearum, & inſtrumentorum, cultus Jovis, quæ, quia ex ſcriptis Exotericis meliùs & certiùs haberi poſſunt, vel indicâſſe ſatis ſit ex *Schalſch. hakk.* p. 95.

D. Ea ergo, quæ de morte & ſucceſſoribus Aphridum Arabum ſuggerunt monumenta ἀνέκδοτα, etſi prolixiora ſunt, mantiſſæ loco addemus. Ita ergo *Elmacin.* p. 36. & deinceps: وفي ذلك الزمان مات افريدون صاحب العجم وعمره ماية واربعين سنة منها قبل ان يملك خمسة واربعين سنة وبعد ان ملك خمسة وتسعين سنة وراي اولاد اولاده الي خمسة اعقاب وكانت وفاته في اربعماية خمسة وتسعين سنة من مملكة نمرود الجبار ودفن في مدينة خراسان وملك بعده ولده شهرنار على جميع ممالك العجم ثلاثة وتسعون سنة وسار بسيرة ابيه افريدون واحسن الي الرعايا وعدل عليهم واجزل العطا الاكابر مملكته

وفي

وفي السنة الثانية من ملكه مات وزيره والده فاستوزر
ولده بهمن ولقبه بلقب والده خواجان وفوض اليه
تدبير دولته فدبرها تدبيرا جميلا واحسن السياسة
واجري الناس مجاري على قواعد افريدون وصار
لشهرشاه اولاد كثيرة قال زوبهار في تاريخه ان
شهرشاه لما راي اكبر اولاده قد اخذ الرجال
وان عنده شهامة وصرامة اراد ان يخلع اخاه ماهان
من ولاية العهد ويجعلها في ولده الكبير وكان اسمه
اسفرشاه والتمس ذلك من اخيه ماهان ولم يوافقه
فتغير عليه تغيرا كبيرا فلما راي ماهان ان اخاه
شهرشاه قد تغير عليه خاف على نفسه اخذ اخوته
وغلمانه وما خف حمله من اولاده وامواله وخرج
على انه يتصيد فانهزم الي بخارا فدخلها واستولي
عليها وعلى بلادها وتبعه جماعة كبيرة ممن
كان يتهواه ويميل اليه من عسكر اخيه وكان
كلمن عليه دين دم او تهمة قتيل وخاف على نفسه
هيا يبهرم فاجتمع عنده عسكرا كثيرا نحف هذا

على

في علي السلطان شهرباز امرا عظيما وارسل الي اخيه
ماهان وطلبه ان يحضر اليه ولا يكلفه ان يخلع نفسه
من ولاية العهد ويبذل له من الاموال وما يختاره
من البلاد ولم يفعل ولم يحضر اليه فجهز اليه عسكرا
كثيفا ليحضر غضبا فخرج ماهن اليهم والتقاهم وهم
علي ضعف من اثر الطريق وقاتلهم وكسرهم وقتل
منهم خلق كثيرا واخذ جميع ماكان معهم في
الطريق من الدواب والاسلحة والامتعة وغنم
اصحابه منهم غنايم كثيرة وهرب بعضهم الي السلطان
شهرباز فاخبره بذلك فاشتد عليه هذا الامر الي الغاية
ثم جهز عسكرا ثانيا اكثر من الاول وقدم عليهم
رجل من الاساورة اسمه قابوس وكان من المحبين
لماهان باطنا فلما قرب منه اتفق مع الجيش الذي
معه بان يدخلوا في طاعة ماهان فتسلم انفسهم وارسل
اليه وعرفه بذلك فطلب منه الامان لـه ولمن معه
فخاف ماهان ان تكون مكيدة فارسل اليه احد
اخواته ومعه الامان ولما توثق كل منهما من الاخر
مضي

مضي قابوس ومن معه الي خدمة ماهان وركب
ماهان وتلقاهم واحسن اليهم واعطاهم الاموال والخلع
فلما بلغ ذلك السلطان شهريار خاف خوفا عظيما
واستدعا اكابر مملكته وشاورهم في الامر فقالوا له
انت تعلم ان مسافة بخارا بعيدة وطرقها شاقة وفيها
جبال وعرة وكلمن تسيره اليها ما يصل اليها الا
عن ضعف كبير ويلقاهم اخوك وهو مستريح فيكسرهم
فكانك تفني عسكرك وتتلفه ولا تحصل ولا على
مقصودك والذي نراه ان تتركه في تلك الناحية ولا
تعود ترسل اليه نوافقهم على ذلك في الظاهر وفكر
في نفسه على مكيدة يعملها باخيه ماهان لمهلكة
فاستحضر رجلا عاقلا عارفا كان يثق به فتحدث
معه بان يمضي الي اخيه واعطاه سما قاتلا واوصاه بان
يتحيل ويسم اخيه واوعده بمواعيد جميلة ان هو فعل
ذلك Eodem tempore mortuus eſt Aphridun Princeps Barbarorum, natus annos 140. 45. antequam regeret, 95. in ipſo regimine, viditque nepotes in 5. generationes. Incidit autem obitus ejus in annum 495. Imperij Nimrodi, Gigantis, & ſepultus eſt Choraſanæ. Succeſſit ei filius Schaharnas in omnibus Regnis Barbaricis annos

 93,

93, ſecutúſque regimen patris Aphridun, ſnbditis pulchre præfuit, juſtitiam exercuit, Magnates Imperÿ muneribus affecit. Anno regni ſecundo mortuus eſt Vezir (conſiliarius) *parentis, cui ſuffecit filium ejus Bahman, impoſito parentis cognomento Chovaghabehan* (Domini Mundi) *cui etiam tradidit adminiſtrationem Imperÿ ſui, quod cum laude adminiſtravit. Pulchrum enim inſtituit regimen, ſubditóſque fundamentis Aphridun aſſuefecit: Erant autem Schaharnaro multi liberi. Zubehar in Hiſtoria ſua refert, quòd, cùm Schaharbaz* (ita exemplar habet , puto tamen legendum شهر نار Schaharnâr) *vidiſſet filium natu maximum virilem induiſſe togam, polleréque ingenio & robore , voluit fratrem Hamanem regno abdicare, illúdque in filium majorennem, cui nomen erat Iſpharjar, transferre. Cûmq; fratrem Hamanem hoc nomine compellaret, ipſe verò aſſenſum præbere nollet, multum ab eo alienatus fuit: Mahan autem* (ita indifferenter amanuenſis modo Mahanem appellat, modo Hamanem) *cum obſervaret , fratrem Schaharbazum abalienatum à ſe eſſe , timore perculſus aſſumſit fratres & adoleſcentes ſuos , & quicquid facile erat portatu, de filÿs & opibus ſuis , atque ſub prætextu venationis fugit Bocharam, eámque ingreſſus , cum tota ejus regione ſibi ſubjecit: Et inſecuti ipſum ſunt plurimi ex caſtris fratris ejus, qui ad ipſum catervatim tranſierunt. Omnes etiam rei mortis, aut ſuſpecti homicidÿ, ut timerent ſibi, ad eum transfugæ facti ſunt. Et auctus eſt exercitus ejus, adeo ut Sultanum Schaharbazum ſolicitum valde haberet: Miſit ergo ad fratrem ſuum Mahanem,*

nem, petiitque, ut ſe accederet, neque cogeret, ut ipſe imperio ſe abdicaret: Obtulit autem ei opes, & quicquid placeret de regionibus. At non paruit, neque adiit ipſum. Miſſo igitur numeroſo exercitu invitum eum adduci voluit. Mahan autem egreſſus, illis occurrit, cùm defeſſi eſſent ex itinere: adorſus igitur illos, magnóque numero fractos cæcidit; abſtulitque iis omnia, quæ itineri neceſſaria ſibi adjunxerunt de jumentis, armis, ſupellectilibus: Et onuſti erant ejus milites (ſocii) *ſpoliis multis: Aufugerat autem quidam eorum ad Sultanum Schaharbaz, nuntiumque rei geſtæ attulit. Et quia graviſſimè hoc tulit, alium miſit exercitum priori majorem, cui præfecit Equitem* (vox Arabica prop. ducem notat Perſicum, ſagittariæ & equeſtris artis gnarum) *cui nomen Kabus, qui Mahanem intimè diligebat: cúmque ei appropinquâſſet, pactus eſt cum exercitu, quem ſecum habuit, ut ſubjicerent ſe Mahanis Imperio, ſeque ei traderent; miſſóque nuntio, qui hoc illi ſignificaret, ſecuritatem ab illo petiit pro ſe & comitatu ſuo. Veritus autem Mahan, ne fraus ſubeſſet, miſit quendam fratrum ſuorum, ſecuritatis literis additis, cúmque inter eos conveniret, Kabus, & qui cum illo erant Mahanis ſe ſervitio addixerunt: Mahan igitur eques occurrit illis, benignéq; exceptos muneribus & ſtolis donavit. Hoc verò cùm Sultano Schaharbazo innotuiſſet, magno affectus fuit terrore, vocatiſque regni Proceribus, in conſilium eos ea in re adhibuit, qui ei dixerunt: Noſti utique Bocharam longius abeſſe, aviis & ſalebroſis montibus itinera difficilia, adeò ut quicquid miſeris, eò ægre perveniat, niſi laſſum; Frater*

verò tuus, qui laſſitudine hac non fatigatus integris viribus ijs occurret, eáſque conteret. Atque ſic exercitum tuum rediges in nihilum, ut nihil ſuperſit: Quod tamen intentioni tuæ non reſpondet: conſultius igitur eſt, ut in eo ipſum relinquas tractu, neque amplius ad ipſum mittas. Et videbatur ipſis conſentire palàm; clàm verò cogitabat de dolo, in perniciem fratris cudendo. Vocavit igitur ad ſe virum prudentem, ventris tamen mancipium, qui ipſi aſſenſit. Et contulit cum eo, ut abiret, fratrémque ipſius veneno tolleret. In mandatis autem ei dedit, ut dolosè ageret, fratríque venenum propinaret, additis multis promiſſionibus, ſi illud faceret. Abiit igitur ſimulans, ſe deſeruiſſe miniſterium Schaharbazi; veneno Mahanem ſuſtulit, poſteaque ad Sultanum reverſus, præmium, promiſſum antea, obtinuit. Mox tamen اجتمع اكابر دولته وملكوا ولده مهكان عوضه *Congregati Proceres Imperij regnum detulerunt filio ejus Mahacan, loco ipſius.*

XXI. יעקב *Jaacob.*

Latum hic ingredimur campum. Ea tamen decerpemus tantùm, quæ πρὸς ἔπος. Tractatio autem ex Orientalium ſcriptis erit duplex, ὀνοματώδης & πραγματώδης. In illa habemus 1 nomē Jacobi, cujus Etymologię ratio habetur *Gen.* 25. v. 26. 2. Cognomen ישראל, *Geneſ.* 32. v. 28. Non Jacob dicetur ampliùs ſolùm nomen tuum, ſed Iiſraël, כי שרית עם אלהים ועם אנשים ותוכל *principem te geris apud Angelos & apud homines, & potentiâ vales.* Plana eſt hæc Etymologiæ ratio ex Ἀγγελομαχία orta, variis tamen ab ipſis Orientalibus involuta difficultatibus. In Pirke

Eliez.

Eliez. c. 37. habetur , *eum nomen obtinuiſſe* Iſraëlis, *quòd ipſe ſic Angelus, quo cum luctatus eſt, appellaretur. Vocavit nomen ſuum Iſraël, uti nomen ejus erat, ita quoque vocatum eſt nomen illius Iſrael:* quaſi ex illorum fuiſſet numero qui אישים dicuntur, cujuſmodi fuiſſe volunt eum, qui Danieli, aliiſque Prophetis in forma viri apparuit. Nobis eſt Angelus increatus , qui in præludium Incarnationis ſæpe viri aſſumſit formam, ut poſtea quod audiemus. Alij novã confingũt Etymologiã vocis, magnæ eſt oſcitantiæ, præeunte aliter ipſa S. Scriptura, & priorem oſtendente. *Iſa, bar Ali*: ܐܝܣܪܝܠ ܓܒܪܐ ܡܢ ܚܙܐ ܐܠܗܐ *Iſraël vir eſt, qui vidit Deum*. Arabum judicium dedi in *Hiſtor. Orientali* p. 36. In πραγματῶδει, occurrit

A. Brevis vitæ Patriarchæ deſcriptio, quam habet author *Schalſ. hakk.* p. 11. a. והנה ערוך לפניך עסקים ומאורעות
יעקוב ושנותיו כפי דברי סדר עולם והמדרשים בהיותו בן טו
שנים קנה הבכורה ובהיותו בן סג שנים לקח הברכה ותכף
יצא ברוח מבית אביו והלך במדרש שם ועבר בדירת קבע
ושם עמד יד שנים זולת כי מבראשונה היה תמיד הולך שם
ללמוד ושב אל אביו לשוב למודו לפניו בו בפרק מצאתו
מבית אביו מת ישמעאל ונכנס בבית לבן בהיותו בן פד שנים
ובהיותו בן פו שנים מת עבר רבו ואחר חדש ימים שנכנס
בבית לבן לקח לאשה לאה ורחל שהיו תאומות ובנות לבן
והיה להן כב שנים ותוך שנה נולד ראובן ובמשך ז׳ שנים
נולדו לו יא שבטים ודינה עשרים שנה עמד בבית לבן ויצא
מביתו בן קכ שנים ובא לסוכות ושם עמד שנה א׳ והלך לשכם
ושם עמד כמו ששה חדשים והיה לו צרת דינה היו שמעון
ולוי

ולוי בהריגתם יג׳ שנים והיה ליעקב ובניו מלחמות גדולות
ועצומות עם בני אמורי על הריגת ושבית שכם כנראה במדרש
פר׳ וישלח כי יפה הוא ולהיותו כל כך ארוך לא העתקתיו
הלך בית אל ושם עמד כמו ד׳ חדשים ושם מתה דבורה וגם
בא לו שמועת מיתת רבקה אמו ויקרא שם המקום אלון
בכות ושם נתברך בשם ישראל ויסע מבית אל ונולד לו
בנימן בדרך אפרתה ומתה רחל אשתו וראובן חלל יצועי
אביו ונתאחר בזה הדרך כמו ב׳ חדשים ויבא אל אביו
והוא בן קׄדׄ שנים ושמש אביו כבׄ בפרק היות יוסף בן יז
שנים כתה לאה והיא בן מׄדׄ שנים ואז נתפרד עשו מיעקב
ותוך ו׳ חדשים נמכר יוסף ומעט אחר כך היה מעשה תמר
עם יהודה בן ל׳ שנה היה יוסף בעמדו לפני פרעה ואז היה
ליעקב כמו קכו שנים ואז היה רעב מצרים וכנען ותקף שלח
יעקב השבטים לשבור אוכל במצרים ובהיותו בן קלׄ שנים
הלך למצרים עם כל בני ביתו ויכת בן קמזׄ שנים וילכו
בניו לקברו במערת המכפלה ואומר המדרש שמלחמות
גדולות היו בין השבטים ועשו שבא עם מחנה גדול ללחום
ולא מצה שיקם יעקב במערת המכפלה ואז נהרג עשו
כהשבטים וכו׳ כנראה שם *Siſto autem tibi negotia & eventus Jacobi, ejuſdémque annos, juxta Seder Olam, & Midraſchim ſive commentaria. Natus 15. annos emit jus*

primo-

primogenituræ; anno 63. accepit benedictionem. Statim poſtea, impulſu ſpiritus, exiјt ædibus patris ſui ut ingrederetur Scholam Schemi & Eberi, fixámque ibi haberet ſedem. Et ſubſtitit ibi 14. annos, præter quàm, quòd ab initio eam ſedulò frequentaret, ut diſceret; rediјt autem ad patrem, ut ei progreſſuum redderet rationem tempore conſtituto. Cùm deſereret domum patris ſui, mortuus eſt Iſmaël: Familiam Labani ingreſſus fuit anno 84. ætatis: anno 86. obiјt Eberus, Præceptor ejus. Elapſo menſe, poſtquam Labano ſe applicuit, duxit uxores Leam & Rachelem; quæ gemellæ filiæ erant Labanis, cùm agerent annum 22. Intra annum natus eſt Reuben. Tractu ſeptem annorum natæ ſunt ei undecim tribus & Dina. In familia Labani ſubſtitit 20. annos, poſtea, anno ætatis 120. egreſſus venit in Succoth, ubi annum unum fuit moratus. Inde Sichemum abiјt, ubi ſex menſes tranſegit, Dinæ interea caſu afflictus. Simeon & Levi, cùm patrarent cædem habebant 13. annos. Exinde Jacobo & filiјs ejus gravia & crudelia interceſſerunt bella cum filiјs Emoræorum, propter cædem & captivitatem Sichemæorum, ut eſt in Midraſch Sect. וישלח, *quæ etſi pulchra ſunt, non tamen, ob prolixitatem, huc transferam. Poſtea Beth-Elem conceſſit, ibique egit 4. menſes, ubi & Debora fuit mortua, & fama de obitu Rebeccæ matris ſuæ advolavit: Unde nomen loci Quercus fletus. Ibidem benedictione nomen Iſraël obtinuit. Profectus autem Beth-Ele auctus eſt prole, Benjamino, in via Ephrateа; ubi & Rachel uxor ejus eſt mortua, & Reuben ſtratum patris ſui profanavit. In hoc itinere moram fecit 2. menſium. Et acceſſit ad patrem*

patrem ſuum 104. *annos natum, eidémque ſervijt* 22. *annos. Tempore, quo Joſeph annos habuit* 17. *mortua eſt Lea, anno ætatis* 44. *& tunc ſeparatus fuit Eſau à Jacobo. Intra* 6. *menſes venditus fuit Ioſeph; & paulò poſt accidit factum Thamar cum Iuda. Anno ætatis trigeſimo ſtetit Ioſeph coram Pharaone, Iacob autem tum habuit annos* 129. *Fuit tunc fames Ægypti & Canaanis; & miſit mox Iacobus Tribus, ut emerent frumentum in Ægypto. Anno ætatis* 130. *abijt in Ægyptum cum tota familia ſua, ubi & mortuus eſt anno ætatis* 147. *& profecti ſunt filij ejus ſepultum eum in ſpelunca duplicata. Refert autem Midraſch; Magna exorta fuiſſe bella inter Tribus (Iſraëliticas) & Eſavum, qui magno acceſſerit exercitu ad pugnandum, & impediendum, ne Iacobus ſepeliretur in ſpelunca duplicata. Tunc occiſus eſt Eſavus à Tribubus, &c. ut ibi videre eſt.* Hæc omnia qua ratione vel cum Scriptura, vel cum aliis Judæorum monumentis conveniant, jam non diſputo. Sequentia quæ κατὰ μέρος, à nobis proponentur, incertitudinis non pauca arguent.

B. Enarratio μερικὴ τῶν ἀξιομνημονευτῶν, cujuſmodi ſunt alia *abſoluta*; alia *relata*. *Abſoluta*. Sunt 1. Varia itinera, & diverſæ ſedes, qualis a. *Academica* in Schola Schemi & Eberi. *Zem. Dav.* P. 1. p. 7. ומזמן הזה משנת קע״א עד בא יעקב חרנה בשנת קפ״ה יש יד׳ שנה ודרשו רז״ל שאותן יד׳ שנה היה יעקב נטמן בבית עבר *Ab hoc tempore, anni nempe* 171. (quo obijt Iſmaël) *uſque dum Iacob venit Charras, anno* 185. *ſunt anni* 14. *Et commentati ſunt Magiſtri noſtri b. m. iſtis annis Iacobum fuiſſe occultatum in domo Eberis.* Hanc verò μακροβίαν *Schemi ex Sacris literis*

literis difficulter eruent. 6. *Servilis* in Meſopotamia, ubi notandum I. *Iter*, celebre in ſacris literis apparitione Angelorum, de qua Moſes *Gen*. c. 28. quem locum parabolicè explicat *Majm*. lib. 1. More c. 15. & quidem ad eam parabolarum claſſem refert, in quibus ſingulæ voces ſingulas denotant res. Vide præfat. lib. citati. II. *Locus*: ubi apparitio illa contigit. *Gen*. 28. v. 11. legimus: Incidit in quendam locum, ubi pernoctavit. *Elmacinus* p. 39. فلما بلغ يعقوب ان العيص اخاه يريد قتله فارسلته امه رفقا الي عند اخيها لابان الي حران وفيما هو متوجه نام عند الصخرة الذي بيروشالم فراي في المنام رويا *Cúmque audiviſſet Jacob, Eizum* (ſic Muhamedani, eorúmque exemplo hic noſter author appellant Eſavum) *fratrem ſuum vitæ ipſius ſtruere inſidias, miſit eum mater Rebecca ad fratrem ſuum Labanem in Haran: Dúmque eò tenderet, dormivit ſuper lapide,* (*quem judæi* אבן השתיה *lapidem fundationis vocant.*) *Hieroſolymis, viditque in ſomno viſionem.* Eliez. c. 35. *exprimitur Moriah*. III. *Terminus* Meſopotamia. Hanc Heb. Chald., Syri; Arab. Padan Arã appellãt, vel à fertilitate, ut vult *Bochart*. in Phaleg. p. 86. vel à figura; planè ut Ægyptiorum Δ Delta. Tractus enim ille figuram jugi, vel aratri δικέρωτος, vel vomeris biſſidi, vel ligonis bidentis, habere videtur, quas ſignificationes omnes ſuppeditat vox Syro-Arabica ܦܕܢ. Ut enim فدان Arabum eſt *biga arantium boum; & aratrum ipſum*; ita & Chald. Paraph. 1. *Sam*. 13. 20. pro צמר Heb. ponit & in

N.T. Syriaco *Luc.* 9. v. 62. pro *aratro* occurrit ܡܚܪܬܐ ܕܦܕܢܐ quod alii tamen *vomerem* reddunt. Utrum verò פדן agrum etiam ſive hortum notet, quod *Bochartus* l.c. obſervat, ex doctiſſimis hactenus Lexicographis Arabum haberi non potuit; Locus, quem citat, ſuſpectus eſt, ut patet ex Erpenij notis (nuper iterum à Clariſſ. *Golio* recenſitis) in Adagia Locmani fabulis annexa, p. 47. الفدان *ſunt Arab. uti & Heb. & Chald. aratorij boves pec. juges, eorúmque par, etiam aratrum. At hinc agrum, aut quod longius abeſt, hortum notare nuſquam reperi.* Itaque legendum videtur في الجنان *in hortis:* Nihil tamen obſtat, quò minus à fertilitate hæc Meſopotamiæ pars שדה ארם *Hoſ.* 12.13. dicta nomen habeat.

IV. Tempus commorationis, & augmentum familiæ, Subſtitit ibi 20. annos, ubi ἑπταετεῖ ſpatio natos eſſe volunt omnes Jacobi filios, Benjamino excepto. *Zem. Dav.* l.c. נמצא שכל השבטים נולדו בפדן ארם בזמן משך שבע שנים חוץ כבנימין שנולד בארץ כנען *Comperitur, omnes Tribus natas eſſe in Padam Aram tractu 7. annorum excepto Benjamine, qui natus eſt in terra Canaan.* Scribitur tamen in *Iuch.* p. 9. ignorari, quo anno ætatis Jacobi nati ſint filij ejus. c. *Oeconomica*, quam inſtituit Succis, Sichemi, Betheli, in Ægypto, de qua paulò pòſt.

II. Ἀγγελομαχία, ſive certamen cum Angelo commiſſum, poſt quam fratrem Eſavum, cujus adventum timuit, muneribus placaviſſet. De hoc autem certamine l. in genere monent judæi, accidiſſe illud ſecundùm quietem. *Majm. More* Nev. l. II. c. 42. وقال هذا الذي

الذي تاول هذا التاويل ان قول אברהם אם נא מצאתי
חן בעיניך אל תעבר מעל עבדך ان ذلك ايضا وصف ما قال
في מראה הנבואה לאחדהם לגדול שבהם אמרו فافهم هذا
القصة ايضا هي سر من الاسرار وكذلك اقول ايضا
في قصة יעקוב في قوله ויאבק איש עמו ان ذلك في صورة
الوحي ان وتبين اخيرا וירא אלהים الـــه مـــلاك

Idem dicit interpres ille (R. Chijah) *de verbo Abrahami: Domine* (Geneſ. 18. 3.) *Si nunc inveni gratiam in oculis tuis, ne quæſo tranſeas à ſervo tuo; illud, quod in prophetica viſione dixit, pertinere ad unum eorum, & quidem maximum. Tu verò attende hanc hiſtoriam; quæ magnum eſt myſterium. Idem dico in Hiſtoria Jacobi, cum legitur*: Et luctatus eſt vir cum ipſo Gen. 32. 24. *quod ſcil. per* modum *inſpirationis* (Prophetici motus) *factum fuerit, quia poſtea* l. c. 35. v. 8.) *explicatur: Et apparuit ei Deus* (אלהים) *qui Angelus erat*. Vocem אלהים per Angelum reddit, ut Paraph. Chald. Hoſ. c. 12. Et paulò poſt: *Iſtud autem de Angelis Dei, de quibus primò dicitur: Et occurrerunt ipſi Angeli Dei, iſta item lucta, atq; adeò totum negotium in viſione Prophetiæ contigerunt. In ſpecie 1. de Angelo.* Ex judæis *quidam* intelligunt Angelum bonum, ex eorum ordine, qui dicuntur אישים; *alij* malum, & quidem ipſum Sammaëlem, Principem Romæ, qui voluerit interficere Jacobum. Ita in *Tanchuma* fol. 16. Sed angelum bonum eſſe, & quidem Angelum fœderis tum ſequentia docent, tum locus parallelus,

lus,

lus, *Hoſ.* 12. v. 3. ubi Angelus vocatur אלהים. Sed & cōpoſitio vocis innuit aliquid, creaturæ ſorte majus. Neq; enim, quod ſciam, vox אל in compoſitione aliud notat, quàm Deum potentem: Unde pro eo nonnunquā *συνωνύμως* ponitur Eſſentiale Jah: ſic Chananiah & Chananael; Uria & Uriel. 2. *Cauſa finalis* miſſi Angeli, eſt liberatio à furente, & necē minitante Eſavo. *Pirke Eliez.* c. 37. *Quēadmodū fugiet vir à faciè leonis, & occurrat ei urſus. Leo hic fuit Laban, qui inſecutus fuit Jacobū, ut eriperet animā ejus. Urſus autē fuit Eſau, qui ſtetit in via inſtar urſi, ut interimeret omnem adventantem, matrē cum filijs. Leo habet verecundam faciem, urſus verò non: ſtetit Jacob & ſupplicavit corā S. B. dicens; Domine Creaturarū, nonne ſic, ad locutus es me: Revertere ad terrā patrum tuorum, & ad proſapiā tuam, atq; ero tecum? Sed ecce frater meus Eſau jam venit ad interficiendū me, & non veretur te: at ego metuo mihi ab illo. Hinc dicitur: Ne reformides virū dominantem & imperantem; ſed hominē, in quo non eſt timor cæli (Dei): ſtabat autē contra illū in via ſicut urſus, ut omnes interficeret, matrem cum filijs. Quid fecit S. Benedictus? Miſit Angelum qui eriperet & ſervaret eū è manu Eſavi, & apparuit illi, quaſi vir quidā.* Vide & ſeqq.

III. Cætera, quæ in tota ejus vita accidiſſe feruntur, *γλυκύπικρα*. Sic tribuunt ipſi a. *Divitias*. Pirke. Eliez. c. c. *Voluit Iacob tranſire vadum Iabok, ſed retardatus eſt ibi. Dixit illi Angelus: Nonne ſic affatus ſum te, valde divitem te reddam? Quid fecit Iacob? Accepit omnem poſſeſſionem, quam acquiſiverat, atque eduxit e Padan Aram; erant autem* 5500 *pecudes. b. Revelationem abſtruſiſſimarum rerum*. Eliez. c. 25. R. Levi ait: *Iſta nocte oſtendit illi S. B. omnia miracula: Monſtravit ei ſcalam conſiſtentem à terra uſque ad cælum, juxta illud: Et ſomniavit, ecce autem ſcalam, & Angelos aſcendentes & deſcen-*

Digitized by Google

ſcendentes per eam, Gen. 28, 12. *Contemplati verò ſunt faciem, & dixit quidam: Hæc facies eſt veluti facies vitæ in throno gloriæ. Hi aſcendebant, illi verò deſcendebant, ſicuti narratur: Ecce Angelos Dei aſcendentes & deſcendentes per illam. Oſtendit illi quoque S.B. quatuor regna vel Monarchias, ipſorum dominium & interitum. Monſtravit ei Principem regni Babel aſcendentem ſeptuaginta gradibus & deſcendentem. Oſtendit illi ducem regni Medi* 52. *gradibus aſcendentem & deſcendentem. Monſtravit quoque ei Principem Regni Græciæ aſcendentem* 180. *ſcalis & deſcendentem. Oſtendit etiam illi ducem regni Edom, aſcendentem, non verò deſcendentem & dixit: Aſcendam ſuper excelſum nubium, ſimilis fiam ſupremo*(Deo). *Dixit illi Jacob: Certè ad infernum præcipitaberis ad latera foveæ. Dixit ei S.B. Etiamſi elevaveris te inſtar aquilæ.* Ante jam monui *Majmonidem* ſcalam Jacobi explicare parabolicè, de pleniori intelligentia rerum divinarum. Sed audiamus ejus verba, etſi paulò prolixa: *More Hannev.* l. 1. c. 16. وكلما جا من هدا
الاسم فمعنى البارى تعالى فهو مـــن هدا المعني
והנה יהוה נצב עליו ثابث باقي عليه اعني على السلم
الدي طرفه الاول في السما وطرفه الاخر في الارض وفيه
يتسلق ويطلع كل من يطلع حتي يدرك عليه من
دليه ضروره اد هو ثابث باقي على راس السلم وبين
هو ان قولي هدا عليه من هو على حسب هدا المثل
المضروب ומלאכי אלהים هم الانبيا الدين قيل فيهم نبيا ن
וישלח מלאך ויעל מלאך יהוה מן הגלגל אל הבוכים وما احكم
قوله עולים ויורדים עליו قبل ال ירידה لان بعد ال עליה
والوصول الى درج معلومه مـــن السلم النزول بما
تلقا مـــن الامر لتدبير اهل الارض وتعليمهم الدي
عن دلك يكني بال ירידה كما فـــيـــنـــا

 Qua-

Quotieſcunque autem Deo tribuitur, (verbum נצב) *hoc venit ſignificatu* (perpetuitatis nempe & ſtabilitatis) ut: *Et ecce* (Gen.28.13.) *Dominus ſtabat ſuper illam h.e. firmus, ſtabilis, manet ſuper illam videl. ſcalam; cujus una extremitas erat in cælo, altera in terra. Per eam autem altum petit & aſcendit, quisquis aſcendit, ut eum, qui ibi eſt, aſſequatur neceſſariò: Hic enim firmus perſtat in vertice ſcalarum. Sententia autem mea clara eſt, Metaphoricè ſcil. hæc ita eſſe intelligenda, quia ſequitur: Et Angeli Domini: Angelorum autem nomine veniunt Prophetæ, de quibus expreſsè dicitur:* Et miſit Angelum, *Num.*20.16. *Item*; Et aſcendit Angelus Domini de Galgal ad Bochim. *Quàm ſapienter autem dicit; Aſcendentes & deſcendentes ſuper eum; deſcenſum aſcenſui poſtponendo. Aſſecutionem enim gradus noti in ſcala, ſequitur deſcenſus, ab ea nempe, quam apprehendit re* (i.e. cognitione rerum divinarum) *ad regimen politicum, ejúſque tradendum modum, qui deſcenſionis nomine indigetabatur; ſicut explicuimus:* c.10. videlicet. Alias viſionis hujus explicationes tangere non attinet. Et circumſtantijs & literę textus convenientiſſima eſt, quæ præſidium hic divinum, & Angelorum cuſtodiâ nobile agnoſcunt, quo ſtipatus Jacobus iter ſuum tutò proſequi potuit. Longius petitam R. Levi, cæterorúmque omnium ferme Hebræorum ſententiam, qua volunt, Deum quatuor Monarchiarum ortum oſtendere voluiſſe & occaſum, adeóq; remotiſſimâ eſſe, rectè obſervat *Vorſt.* in Pirke Eliez. p.218. *Unde enim*, inquit, conſtat, *tantùm quatuor fuiſſe Angelos aſcendentes & deſcendentes? Unde quoque patet, quemlibet Angelum per tot* (*ſicuti numerat*) *gradus aſcendiſſe & deſcendiſſe.* Poteſt quidem [illegible] color [illegible]

color huic conjecturæ quæri, ſi concipiamus, per 70. gradus ſignificari 70. annos captivitatis Babylonicæ; per 52. gradus Ducis Medi intelligi 52. annos, quibus imperârunt quatuor Reges Perſiæ & Mediæ ex ſupputatione Seder olam; per 180. gradus, Ducis Græciæ ſignificentur 180. anni Monarchiæ Græcanicæ, ex ſententia quorundam Hebræorum: Hæc, inquam, cum ſpecie concipi poſſunt; ſed hunc fuiſſe ſcopum Dei viſionem procurantis, quis unquam ſolidè evincet? c. Primo illi, ſalvâ vitâ, ſternutare licuiſſe *Schalſch*. p. 9. פרקי ר׳ אליעזר פנא אומר שהוא היה ראשון שנתעטש וחית *Capitulis Eliezaris c. 51. habetur, eum primum ſternutâſſe, & vixiſſe.* Fabula extat c. 52. ubi de ſeptē miraculis mundi agitur: *Quartum miraculum, quòd à die, quo creata fuerunt cælum, & terra, nullus homo fuerit ægrotus, ſed cùm in via vel platea ſternutabat, anima ejus egrediebatur ex auribus ejus, donec venit pater noſter, Jacob, atque rogavit de hoc miſericordem, dixitque coram illo: Domine omnium orbium, ne ſumas à me animam meam, donec mandata dedero filijs meis, & filijs domus meæ. Atque exoratus eſt ab illo. Hinc dicitur: Et factum eſt poſt hæc, ut dicerent Joſepho: En pater tuus ægrotat. Audiverunt hæc omnes Reges terræ, atque obſtupuerunt, quia non ſimile quid evenerat à die, quo condita erant cælum & terra. Idcirco tenetur homo in ſternutatione ſua dicere* חיים vita, ſalus: *quia converſa fuit mens hæc in lucem, juxta illud:* In ſternutationibus ejus lux ſplendet. Nugamentum hoc totidem fere verbis adducitur in *Tanchuma* Geneſ. 27. & *Chazkuni* fol. 68. In quo tamen οὐδὲν ὑγιές. d. Jacobum Idolum occultâſſe, quod Samaritani poſtea in montem Garizim

rizim tranſtulerint. *Schalſch.* p. 9. *Ex Toſephot* Cod. Cholin: שעז שטמן יעקב תחת האילה היה דמות יונה שמצאו הכותים אחרי הימים והשימוה בראש הר גריזים *Idolum, quod occultavit Jacob ſub quercu, fuiſſe imaginē columbæ, quam poſtea invenerunt Cuthæi, & poſuerunt in vertice montis Garizim.*

Pergimus ad accidentia *relata*, ubi 1. *Conjugium* א Leæ & Rachelis, de quarum in genere A. nuptijs agit R. *Eliez.* c. 36. *Incepit Iacob ſervire pro uxore ſeptem annis: Poſt ſeptē annos paravit ſeptem dies lætitiæ & convivij, atque accepit Leam; ſicuti dicitur :- Completo ſeptimanam hujus. Atque fecit Iacob ſic, & complevit illius ſeptimanam. Addidit præterea ſeptem dies convivij, & accepit Rachelem, prout narratur: Dedit ei Rachelem filiam ſuam &c. Congregati ſunt omnes homines iſtius loci, ut beneficentiam exercerent erga Iacobum, ſicuti dicitur: Et congregavit Laban omnes viros iſtius loci, atque paravit convivium. Dixit S.B. vos benignitatem exercetis erga Jacobum ſervum meum; ego quoque vobis dabo mercedem in hoc ſeculo, propterea quòd impijs nulla ſit futura quies, in futuro ſeculo, hinc dicitur: Et Naaman Princeps exercitus Regis Aram.* B. Sepultura verò, *Schalſch.* p. 10. בזוהר פרשת שלח לך אומר שקבורת האבות במערת המכפלה היה בשתי שורות כזה

אדם וחוה שרה אברהם
יצחק רבקה לאה יעקב

ואומר שבספר שלמה המלך נמצא בדרך אחרת היינו

אדם חוה שרה ואברהם
רבקה יצחק יעקב לאה

In

In Zohar, Sect. שלח לך *dicitur: Sepultura Patriarcharum in ſpelunca duplicata, ſerie duplici talis erat:*

Adam & Eva Sara Abraham
Iſaak Rebecca Leah Jacob.

Additque in libro Solomonis Regis ordine alio reperiri:

Adam Eva Sara Abraham:
Rebecca, Iſaak, Iacob, Leah.

Aliter deſcribitur hoc ſepulchrum à R. *Benjamine*, Itiner. p. 48. ובעמוק השדה בשדה המכפלה שם העיר ושם הבמה הגדולה שקורין ש״ט אברהם והיא היתה כנסת יהודים בימי ישמעאלים ועשו שם הגוים ששה קברים על שם אברהם ושרה יצחק ורבקה יעקב ולאה ואומרים להולכים שהם קברי האבות ונותנין שם ממון אבל אם יבוא יהודי שיתן שכר לשוער של מערה יפתח לו פתח ברזל שהיה עשוי מימי אבותינו ע״ה וירד אדם לכטה בנר דלוק בידו במערה א׳ ולא ימצא שם כלום עד שיבא אל השלישית והנה שם ששה קברים קבר אברהם יצחק ויעקוב ושרה ורבקה ולאה זה כנגד זה וכלם חתומים אותיות חקוקות על קבריהם על קבר אברהם חקוק זה קבר אברה׳ אבינו ע״ה ועל קבר יצחק כמו כן ועל כל הקברים גם כן וכן לכלם ובמערה מדליקין שם עששית אחת דולקת ביום ובלילה על הקברים ושם חביות מלאות עצמות מישר׳ שהיו מביאים שם מיתיהם בית ישראל כל אחד וא׳ עצמות אבותו ומניחם שם עד היום הזה *In valle agri, agri videlicet Macpela (duplicationis) eſt urbs, ubi magnum templum, quod Sancti Abrahami appellant; ubi tempore Iſmaëlitarum Synagoga fuit Judæorum*

dæorum. Chriſtiani autem itidem ſex ſepulchra fecerunt, quibus ab Abrahamo, Sara, Iſaaco, Rebecca, Jacobo & Lea impoſuerunt nomina : peregrinantibus autem hæc Patriarcharum ſepulchra eſſe dicunt; proinde pecuniam ibi erogant. Sed judæo accedenti, qui mercedem ſpeluncæ janitori ſolvat, aperitur porta ferrea, quæ jam inde à beatorum Patriarcharum temporibus confecta fuit. Huc qui deſcendit, facem ardentem manu tenens, nihil in prima ſpelunca deprehendit, nec in ſecunda; donec in tertiam deveniat, ubi ſex ſunt ſepulchra Abrahami, Iſaaci, Iacobi, Saræ, Rebeccæ & Leæ; quæ ſibi invicem oppoſita, & ſingula obſignata ſunt. Literæ etiam ſunt inciſæ ſepulchris eorum. Abrahami ſepulchro inciſum eſt : Hoc eſt ſepulchrum Abrahami patris noſtri, b. m. *Idem Iſaaci ſepulchro; & cæteris omnibus. In ſpelunca lampadem accendunt, quæ diu noctúque ad ſepulchra illa ardeat. Ibidem ſunt dolia plena oſſibus Iſraelitarum: quia huc mortuos ſuos inferunt Iſraëlitæ, ſinguli patrum ſuorum oſſa, quæ hic ad hodiernum uſque diem, deponunt.* Cæteri Orientales non quidem negant ; in ſpelunca duplicata Adamum ſepultum, inde tamen tranſlatum & in terræ meditullio collocatum volunt. Vide ſup p. 216. quæ tamen omnia ex παρερμηνεία loci Ioſ. 14. v. 15. orta videntur, ut, ſuo tempore, ζὺν θεῷ, monebimus. In *ſpecie* de *Rachele* 1. Eam abſtuliſſe תרפים, tum ut ne proderetur ab iis, tum ut Idololatriam ex familia paterna aboleret. *Eliez. c. 36. Quid ſunt Teraphim? Mactabant primogenitum hominis, ejus caput diffindebant, & ſale atque oleo condiebant, ac inſcribebant laminæ aureæ nomen immundi ſpiritus, iſtúdque ſub lingua ejus ſeponebant. Collocabant autem illud in pariete, & accendebant coram illo lucernas,*

cernas, atque ſupplicabant illi, & loquebatur cum iis. Unde autem (noſti) Teraphim eſſe locuta? Quia dicitur: Teraphim enim loquuntur vanitatem: idcirco furata eſt illa Rachel, ne indicarent Labano, aufugiſſe Iacobum; prætereaut extirparetur nomen Idololatriæ è domo patris ejus. 2. Præmaturè diſceſſiſſe, propter tardatum Jacobi votum. *Schalſchel.* p. 9. b. רחל מתה בת לו׳ שנים וקצור ימים היה לעונש יעקב לפי שאחר נדרו *Mortua eſt Rachel, anno ætatis 36. Brevitas autem hæc ceſſit in pœnam Iacobo, qui votum ſuum tardavit.*

ב. *Zilpæ & Bilhæ*, Rachelis & Leæ ancillarũ. *Schalſ.* p. 9. b. פרקי ר׳ אליעזר פרק לו׳ אומר בלהה וזלפה היו בנות לבן מפלגשו *In Capitulis Eliezar, c. 36. dicitur; Bilham & Zilpam fuiſſe filias Labani ex pellice.* 11. *Liberi*; ſexus maximè maſculini. Fœminini una erat Dina; de cujus A. *Nativitate, deſponſatione, poſteris*, &c. varia comminiſcuntur Hebræi. *Schalſch.* p. 9. b. בן עזרא פרשת שמות דינה נולדה בהריון א׳ עם זבולון במדרש פרשת וישלח אומר כשנלקחה דינה משכם היתה אשת איוב ואחר הריגת בני שכם לקחה שמעון לאשה ומתה בארץ כנען ושם נקברה קודם ירידתן למצרים שם במדרש שאול בן הכנענית זו דינה שנבעלה לכנעני ויצא ממנה שאול והוא נקרא גם כן זמרי בן סלוא ושלומיאל בן צורי שדי בפרקי ר׳ אליעזר אסנת בת דינה היתה אשת יוסף בת פוטיפרע *Aben Ezra ſect.* שמות *nata eſt Dina eadẽ conceptione cum Zabulon. In Midraſch ſect.* וישלח *habetur, quod cùm raperetur*

Dina à Schecem, fuerit uxor Iobi; poſt cædem autem filiorum Schecem, eam duxiſſe uxorem Simeonem: Mortuam autem in terra Canaan, ibidemque ſepultam, antequam deſcenderent in Ægyptum. Ibidem in Midraſch habetur: Schaul, filius Canaanitidis, hæc Dina eſt, quæ nupta fuit Cananæo, ex qua prodiit Schaul; qui aliàs dicitur Zimri filius, Sillo & Schelumiel, filius Zuri Schaddai. In capitulis Eliezar: Aſnath, filia Potiphar, uxor Ioſephi, filia fuit Dinæ. D. Tempus raptus illius volunt

eſſe ignotum. *Zem. Dav.* P.1.p.7. מעשה דינה לא ידעינו
זמנו מחשבון הפסוקים ולפי פרש״. שפיר׳ עד בדרש רז״ל
בפרשת וישלח בפסוק ויעקב נסע סוכת וכן בפרשת וישב
בפסוק ימים רבים שלא שהה יעקב בסיכת בשכם .ובביתאל
רק ב׳ שנים לפי חשבון זה יחויב שמעשת דינה היה בשנת
רז׳ ושמעון ולוי היו לכל היותר בני יג׳ או יד׳ שנה ודינה
היתה בת תשעה או עשר שנים *Tempus Hiſtoriæ Dinæ ex*

Scripturæ ſupputatione ignoramus; juxta explicationes autem Allegoricas, Magiſtrorum noſtrorum ad Sectionẽ וישלח, *ad verſum:* Et profectus eſt Jacob Sucoth; *& ad ſect.* וישב, *verſu,* diebus multis, *habemus, quòd non moratus ſit Jacob in Succoth, Sichem, & Bethel, niſi biennium. Atque juxta hanc ſupputationem neceſſariò ſequitur, Hiſtoriam Dinæ incidere in annum* 207. *Simeon autem & Levi ad ſummum annos habuerunt* 13. *vel* 14. *Dina verò* 9. *vel* 10. Natum eſt occaſione hujus Hiſtoriæ proverbium Talmudicum. שכם נסיב מגבאי גזיר *Sichem duxit* (Dinam) *& Migbæus fuit circumciſus*

i.e.

Digitized by Google

i.e. mulctatus; quod dicitur, cùm plectuntur Achivi, ſi delirant Reges. Cui ſimile eſt ; טוביה חטא וזיגוד מנגד *Tobias peccavit, & Sigod flagellatur. Item* שילו חטא ויוחנן משתלם *Schilo peccavit, & Iohannes perſolvit illud.*

In maſcula prole obſervant Hebræi 1. in *genere*. **A.** Eos tribuum Iſraëliticarum Patriarchas eſſe: Unde & *tribus* vocantur. *Eliez.* c. 36. R. *Elieẓer ait: ſeptem menſibus peperit Lea filios ſuos; ſeptem annis natæ ſunt Jacobo* XI. *tribus atque unica filia, omneſque illi nati ſunt gemelli, excepto Joſepho, qui non fuit natus gemellus; quia Aſnath, filia Dinæ apta illi erat in uxorem, & cum Dina non fuit natus gemellus. Dixit, proles hæc,* דין *Iudicium & juſtitia erit; hinc vocavit nomen ejus* דינה Dina. *Schalſchel.* p. 9. b. במדרש פרש׳ נשא אומר כל השבטים ודינה אחותם נולדו בשבעה שנים חוץ מבנימן שהיה ליעקב ק׳ שנים כל א׳ כהשבטים נולד לשבעה חדשים עם כל א׳ נולדה תאומה והיו להם לנשים למען לא יקחו מבנות כנען לנשים In *Midraſch ſect.* נשא *dicitur; Omnes tribus, & Dinam, ſororem earum natos ſpatio 7. annorum, excepto Benjamino, qui natus eſt Jacobo centenario. Unusquiſque autem Phylarcharum natus eſt intra ſeptem menſes, cum gemella ſua; quas etiam duxerunt in uxores, ne cogerentur ducere ex filiabus Canaanitis, in uxores.* B. Tribus Iſraeliticas inſignibus ſuis fuiſſe diſtinctas. Ita ex Bechai prolixè Schalſ. p. 10. a. Terminum vitæ ſingu-

ſingulorum Patriarcharum ex R. Bechai habet *Schalſch.* p. 9.

ראובן נולד יד כסלו וחיה קכד שנים ומת אחר יוסף ב שנים והיה בן ד׳ שנים כשהביא הדודאי׳ לאמו. שמעון נולד כא טבת וחיה קכ שנים ומת שנה אחת אחר יוסף לוי נולד יו ניסן וחיה קלז שנים ומת אחר יוסף כד שנים ואז התחיל כובד הגלות וכשירד למצרים היה בן מה שנים וצב שנים חיה במצרים יהודה נולד טו סיון וחיה קיט שנים יששכר נולד י׳ אב וחיה קכב שנים זבולון נולד ז׳ תשרי וחיה קכד שנים ומת אחר יוסף ב׳ שנים דן נולד כט אלול וחיה קכז שנים אשר נולד כב שבט וחיה קכג שנים יוסף נולד בן תמוז וחיה קי שנים והיה ראשון לשבטים למות בנימן נולד יא מרחשון וחיה קיא שני׳ ומת לפני לוי כו שנים גד נולד י׳ מרחשון וחיה קכה שנים נפתלי נולד ה׳ תשרי וחיה קלג שנים *Reuben natus eſt die 14. Kisleu* (Novemb.) *vixitq; annos 124. biennio poſt Joſephum mortuus. Quatuor habuit annos, cùm Dudajm afferret matri ſuæ. Simeon natus eſt 21. Tebeth,* (Decemb.) *vixitque annos 120. anno poſt Joſephi exceſſum mortuus. Levi naſcitur die 16. Niſan* (Mart.) *& cùm vixiſſet annos 137. mortuus eſt, anno 24. poſt Joſephum. Tunc incepit onus captivitatis; cúmque deſcenderet in Ægyptum, natus fuit annos 45. In Ægypto autem vixit annos 92. Iehuda natus eſt 15. die Sivan* (Maji) *vixitque annos 119. Iſchaſchcar natus die 10. Ab* (Iul.) *vixitque annos 122. Zebulon natus eſt 7. Tiſri* (Septemb.) *vixitque 124. annos, mortuus biennio poſt Ioſephum. Dan natus die 29. Elul* (Auguſti) *vixitque 127. annos. Aſcher natus 22. Schebat* (Ianuar.) *vixitque 123. annos. Joſeph natus 27. Thamuz, vixitque 110. an-*

110. *annos; atque ſic primus ex Phylarchis obijt. Benjamin natus die* 1. *Marcheſchwan* (Octob.) *vixitque* 111 *annos, mortuus ante Levi, annos* 26. *Gad natus die* 10. *Marcheſchwan, & vixit* 125. *annos Naphthali natus d.* 5. *Tiſri, vixitque* 133. *annos.* Quod verò addit, באייר ושבט לא נולד שום שבט *Menſe Iiar* (April.) *& Schebath* (Ianuario) *nullum natum eſſe Phylarcham*, repugnat Aſcheris Proſopographiæ. In *ſpecie* de *Ioſepho*, cujus (ut nomen, & cognomina, Pſontomphanich, de quo in *Exercit. Anti Morin.* p. 47. כלכל *ſuſtentator*; quia totius Ægypti fuit ἐπίτροπος; *Pirke Eliez.* c. 29. mittamus) conſideratur, 1. *Cauſa odij*, quo fratres in illum flagrârunt; (*Eliez.* c. 38.) erat ſpes regni & Imperij in fratres obtinendi, quod ille præviderat. 11. *Venditio*, quibus & quo pretio facta. *Idem.* Cap. c. *Quid fecit Ruben? Diſceſſit atque conſedit in quodam monte, ut deſcenderet noctu, & educeret Ioſephum è puteo : novem verò ejus fratres conſidebant in uno loco, uno corde atque conſilio. Tranſibant autem illos Iſmaëlitæ & dicebant : Abeamus ac vendamus eum Iſmaëlitis. Et abduxerunt eum ad finem deſerti (pater autem ejus Iacob nihil adhuc de ipſo audiverat) ac divenderunt eum Iſmaëlitis viginti argenteis ſiclis. Unuſquiſque ſumſit duos ſiclos ad emendum calceos ſuos pro pedibus ſuis juxta illud* : Quod vendiderunt juſtum pro pecunia, & pauperem pro calceamentis. *Patricid.* p. 21. وكان يعقوب يحب يوسف

حبا شديدا ويقدمه على اخوته فحسدوه اخوته فهموا

بقتله فيما بينهم وبينما هم يرعون غنمهم وابلهم اذا

جازت بهم رافقة تجار من المدانيين وهم مــــن

عني

بني اسماعيل وهم اعراب وعانت حمولتهم صنوبر وبطم
وزيت داهبين الي مصر واخذوا اخوته يوسف ليوسف
فباعوه لهم بعشرين دينار وكان يوسف ابن سبعة
عشر سنة واخذوا قميص يوسف وملوا كميه دما
فقالوا ليعقوب اكل يوسف الذيب

Iacobus autem vehementer Ioſephum dilexit, cæteriſque fratribus ante tulit. Invidia igitur flagrantes, cogitârunt, dum eſſet cum illis, occidere eum. Paſcentibus autem illis oves & camelos ſuos, tranſijt caterva Mercatorum Midianitarum, qui ex filijs Iſmaël, Arabes erant; onerati nucibus, terebinthinis & oleo in Ægyptum contendentes. Fratres autem Ioſephi, Ioſephum acceptum vendiderunt, viginti denarijs, cùm natus eſſet annos 17. Induſium *vero ejus ſumſerunt, & impleverunt manicas ejus, dicentes Iacobo: Ioſephum voravit lupus. Et Elmacin.* p.40. وحسدوا يوسف اخوته وارادوا قتله ثم
اتفقوا على بيعه فباعوه للعرب الاسماعيليين
بعشرين مثقالا فمضوا به الي مصر وباعوه لقطوفر
صاحب شرطة فرعون *Invidia autem prementes Ioſephum fratres ejus, interficere eum voluerunt: Sed poſtea conſentientes in ejus venditionem vendiderunt eum Arabibus Iſmaëlitis viginti denarijs* (prop. *pondus* notat; ſed & pro *denario* i.e. aureo nummo ponitur) *& abeuntes cum eo in Ægyptum, ibique eum vendiderunt Potiphari,*

phari, præfecto cohortis prætoriæ Pharaonis. Arabes *ſatellites Prætorianos* ita appellant, quod certis notis, quibus cognoſcerentur, eſſent diſtincti. *Patric*. Heb. ſecutus, habet ريس الطباخين Principem coquorum. *Ibn Sina* in Tranſlatione Pentateuchi Arabica, utriuſque meminit verſionis. Hæc venditio adeò moleſta fuit Iacobo, ut quamdiu Ioſephi caruit præſentia לא שמש במטתו ut habet *Schalſch*. p. 9. b. III. *Effecta* ſive *Accidentia* tum abſoluta, ut A. Specimen laudatiſſimum caſtitatis. Eliez. c. 39. *Tres ſubegerunt concupiſcentiam ſuam coram Creatore ſuo, Joſeph, Boaz, & Pelthi filius Laiſch* B. Peritia Linguarum. *Ib. Intelligebat omnes Linguas. Præterea cùm exibat in publicum, videbat populos facientes turmas atque Collegia, & quemlibet ſuo Idiomate loquentem, intelligebat autem quid loquerentur*. C. Donum Interpretandi ſomnia & viſiones. *Ib.* quod in carcere, in quem per decennium erat condemnatus, luculentis probavit teſtimoniis: *Ib.* Alij tamen duodecimum conſtituunt, ut *Seder Olam. Zem. Dav.* P. 1. *Tempus Hiſtoriæ uxoris Potiphar ignoramus, juxta literalem ſenſum Scripturarum, niſi ſit expoſitio hæc: Et fuit factum ſub finem duorum annorum Gen. 41. 1. à tempore, quo miſſus eſt Joſeph in carcerem, & ſic evenerit factum hoc anno 227. Si verò expoſitio fiat à fine annorum ſeu tempore, quo reſtituit Pharao præfectum pincernarum ſuis pincernis, tum tempus Hiſtoriæ præmemoratæ ignoramus. Quis enim indicabit nobis, quot dies Joſeph transegerit in carcere? Tantum ſcimus, illud factum eſſe inter annum 217. & 227. At verò in Seder Olam referunt, Joſephum in domo Potipharis ſervijſſe per menſes 12. in carcere vero 12. annos: Atque hoc pacto contigiſſet Hiſtoria uxoris Potiphar anno 217.* D. Vicariatus

Digitized by Google

regni Ægyptiaci, qui cum ipſis auſpiciis novi anni dicitur habuiſſe initium. *Schalſch.* p. 9. b. מלכות יוסף במצרים היה שמנים שנה והוא שרת יצחק זקנו קודם מכירתו ט׳ שני׳ ראובן היה ראשון בעולם שחטא ועשה תשובה מדרש וישב מדרש בהעלותך יוסף עמד חבוש בבית האסורין יב׳ שנים במסכת ר״ה פ״א אומר שיצא מבית האסורין וביום ר״ה וראיתי בפי׳ התורה לקארו שעדין נוהגים במצרים בשרוצים לעשות שליט צריך שיהיה עבד ויקנה אותו שר הטבחים ואחר כך כופר בדתו ואחר כך נעשה שליט *Imperium Joſephi fuit* 80. *annorum. Miniſtravit autem Iſaaco avo ſuo antequam venderetur, annos* 9. *Reubem primus fuit in mundo, qui poſt peccatum pœnitentiam fecit; Midraſch* וישב. *Et in Mid.* בהעלותך: *Joſeph in carcere ſubſtitit* 22. *annos. In Maſſeceth Roſch haſchana c.* 1. *dicitur, eum exiïſſe carcere ipſo die novi anni. Obſervavi etiam in Comment. ſuper Leg. Karo; quòd Ægyptiis etiamnum in more poſitum ſit, ut quoties conſtituunt Principē, neceſſe ſit talem priùs eſſe ſervum, quē poſtea princeps ſatellitum emat: Talem demum, poſtquam fidem ſuam abnegavit, obtinere Principatum.* C. Invitatio Patris & Fratrum ad ſe in Ægyptum: *Elmacinus* p. واوحي الــــلــــه الي يعقوب فقال له اهبط الي مصر وانا اكــــون معك فدخل يعقوب الي مصر في السنة الثانية من المجاعة وكــان ليعقوب حين وصل الي مصر ووقف بين يدي فرعون ماية وثلاثون سنة وعدة اولاده

اولاده الدين دخلوا الي مصر سبعون رجـــلا غير
النسوان واقام يعقوب بمصر سبعة عشر سنة واعطاهم
فرعـــون ارض رعمسيس وهي عين شـــمـــس

Et inſpiravit Deus Jacobo, dixitque ; Abi in Ægyptum , egoq; tecum ero. Et ingreſſus eſt Jacobus Ægyptum anno ſecundo famis. Iacob autem cum in Ægyptum perveniſſet, & Pharaoni ſe ſtitiſſet, agebat annum 130. *Numerus liberorum , qui cum eo Ægyptum erant ingreſſi, conſtabat viris* 70. *abſque mulieribus. Et ſubſtitit Iacob in Ægypto annos* 17. *Et tradidit ipſis Pharao terram Raemſes , quæ eſt Heliopolis.* Volunt Hebræi Jacobum deſcendiſſe in Ægyptum a. M. 3238. Venditionis Joſephi 22. ætatis Jacobi 130. Levi, 43. In quo computo, à condito Mundo deſumto , tanquam exactiſſimo, mire ſibi blanditur R. *David Gans* P. 1. ad annum memoratum. Poſthac verò fatetur Chronologiam turbari, tribus potiſſimùm locis , qua de re aliquid poſtea afferetur. Cum *Elmacino* facit *Patricides* p. 24.

فـــدخل يعقوب الي مصر في السنة الثانية وفي نسخة
اخري يقول الثالثة ومعه ولده وولد ولده ما كـــان
من صلبه غير نساء ولده ممن لم يكن مـــن صلبه مع
يوسف وابنيه سبعين نفس . *Ingreſſus eſt Iacobus Ægyptum anno ſecundo (aut juxta aliud exemplar tertio) cum filijs & nepotibus, qui è lumbis ejus prodierunt, abſque nuribus, quæ de ejus lumbis non erant, cum Ioſepho & duobus ipſius filijs.* F. Monumenta quædam induſtriæ

& ſolertiæ. وبنا يوسف مقياسا يقاس فيه الماء

في زيادة النيل بمصر بموضع يقال لها منف وحفر

الخليج الذي يعرف بالمنهي وبنا حجر اللهون

Et fecit Joſeph Nilometria, quibus metiri ſolebant aquas exundantis Nili in Ægypti loco, cui nomen Memphis: Fodit etiam rivum, Monha appellatum: Tandem etiam extruxit aggerem ſive ſepimentum Allahun. Elmac. p. 43.

وبني يوسف مقياسا يقاس فيه النيل عند زيادة النيل

بمصر وحفر الخليج الذي يعرف بالمنهي وبني جسر

اللاهون بالفيوم وجعل الحجارة تدور بالماء في

بلد الفيوم وهي الى الان *Extruxit*

Joſephus menſurã, quâ menſurabant Nilum, ſi incrementa ſumſit in Ægypto: Foditque Canalem Mona (Monha tamen etiam, ut ſupra *Patricid.* habet *Nubienſis*, p. 41. quaſi ἑιργμὸν, *obicem* dicas) *appellatum; Excitavit inſuper aggerem Allahun Phiumi* (*Gol.* in Lex. Civitatem ſic vocari ait: *Kirch.* l. c. p. 8. Delta hodiernorum eſſe veterum الفيوم q. الف فوم χιλιάϛομον, quòd Nilus ibi in varia dividatur oſtia. *Gelaleddinus* vult, fuiſſe opus Joſephi, ita nuncupatum, quòd fuiſſet الف يوم *mille dierum ſpatio* abſolutum: Unde & بحر يوسف *Maris Ioſephi* nomen habet; poſtea celebre مدارس شافعية وملكية, *Scholis Schafæorum & Melkitarum.*) *Poſuit denique lapidem, qui aquâ circumgyratur in regione*

Phiu-

Phiumi (vide *Geog. Nub.* p.42.) *qui etiamnum ſupereſt.* Quia hic Nilometriorum mentio occurrit, videamus quid de illis commemorent Orientis Scriptores. Vocem Arabicam مقياس vertimus *Nilometria*, quæ *Athan. Kirch.* in Oedip. T.1. ſive templo Iſiaco vocat وضع مقياس, prout Nilotropia دار المقياس, de quibus agit p.33. Alias integra in Ægypto Inſula دار المقياس dicitur: *Geograph. Nub.* P.111. Chin.3 p.98. ex Transl. Sion. *Dar Almecquias eſt in capite Inſulæ latiore ex parte Orientali, qua proſpectat urbem Foſtat: & quidem eſt atrium hoc magnum circumdatum intrinſecus ex omni latere fornicibus, quas columnæ ſuſtentant per gyrum, & in medio atrio ciſterna ingens, profunda, ad quam deſcenditur undique gradibus marmoreis. In medio item ciſternæ extat columna marmorea erecta, cubitorum digitorúmque interjectorum numero ſignata. Super verticem columnæ eſt ædificium ſaxeum, firmum coloratum, auro, cæruleo & varijs coloribus fortiter hærentibus diſtinctum. Aqua devenit ad eam ciſternam per canalem amplum, ductum ab ipſa ad aquam Nili; non tamen ingreditur aqua in ciſternam, niſi ad Nili incrementum; quod accidit menſe Auguſto. Creſcunt autem ordinariè ejus aquæ ſexdecim cubitis, & tunc alluunt terram Imperatoris æqualiter. Cùm autem creſcit Nilus cubitis octodecim, alluit totus ambas terras, quæ ſunt ibi: Quòd ſi creſcat viginti cubitis, infert detrimentum. Creſcit verò ad minimum cubitis duodecim, cubitus autem eſt viginti quatuor digitorum. Igitur quotieſcumque excedit cubitos decem & octo, damnum infert,*

 quo-

Digitized by Google

quoniam evellit arbores & deſtruit: & ſimiliter, cùm minùs creſcit quàm duodecim cubitis, affert ſecum tali defectu penuriam, annonæ caritatem, & parcam ſeminum imjectionem. Hæc tamen paulò aliter deſcribit *R. Benjamin* in ſuo Itinerario p. 116. והיאור יצא פעם אחת בשנה
בחדש אלול ומכסה כל הארץ ומשקה אותה כהלך טו׳ ימים
והמים נשארים אלול ותשרי על פני הארץ להשקותה
ולהרוותה ויש להם עמוד של שיש שבנו שם בהכמה והוא
לפני אי א׳ בתוך המים והוא יב׳ אמות ארכו על פני המים
ובשעה שעולה היאור ומכסה אותו יודעי׳ כי כבר עלה וכסה
ארץ מצרים מהלך טו׳ יום ואם כסה חצי העמוד לא יכסה
כי אם הצי הארץ ובכל יום ויום מודד אותם אדם אח׳ וככריז
בצוען ואומר תנו שבח לאל כי עלה היאור כך וכך ובכל יום
הוא מודד וככריז אם מכסה היאור העמוד כלו יש שובע
גדול בכל ארץ מצרים והיאור עולה מעט מעט עד שמכסה
הארץ לקצה חמשה עשר יום ומי שיש לו שדה שוכר פועלים
וחופרין לו חפירה גדולה בשדהו ובאים הדגים בעלות המים
נכנסים בחפירות ובשעה שיחסרו המים נשארים הדגים בחפירות
ולוקחין אותם בעלי השדות ואוכלים ומוכרים לסוחרים
שמוליכין אותם ממולחין בכל מקום והדגים שמנים מאד ביותר
וגדולי הארץ לוקחין מן השמן של הדגים ומדליקין נרותיה
בארץ ואם אכל אדם מאותם הדגים וישתה אחריהם
ממי היאור לא יזיק לו כי אותם המים רפואה להם

Porrò flumen ſemel in anno exundans menſe Auguſto totam terram operit, eámque ad quindecim dierum iter irrigat; aquis menſe Auguſto & Septembri terræ faciem ad eam irrigandam & humectandam occupantibus. Habent

bent autem columnam marmoream, quam artificioſè ibi ante Inſulam quandam in media erexerunt aqua: quæ ex ipſa aqua duodecim cubitis exſtat: quocirca exundante aqua eámque operiente, jam intumiſſe aquam & Ægypti regionem ad quindecim dierum iter obtexiſſe cognoſcunt: quod ſi columnæ medium operiat, nonniſi dimidiam regionem obtexiſſe. Singulis verò diebus quidam ea omnia dimenſus Tzoane & in orbe Mitzraim proclamat, dicens: Tribuite Deo gloriam, quia hac vel illa quantitate excrevit flumen: Sic quotidie dimetitur & proclamat. Si flumen totam columnam obtegat, ſaturitas magna toti Ægypto ſupervenit, fluménque paulatim creſcit, donec terram ad itineris quindecim dierum extremitatem operiat. Tum quicunque agrum habet, conducit operarios, qui in agro magnum alveum effodiunt: quo deinde piſces, creſcente aqua, ingreſſi, deficiente paulatim aqua in iſtis alveis relinquuntur. Hos captos agrorum poſſeſſores comedunt, Mercatoribus divendunt, qui eos ſalitos ad quævis loca devehunt. Hi piſces pinguiſſimi ſunt: adeóque regionis proceres ſumto eorum adipe, lucernas in iſta regione accendunt. Quòd ſi quis, cum ex iſtis piſcibus plus ſatis edit, aqua ex illo biberit flumine, hoc nullum damnum inferet: quia iſta aqua medicamenti loco eſt. Quod, quomodo ob ſalſedinem fieri poſuit, viderit judæus. Scribit enim *Sion.* de Morib. Orient. p. 49. *Aquam Nili in foveas concluſam, abſque ullo artificio fere intra triduum Solis ardori expoſitam, in ſalem nitidiſſimum concreſcere*; Joſua, c. 12. libri ſui, vocat משרפות מים combuſtiones aquarũ. Ejuſmodi Nilometria ab aliis etiam eſſe extructa, monumentis potiſſimum Arabum traditum eſt. De Cleopatra *Patri-*

cid-

*cid.*p.83. وبنت مدينة اخميم مقياسا يقاس زيادة نيل مصر *Et extruxit urbem Achmim Nilopolin* i.e. fecit ibi *menſuras*, *qua menſurabatur exundantia Nili.* Quòd ſi vetuſtate collapſa fuerunt aut ruinæ vicina, reparari debuerunt: *Elmac.* Hiſt. Sarac.l.1.c.14. وفي هدا

السنة كتب اسامة بن يزيد الذي كان على الخراج

بمصر الي سليمان بن عبد الملك يعلمه ان المقياس

الذي بحلوان بطل فامره ان يبني مقياس في الجزيرة

التي بين بحر الفسطاط وبحر الجيزة وبناه في سنة سبع

وتسعين وهو المقياس الذي يقاس فيه الى اليوم

Eodem anno (96. Hegiræ, ſub Chalifatu 14. Suleimani) *ſcripſit Aſama*, *filius Jezid collector tributorum Ægypti ad Suleimanem filium Abdolmelici, atque indicavit ei menſuram illam Nili*, *quæ Hulwani erat, collapſam eſſe: unde ille præcepit, ut menſura extrueretur in Inſula illa, quæ eſt inter fluvium Phoſtat, & fluvium Gyzæ, & extruxit eam anno 97. eaque menſura illa eſt*, *qua hodie menſuratur.* Seculo integro vertente rerum Arabicarum potitus fuit *Giafar Muttavakelus*, quo Imperante hoc Suleimani Nilometrium iterum annis fuit conſumtum: unde aliud ſufficiendum erat, de quo *Patric.*p.313.

وانهي الي المتوكل ان القياس الذي في الجزيرة

بفسطاط مصر الذي يقاس فيه النيل الذي كان

امر ببنيانه سليمان ابن عبد الملك ابن مروان قد فسد

قد توجه بمهندس من العراق اختاره محمد ابن موسي المنجم فقدم الي مصر وعلي معونتها يزيد ابن عبد الله ابن نادان بن فرح وعلي الخراج سليمان ابن وهب فبنا مقياسا لجيزة مصر في سنة خمس واربعين ومايتين وسمي القياس الجديد وقد بطل العتيق *Et pervenit ad Mottawakelum Nilometrium Inſulæ, Foſtati nempe in Ægypto* (quæ etiam Nilopolis eſt: vide *Kirch.* l.c.p.33.) *quo menſurabatur Nilus, quique juſſu Suleimani filius Abdolmalici, filius Mervan, erigebatur, perditum eſſe; miſit Geometram Iracenſem, quem elegerat, Muhammedem, filium Muſa; Aſtrologum; qui venit in Ægyptum, præſide Iezido filio Abdallæ, qui filius Nadan, filius Pharehi; Quæſtore verò tributorum Soleimane, filio Vahabi: Et extruxit menſuras Gyzæ AEgyptiorum, anno* 295. *appellabatúrque Menſura nova, veteri abolita.* Hæc occaſione Niloſcopiorū.

Accidentia relata ſunt 1. *Conjugium.* Duxit autem *Aſnath* filiam Potipharis, Præſidis On, quæ aliis eſt Heliopolis, aliis Memphis. Judæi fuiſſe volunt *Dinam.* Craſſum hoc eſt figmentum, quod obiter ex *Pirke Eliez.* citat *Schalſch. hakk.* p.9.b. Ipſe verò *Eliez.* habet c.36. & c.38. *Scriptum eſt; cùm* (Amos. 5. v. 19.) *domum venit, innixus manu ſua parieti, momordit eum ſerpens. Poſt quam venit Iacob domum ſuam in terra hæreditatis ſuæ, quæ erat in terra Canaan, momordit eum ſerpens. Quis nam fuit iſte ſerpens? Sichem filius Chamor; Quia filia Iacobi conſidebat in tentoriis, neque foras egredie-*

 batur,

batur, quid fecit Sichem, filius Chamor? Adduxit puellas luſitantes extra illam urbem, & pulſantes tympana. Egreſſa autem eſt Dina, ut videret filias luſitantes, & raptam eam ſtupravit, & concepit, peperitque Aſnath. Locuti ſunt filij Iſraëlis de illa trucidanda; quia dictura eſſet univerſa regio, lupanar eſſe in tentorijs Jacobi: Quid fecit Jacob? Attulit laminam, eique inſcripſit nomen ſanctum, atque ſuſpendit è collo ejus, ſicque abijt. Hoc autem omne præviſum erat coram S. B. Deſcendit verò Angelus Michaël & deduxit eam in Ægyptum, domum Potipharis, ut eſſet Aſenat apta Joſepho in uxorem. Erat autem uxor Potipharæ ſterilis, atque educavit eam apud ſe tanquam filiam, poſtquam autem deſcenderat Joſeph in Ægyptum, ſumſit eam ſibi. λῆροι καὶ λόγοι. 2. Liberi; Menaſſe & Ephraim. Et de illius quidem tradunt poſteris, quod Ægypto exituri graviſſimam acceperint cladem. *Eliez.* c.48. *R. Eliezar inquit. Iſti omnes anni ſunt, quibus Iſraëlitæ tutò & tranquillo habitârunt in Ægypto, uſque dum venit Iaganon è filijs Ephraim & dixit: Apparuit mihi S. B. ut educerem vos ex Ægypto. Filij Ephraim, quia erant elato animo, è ſemine regio, atque pollentes fortitudine in bello, ſurrexerunt & acceperunt uxores, filios & filias ſuas, atque exiverunt Ægypto. Inſecuti ſunt illos Ægyptij, atque trucidârunt eos; juxta illud: Ducenta millia, omnes fortes filij Ephraim armati, &c.* Pſal.78.11. 3. Præfectura Ægyptiaca, 80. annorum. *Zem. Dav.* P.1. *Vorſt.* in Not. p. 206. Reſtat *mors & ſepultura. Mortem* ita deſcribit *Patric.* p. 24. وفي خمسة عشر سنة من حياة قاهات مات يوسف فصيره اخوته بتابوت ودفنوه بمصر وكانت حياته

حياته مايه وعشر سنين ويقال صير جسد يوسف في تابوت من رخام والقي في النيل *Anno* 15. *vitæ Kahati mortuus eſt Ioſeph; & fratres ejus eum arcæ impoſitum ſepelierunt in AEgypto, anno vitæ* 110. *Fertur, cadaver Ioſephi capulo marmoreo incluſum, projectum fuiſſe in Nilum.* وعاش يوسف مايه وعشر سنين وراي اولاد الاولاد الي ثلاثة احقاب ولما حضرته الوفاة اوصي اخوته بنقل عظامه معهم عند خروجهم من مصر الي ارض الميعاد الذي وعدهم الله بها ومات يوسف ودفن بارض مصر ولما خرج بني اسرايل نقلوا عظامه معهم الي ان دخلوا ارض الميعاد وملكوها ودفنوا عظامه في نابلس في الحقل الذي اشتراه يعقوب من بني حمور

Vixit autem Ioſeph 110. *annos* (anno enim ætatis 17. fuit venditus: 14. dantur carceri, & 80. Principatui; Unde anni 110. aut 111.) *viditque filios & nepotes in tertiam generationem. Et cùm mors ejus inſtaret, mandavit fratribus ſuis, ut egreſſuri AEgypto in terram promiſſionis, quam promiſit illis Deus, transferrent ſecum oſſa ſua. Mortuus igitur Ioſephus ſepultus eſt in Ægypto. Cúmque exirent Iſraëlitæ, deportârunt ſecum oſſa ejus, donec ingrederentur terram promiſſionis, & poſſederunt ea: Tandem ea ſepeliverunt Neapoli in agro, quem emerat Iacob à filiis Chamor.*

Sed è diverticulo in viam: redeundum eſt ad Iacobi Proſopographiam, cujus

Digitized by Google

V. Sequitur *mors Iacobi*, de qua *Patr.* p. 24. فاقام يعقوب
بمصر سبعة عشر سنة وفي ستين سنة في حياة لاوي مات
يعقوب بمصر وحمله يوسف وجميع اولاده الي ارض
كنعان فجميع ما عاش يعقوب ماية سبعة واربعين سنة
Et moratus eſt Iacob in AEgypto 17. annos: anno verò 60. vitæ Levi mortuus eſt Iacob in AEgypto; & tranſtulit eum Ioſeph omneſque filij ejus in terram Canaan. Omnes autem dies vitæ Iacobi ſunt 147. anni. Et *Elmacinus* p. 43. ومات يعقوب وعمره ماية وسبعة واربعين
سنة وذلك لتمام ثلاثة الف وستماية وخمسة وثلاثين
سنة للعالم وحمله يوسف واخوته الي ارض كنعان
ودفنوه عند اباه ابراهيم واسحاق في المغارة التي
بالخليل وناح المصريون عليه اربعون يوما
Et mortuus eſt Iacob anno ætatis 147. A. M. 3635. Et deportârunt ipſum Ioſeph, ejúſque fratres in terram Canaan, ibidemque ſepelierunt juxta patrem ipſius Abrahamum, & Iſaacum, in ſpelunca, quæ eſt Chalili; Et planxerunt eum AEgyptij dies quadraginta. Hebræi annum ætatis ponunt 144. à deſcenſu 17. *Zem. Dav.* P. 1. p. 7. Sed mendosè. Anni enim 147. conveniunt cum calculo Scripturæ. Egit enim Iacobus, cùm ſe ſiſteret Pharaoni annum 130. iis *ſi adjungas* 17. *quibus vixit in AEgypto, habebis* 147. Funus Jacobi à judæis curioſius deſcribitur. *Eliez.* cap. 17. *R. Joſe ait: Unde diſcimus, eſſe ſeptem*

ſeptem dies luctus? A patre noſtro Jacobo; quia Joſeph conſtituit illi luctum ſeptem dierum; juxta illud: Et fecit patri ſuo luctum ſeptem diebus, Gen. 50. 10. Aſcenderunt autem cum eo omnes Magnates Regni, ſicut dicitur: Aſcenderunt cum eo currus & equites. R. *Bechai* in Cad. hakk. in acie prima ponit Joſephum. Secundo loco ſervos Aharonis, ſive Principes. 3. Seniores domus Aharonis. 4. omnes Seniores terræ Ægypti. 5. Totam domum Joſephi. 6. Fratres Joſephi. 7. Majores natu illorum fratrum. 8. Currus. 9. Equos. De lite ab Eſavitis mota loquitur R. Eliez. c. 39. Vide ſupra, p. 337. Epitaphium verò ejus p. 360.

VI. Synchroniſmus: ubi A. *Mors Iſaaci*, de qua ſup. p. 341. quam præceſſit venditio Joſephi annis 12. vide Iarch. ad Gen. 35. v. 29. *Vorſt.* ad Zem. Dav. p. 204.
B. *Iobus* Patric. 23. وفي ايامه كان ايوب الصديق
وهو ايوب ابن اموص ابن زارح ابن راعويل ابن
العيص ابن اسحق ابن ابراهيم وكان كثير المال
فابتلاه الله فشكر فصبر ورفع الله عنه البلا ورد اليه ماله
Diebus ejus (Iacobi & Ioſephi) *exſtitit Iobus juſtus: Eſt autem Jobus iſte filius Amuz, filius Zærah, filius Raguel, filius Eſaü, filius Iſaac, filius Abraham; prædives. Et tentavit eum Deus: ſed cùm gratus fuiſſet Deo & patiens, abſtulit ei Deus calamitates, facultatibus reſtitutis.* Elmac. p. 43. iiſdem fere utitur verbis, additque ſub finem; وقصته مشهورة, *Hiſtoriam ejus eſſe notam*: Vide *Theſ. Phil.* p. 30. *Seph. Iuch.* p. 9. fol. 2. *Sed. olam.* 103.

C. Hiſtoria Anæ, de qua Schalſch. hakkab. p. 9. b.

ענה מבני החורי היה הראשון שהרכיב סוס עם חמור ודבר
גדול היה שחדש בריה שלא בראה הקבה בבריאת העולם

Ana de filijs Hori, primus fuit, qui commiſcuit equum aſino. Atque hæc res prodigioſa erat. Creaturæ enim exiſtentiam dedit, quam Deus Benedictus non creavit, tempore conditi Mundi. Hoc ſenſu à pleriſque judæis vocem ימים Gen. 36.24. explicari, diximus in cenſura noſtra ad Heptapl. Paris. Alios tamen legiſſe יַמִּים *aquas*, indidem conſtat. Quo, quidem ſequitur *Ibn Sina* in verſione Arabica; عنا الذي وجد ماء في القفر اذا كان يرعي حمير صنعون ابيه *Ana eſt, qui invenit aquas in deſerto, cum paſceret aſinas patris ſui Zenghon* (leg. صبعون) *Aq. & Sym.* τὺς ἰαμεὶν. *Diodor.* ὁ Σύρος καὶ ὁ ἑβραῖος τὸν ἰαμεὶν ὕδωρ βύλεται λέγειν, ἀντὶ τῦ εὗρε πηγὴν ἐν ἐρήμῳ. *Syrus & Hebræus volunt aquam denotari voce* ἰαμεὶν (ימים) *pro eo, quod dicere vult, fontem inveniſſe in deſerto.*

D. *Mors Schaharbazi*, vel Schaharnari. *Elmac.* p. 43:

وفي ذلك الزمان مات شهربار ملك العجم وملك
بعده ولده اسفيدباز اخد وسبعون سـنـة

Hoc tempore mortuus fuit Schaharbaz, Rex Barbarorum, cui ſucceſſit filius Aſphidbaz annos 71. De cæteris Synchroniſmis, conſulatur *Zem. Dav.* P. 11. Mill. 3. *Schalſch. hakk.* p. 95.

XXII.

XXII. לוי *Levi.*

De quo I. In eo potiſſimum continuari ſeriem Genealogicam, tam apud Hebræos, quàm Arabes, quòd Moſes ex ejus lumbis ſit genitus. *Patric.* p. 22. والما ورخ لاوي من دون ساير اخوته لان موسي من ولد لاوي *Levi autem in Chronologia habetur ratio, præ reliquis fratribus ejus, quia Moſes ex Levi poſteris eſt.* II. Annum nativitatis Levi & cæterorum fratrum incertum eſſe. Quæ Judæi habent, conjecturis tantùm innituntur. Vide *Vorſt.* ad *Zem. Dav.* p. 203. III. A patre decimatum quaſi, fuiſſe devotum. *Eliez.* c. 37. *Præterea dixit Angelus Iacobo: Nonne habes filios, & decem iſti mei ſunt? Quid fecit Iacob? Sequeſtravit quatuor primogenitos à quatuor ancillis & reſidui fuerunt octo. Incepit à Simeone, & deſijt in Benjamine, qui erat in viſceribus matris ſuæ. Præterea exorſus quoq; eſt à Simeone & finivit in Levi; atque obtulit Levi decimum Sanctum Domino juxta illud: Decimum erit Sanctum Domino. Deſcendit Angelus Michaël, atque tulit Levi, eúmque obtulit coram Sancto Benedicto dicens: Domine Mundi, hic eſt ſors tua, atque decimæ tua portio. Extendit manum ſuam dexteram, eique benedixit, ut filij Levi ſerviant, coram ipſo in terra, ſicut Angeli Miniſterij in cælo. Dixit Michael coram Sancto Benedicto: Domine univerſi Mundi: Miniſtris Regis non dediſti fructum, vel particulam alimenti. Itaque dedit Levitis omne ſanctum, quod offertur illius nomini,*

ſicuti

Digitized by Google

ſicuti dicitur: Ignita Domini, & poſſeſſionem ejus comedent; *Deut.* 18. I. IV. Ex patriarchis illum ultimo fuiſſe mortuum. *Schalſch. hakk.* p. 11. a. ממיתתו עד שיצאו ישראל ממצרים עברו קיו שנים והוא היה האחרון מהשבטים שמתו ולד שנים עמד במצרים ולא התחיל השעבוד עד אחרי מותו ואין השעבוד יותר כפז שנים כשנותיה של מרים ולכך קראוה מרים כשנולדה *Ab ejus obitu, uſque ad egreſſum Iſraëlitarum ex Ægypto tranſierunt anni 116. Ipſe verò poſtremus inter Phylarchas mortuus eſt. Annos 34. ſubſtitit in Ægypto; neque cœpit captivitas uſque dum mortuus fuit, neque diutius duravit quàm 87. annos, juxta annos Mariæ, quæ & propterea Mariæ nomen, cùm naſceretur, obtinuit. Zem. Dav.* P. I. p. 8. b. לוי מת בשנת שלב בן קלז שנה ושני חיי לוי שבע ושלשים ומאת שנה והוא חי במצרים צד שנה ומזמנו עד יציאת מצרים רק קיו שנה ולכל היותר הם שני השיעבוד וימת יוסף וכל אחיו ואחר כך ויקם מלך חדש ואפשר שהיה פחות מזה בסע פרק שלישי אמרו שלא היה השיעבוד יותר מקיו שנה ולא פחות מפז שנה והם משנת שסא עד שנת תמח *Obijt Levi, anno M. 332. (millen. 3.) natus annos 137. juxta illud: Dies vitæ Levi 137. annorum, & vixit in Ægypto 94. annos. At tempore autem ejus uſque ad egreſſum ex Ægypto tantùm ſunt 116. anni. Reliqui omnes, ſunt anni ſervitutis, quia dicitur: Et mortuus eſt Ioſeph, & omnes ejus fratres. Et poſtea: Et ſurrexit Rex novus. Poteſt autem fieri, ut minus fuerit. In Seder Olam c. 3. ajunt: Servitutem non duràſſe ultra 116. annos, nec*

fuiſſe breviorem 87. *annis, ſunt autem ab anno* 361. *uſque ad annum* 448. Ad quæ verba *Vorſt*. p. 205. notat, ſeptem, ſi non plures, circumferri ſententias de ſupputandis annis ſervitutis Ægyptiacæ, quæ hujus loci non ſunt. v. Synchroniſmi, cujuſmodi alii ſacram, alii profanam ſpectant Hiſtoriam. Illi ad Genealogiam patriarcharum ſpectant. *Schalſchel. hakkabb*. p. 11. במדרש יאיר ומכיר ונבח בני מנשה בן יוסף נולדו בחיי יעקב ומתו אחר מיתת מרעה במדרש פרשת שמיני יאיר נהרג מאנשי עי והיה שקול כנגד ל׳ איש סרח בת אשר ויוכבד בת לוי אשת עמרם היו מבאי מצרים ומיוצאיה סרח גלתה למשה המקום שהיה טמון ארון יוסף ביאור והיא היתה האשה חכמה שדברה ליואב עׄע שבע בן בכרי כי ארכה ימים *In Midraſch habetur: Iair, Machir, Nebach, filij Manaſſe, filij Ioſeph nati ſunt vivente Iacobo, mortui autem poſt exceſſum Moſis Magiſtri noſtri, ſuper quo pax. In Midraſch, Paraſcha,* ביום שמיני *Iair occiſus eſt à civibus Ai, & æquipollebat triginta viris. Særah, filia Aſcher, Iocebed, filia Levi, uxor Amrami, erant ex ijs, qui & ingreßi ſunt AEgyptum, & ex eadem egreſſi. Sarah revelavit Moſi locum, in quo abdita erat arca Ioſephi in fluvio (Nilo) eratque mulier illa ſapiens, quæ locuta eſt Ioabo, in cauſa Schebæ, filij Bichri: quia longius illa vitam ſuam extendit*. Iſti, qui regni Barbarici Hiſtorias, hactenus nobis ferè ignotas, aperiunt, ex *Elmac*. p. 44. ita habent. قال رويهار في تاريخه فاما اسفنديار فانه ملك بعد ابيه على ممالك العجم احد وسبعون

سنه وذلك لتمام ستمايه تسعة وثلاثين للنمرود الجبار
واستمر بوزير ابيه علي عادته وفوض اليه تدبير
مملكته واشتغل باللهو والشراب والطرب وشرب الخمر
واجتمع اليه جماعة من سفلة الناس وصاروا ندماه
وكان يعطيهم الاموال ويصغي الي كلامهم وعظم
ذلك علي الاساورة واكابر المملكة واجتمع بعه وزيره
وعرفه ان الاكابر قد تغيرت قلوبهم لتقريب هولا
السفله واشار ان يبعدهم عنه فلم يسمع منه واعلمهم
بما قاله الوزير في حقهم وصاروا يغيروه عليه ويوهموه
منه ويقولوا انه قد اتفق مع الاساوره وربما يعمل علي
خلعك من المملكة واشاروا عليه بقتله ولما كان
ذات يوم وليله وقد سار السلطان اسفيدار ذكروه
بحديث الوزير وقالوا له اسبقه من قبل ان يسبقك
فاحضره وقتله وقبض علي نعمته واعتقل اولاده وغلمانه
ولما بلغ ذلك الاساورة والاكابر اجتمعوا جميعهم
واتفقوا علي خلعه من المملكة وبلغه وصير فطلبهم
فلم يحضوا اليه اخرجوا جميعهم الي ظاهر المدينة
هم

هم واصحابهم وغلمانهم ولبسوا عددهم واعتدوا لقتاله
وركب هو ايضا ومن بقي معه من العساكر وخرج
اليهم وتقاتلوا فلما التحم القتال ورماه بعض المقاتلة
بسهم فقتله ووقع من ظهر دابته ميتا فحملوه ودفنوه
وجعلوا اخوه رستم عوضه وبعد ذلك قبضوا علي اولايك
الذين اشاروا بقتل الوزير وقتلوهم جميعهم ونهبوا ديارهم
واخذوا جميع ما فيها واما مهكان عمه صاحب بخارة
فانه بعد وفاة السلطان شهريار جمع عسكره واحتشد
وسار الي خوارزم وكان بها جماعة كثيرة من عسكر
شهريار فنزل عليهم وحاصرها وقاتلها قتالا شديدا
وفتحها وملكها واستولي علي جميع ممالكها
ولقبوه خوارزم شاه يعني ملك خوارزم واتسعت عليه
البلاد وكثرة عساكره فجعل اخوه بهرام في بخاراة وما
والاه وسار الي سمرقند وفتحها واستولي عليها وعلي
ممالكها وجعل فيها اخوه برشي وبعد ذلك تجهز وجهز
عساكره وقصد ان يمضي الي خران ليطلب الملك
لنفسه فبلغه من كان من اسفيديار ابن عمه وانه
قتل وان الاساورة والاكابر بخراسان قد جعلوا اخوه
رستم عوضه فتوقف عن الحركة الي ان يتحقق الحال
وبعد مدة يسيرة مات مهكان خوارزم شاه فاجتمع
اكابر مملكته وملكوا عليهم افريدون ولده عوضه

Digitized by Google

Dicit Zuihar (ſup. Zubehar) *in Annalibus ſuis. Porrò Aſphidbaz imperavit poſt patrem ſuum Barbaris annos 71. idque exactis 639. poſt Nimrodum, Gigantem. Confirmavit autem conſiliarium parentis ſui ſuo loco; eique tradidit adminiſtrationem regni ſui, ipſe verò vacavit ludicris, potui & delicijs; vino præſertim indulſit. Et confluxerunt ad eum abjectæ ſortis homines, qui in ſocietatem ejus aſciti ſunt. Et largitus illis fuit munera, inclinavitque ad eorum ſententias. Quod quidem moleſtè tulerunt Equites & Proceres regni. Cúmque Vezirus eum conveniſſet, eidémq; ſignificâſſet, Procerum animos jam eſſe diſtractos, quod feci illi adeò ſe præberet familiarem, eidem etiã fuiſſet author, ut à ſe abire eã juberet, ille verò ipſum non audiret; quin potius ipſis indicaret, quæ Veziri de illis eſſet ſententia, qui, invidiæ œſtro perciti, monuerunt ut ab eo ſibi caveret, dicentes: Conſpiravit jam cum Proceribus, & fortè cogitat te Imperio deponere & regno. Suaſerunt igitur ei, ut eum occideret. Accidit autem aliquando, ut cùm Sultan Aſphidbaz ebrius eſſet, enarrarent ipſi negotium Veziri, eidémque dicerent; Tu prævenias ipſum, antequam ille præveniat te. Eum igitur ad ſe vocatum interfecit; bona fiſco addixit, liberos & ſervos ejus in carcerem conjecit. Quamprimum autem Equitibus & Magnatibus innotuit, congregati omnes conſenſerunt in ejus è regno depoſitionem; quod cùm ad ipſum perveniſſet, in eos inquiſivit; illi verò accedere recusârunt; quin egreſſi omnes in medium urbis forum ipſi, ſocij & adoleſcentes eorum, armiſque induti ad oppugnandum eum ſe accinxerunt. Ille verò equo vectus cum reliquo exercitu prodijt ad eos, & inter ſe commiſſi ſunt. Cúmque prælium invaluiſſet, à milite quodam ſagitta petitus*

titus occubuit. Cùm dorſo jumenti decidiſſet mortuus, ſublatum eum ſepeliverunt; Subſtituerunt autem ei fratrem Rustamum. Poſtea omnes illi, qui in necem Veziri conſenſerunt, in vincula conjecti, ædes illorum ſpoliatæ, omniáque ibi obvia ablata ſunt. Mahakan autem patruus ejus, Princeps Bocharæ, cùm mortuus eſſet Sultanus Schaharbaz, collecto exercitu ſuo, atque in unum coacto Chowarazmiam abijt; illis non pauci erant admixti ex Schaharbazi copijs. Et poſtquam caſtra ibi fuiſſet metatus, eam obſedit & oppugnavit magna clade, tandémque occupatam obſedit; ſicque omnibus illis regnis fuit potitus: unde nomen ipſi impoſuerunt Chowarazam-Schah i.e. Imperatoris Chowarazmiæ. Atque ſic illi, copioſóque ejus exercitui patuit terra. Commiſit autem fratri ſuo Bahram adminiſtrationem Bocharæ, & vicinorum locorum. Ille verò abiens Samarkandam occupavit, regna ejus ſubjugavit, ibidémque locavit fratrem ſuum Borſcha. Poſtea, inſtructo exercitu, Charras tetendit, ut ipſum quæreret regem. Cúmque reſciviſſet, quid Aſphidbazo, filio patrui (nepoti) accidiſſet, quòdque eſſet occiſus, & Equites Magnatéſque Choraſanæ conſtituerint ſucceſſorem Ruſtamum; moras nectere conſtituerat, donec de rei veritate perſuaſus eſſet. Paulò poſt tamen mortuus eſt Mahakan Chowarazam-Schah; & congregati regni ejus Proceres regem conſtituerunt Aphridum filium.

XXII. קהת *Kahath.*

De ejus 1. *Nativitate* ſcribit *Elmac.* p. 43. لاوي ابن يعقوب هدا صار البكر عوض من روبيل اخيه واولد قاهات.

قاهات بارض كنعان قبل دخولهم الي ارض مصر

Levi, filios Jacobi. Hic primogenitus habitus eſt loco Rubenis fratris ſui: Et genuit Phahan(leg. Kahath)*in terra Canaanis, antequam illi ingrederentur* Ægyptum.

II. *Morte. Schalſch.hakk.*p.11.b. קהת חיה קלג שנים ומת שנת ק׳ קודם יציאת מצרים *Kehath vixit* 133. *annos, & mortuus eſt* 100.*anno, ante egreſſum ex Ægypto: Patricid.*p.25. وفي سبعة وستون سنة من حياة عمران مات قاهات وكانت حياته مايه سبعة وعشرين سنة

Anno 67.vitæ Amram, mortuus eſt Kahath, cùm natus eſſet 127. *annos.* Elmac.p.45. قاهات ابن لاوي عاش ستون سنة واولد عمران سنة ثلاث الف وستماية ثلاثة وسبعين سنة للعالم وعاش بعد ذلك ثلاثة وسبعون سنة ومات لتمام ثلاثة الف وسبعماية وستة واربعون سنة

Kahat filius Levi, poſtquam vixiſſet 60.*annos, genuit Amram, anno* 3673. *à creatione Mundi. Poſteaque vixit* 73. *annos, & mortuus eſt ſub finem* 1764. *annorum.* III. *Synchroniſmus.* Elmac.p.45. قال زويهار في تاريخه فاما رستم ابن شهرباز ابن افريدون فانه ملك بعد اخيه اسفيد يار على ممالك العجم خمس وستون سنة واحسن السيرة وعدل في الرعية وانعم على

على الاساورة واجزل العطا لهم اجري الناس على
قاعدة افريدون وافرج عن اولاد الوزير الذي كان
اخوه اعتقلهم واعاد عليهم نعمتهم واستوزر الكبير منهم
وفوض اليه تدبير دولته ولما استقر لهم الامر شرع
ينشي امرا ومقدمين من ممالكه وخواصه اول فاول
على سهل الي ان اجمع عليه جماعة كثيرة من
ذوة وصبر الي زمان الربيع فلما تفرقت العساكر
المروج لربيع دوابهم سير في الليل الي بيوت الاساورة
الدين قتلوا اخيه وقبض عليهم جميعهم في ليلة واحده
كل منهم على انفراد وقتلهم جميعهم وصير موضعهم
من مماليكه والزمه وبعد ذلك كان يسير في بلاده
ويفتقدها ويعدل علي الرعيه ويحسن اليهم فاما
افريدون ابن مهكان صاحب خوارزم فانه سار سيرة
جميلة وعدل على رعيته واحسن الي اكابر مملكته
واجرلهم العطا وكانت ايام مملكته سبعة وثمانين سنة

Refert Zuihar in ſuis annalibus; Ruſtamum, filium Schaharbazi, filium Aphridun, Imperaſſe, abſque fratre Aſpidbaz, in regnis Barbaricis, 65. annos, laudato regimine, & in ſubditos æquo: Beneficum in Proceres, quos muneribus affecerit: Homines autem fundamentis Aphridun aſſuefecerit. Liberos Veziri, quos frater ejus in compedes dedit, refecit, bona reſtituit, & cùm natu maximum à conſiliis eſſe voluiſſet, commiſit ei adminiſtrationem Imperii ſui. Rebus autem eorum firmatis, cœperat Duces & primores regnorum ſuorum, familiares ſuos,

ſuos, alterum poſt alterum, pedetentim amandare; magnóque numero ad ſe mulieres accerſere. Tempore autem verno, cùm exercitus campeſtris eſſet hinc inde, ut jumenta verno pabulo fruerentur; palabundus, ingreſſus eſt noctu ædes Magnatum, qui fratrem ſuum occiderunt, eósq; omnes cepit, una nocte, unum quemq; ſeparatim, & interfecit eos omnes, alioſque ijs in Imperio, & ſatellitio vel comitatu ſubſtituit. Poſtea in terram ſuam fuit profectus, ut eam viſitaret, ſubditis juſtitiam probaret, ijſdémque benefaceret. Aphridun autem, filius Mahacanis, Imperator Chowarazmiæ pulchrè ad gubernacula ſedit, ſubditis juſtè præfuit, Proceres Regni muneribus affecit. Fuerunt autem dies regni ejus 87. anni.

XXIII. עַמְרָם *Amram.*

De hoc 1. quòd vixerit 137. annos. *Schalſ.hakk.* p. 11. b. עמרם חיה קלז שנים ומת שנת ל׳ למשה *Amram vixit* 137. *annos, & mortuus eſt anno* 30. *Moſis.* Et Patric. p. 26. paulò aliter: وفي سنة ستة وخمسين من حياة موسي مات ابوه عمران وكانت حياته مايه ستة وثلاثون سنة *Anno* 56. *vitæ Moſis, mortuus eſt pater ejus Amram, ætatis anno* 136. Elmac. p. 46. وعاش والده عمران بعد ذلك سبعه وخمسون سنة فجميع حياته مايه وسبعة وثلاثين سنة ومات لتمام ثلاثة الف وثمانماية وعشر سنين للعالم *Vixit pater ejus* (*Moſis*) *Amram poſtea* 57. *annos. Omnes autem dies vitæ ejus erant* 137. *anni, & mortuus eſt*

eſt ad finem 3810. *anni à condito mundo.* III. Liberi *Patric.* p. 24. وولد لعمران بعد ثلاثة وسبعين سنة مريم وبعد سبعة وسبعين سنة وولد له هارون وبعد ثمانين سنة وولد له موسي عليه السلام فجميع مـــا عـــاش عمران ماية سنة وثلاثـــون سنة *Et nata eſt Amramo elapſis annis* 73. *Mariam annis*; 77. *natus eſt Aharon*; *annis* 80. *natus eſt Moſes, ſuper quem pax: omnes autē dies, quos vixit Amram, ſunt* 130. *anni.* Idem habet *Elmac.* p. 46. IV. Synchroniſmus. *Elmac.* p. 46. قال زريهار في تاريخه ان خسروا ابن رستم كان ظالما شريرا اساء الي رعيته وعسفهم واخذ اموالهم واحدث عليهم حوادث لم تجري بها عادتهم ولقي الناس منه شدايد عظيمة ومات لتمـــام سبع مايه ستة وستين ســـنـــة للنمرود الجبار وملك بعده وشمليمن سبعة وسبعين سنة

Refert Zurihar in annalibus ſuis, Chaſrau (Choſroem) *filium Ruſtam fuiſſe tyrannum inſolentem, qui malè ſubditos tractârit, eoſdemque deprædatus ſpoliârit opibus ſuis, novitatibus eos preſſerit, quibus aſſueti non erant; hominéſque adeò multa ab eo mala pertuliſſe. Obÿſſe anno* 766. *Nimrodi Gigantis: ſucceſſit ei Vaſchliman* 77. *annos.*

Digitized by Google

SECTIO II.

De

STATU VETERIS TESTAMENTI THEOCRATICO.

Theocraticus *ſtatus eſt, quo Deus Eccleſiæ & Reipublicæ Judaicæ, ex toto genere humano ſegregatæ, & Doctores ipſe conſtituit, & Leges præſcripſit, quibus fides & vita eorum aſtricta fuit; additis & pœnis, in transgreſſores, & promiſſionibus, vitæ tum præſentis, tum futuræ, in obedientes. Initium hæc gubernationis forma ducit à Moſe; finem conſequitur ſub Samuele, per annos duravit* 509.

I. משה *Moſes.*

Prodiit peculiaris de vita Moſis apud Hebræos liber, qui à doctiſſimo *Pellicano* in linguam Latinam translatus, Tiguri in Bibliotheca Carolina aſſervatur ἀνέκδοτος, cujus in ſecunda parte faciemus mentionem. Nunc inſtituti memores ea tantum eruemus, quæ authores hactenus citati commemorant de magnanimo populi Iſraëlitici ὁδηγῷ. Duabus autem partibus generalibus tota hæc tractatio abſolvitur, *Vita* & *Morte*.

In *vita* habemus I. *Antecedentia* Nativitatem. Varia videlicet omina magni Principis & Imperatoris verè Auguſti. *Schalſch.hakk.*p.11.b. אמר המדרש שבשנת כמו קל לרדת ישראל למצרים פרעה חלם וראה זקן עומד נגדו ומאזנים בידו ויקח כל זקני מצרים ויקשרם יחד וישיכם בכף א. של מאזנים ולקח טלה א׳ וישימהו בכף מאזנים האחר ויכריע הטלה כנגד כלם ויהי בבקר ויקרא כל חרטמיו ויפתח שעתיד

שעתיד לילד מושיע לישראל נגד המצרים ואז צוה כל הבן הילוד; *Habetur in Midraſch, anno quaſi 130. à deſcenſu in Ægyptum ſomniaſſe Pharaonem, & ſecundùm quietem vidiſſe ſtantem hominem ſenem è regione ſua, habentémque libram in manu ſua: omnes autem Seniores Ægypti colligatos uni impoſuiſſe lanci; alteri verò agnum, qui omnibus reliquis præponderarit. Manè autem Magos ad ſe vocavit, quorum interpretatio erat, naſciturum Redemtorem Iſraelis contra Ægyptios; Et tum præcepiſſe, ut omnes filij interficerentur.* Idem habet R. Eliez. c. 48.

II. *Nativitatem* ipſam. Cujus obſervatur a. *Tempus* Schalſch. hakk. p. 11. b. משה נולד לו שנים אחרי מיתת לוי והיה שנת ב׳ אלפים שסה ליצירה ביום ד׳ ז׳ ימים לחדש אדר ג׳ שעות מהיום וי״א שהוא כז׳ ניסן *Moſes natus eſt 37. anno poſt obitum Levi, qui fuit annus Mundi 2365. die Mercurij, quæ fuit 7. menſis Adar, diei hora tertiâ: Alij tamen dicunt, fuiſſe 27. Niſan.* Zem. Dav. P. I. *Moſes Magiſter noſter, ſuper quo pax, natus eſt anno* 2368. Aliis tamen placet, natum eſſe Moſen anno 2373. quatuor annis poſt hoc tempus, ſed nulla ſolida nituntur ratione; quo & referri poteſt conjectura *Aben Ezra* Exod. 2. v. 1. matrem Moſis Iochebed tum egiſſe annum ætatis 130. b. *Modus* miraculoſus, tum ratione ætatis Iochebed jam expreſſæ: Sara nonagenaria puerpera fuit; hæc demum ætatis anno 130; tum ratione infuſæ magnæ in ædes parentum lucis, quæ ſpectatoribus tantùm non viſum intercepit.

III. *Con-*

III. *Concomitantia.* Difficilima tempora, quibus in hanc lucem Moſes fuit editus : de quibus Exod. c. 1. Quarum calamitatum compendium exhibet. *Patricid.* p. 25.

فلما مات يوسف واخوته وكل من كان من
ذلك الجيل وكثروا بني اسرايل وتوالدوا وامتلت
مصر منهم وقام على مصر ملك لم يكن يعرف يوسف
فقال لاصحابه ان بني اسرايل قد كثروا وانا
لانامن ان يخرج علينا خارجي فيعينوه فيخرجوا بامر
مصر فسلط مصريين عليهم واستعبدوهم واشتدوا عليهم
في العبودية في الطين واللبن والحجارة ونحت الجبال
والمغاير والحرث وامر فرعون القوابل ان يقتلوا كل
مولود يولد من بني اسرايل ذكرا ويغرق في البحر
فقتل من الاطفال وغرق في البحر مالايحصي عددهم

Mortuo autem Joſepho & fratribus ejus, cæteriſque ejus coætaneis, multiplicati ſunt filij Iſraelis, generationéque continua impleverunt Ægyptum. Surrexit autem Rex Ægypti, qui Ioſephum non noverat. Dixit ergò ſuis conſiliarijs: Aucti utique ſunt filij Iſrael, neque fidimus ipſis, quia ſi hoſtis contra nos prodiret, ipſi ſuppetias ferrent, & Imperio Ægyptiaco ſe ſubducerent. Ægyptij igitur dominio in eos utentes, ſibi ſubjecerunt, & gravi ſervitute eos preſſerunt, operam eorum occupantes in luto, latere, lapide, exciſione montium, ſpeluncarum, ara-

aratione. Mandavitque Pharao obſtetricibus, ut interimerent omnem genitum ex filijs Iſraël maſculum; cúmque mari ſubmergerent. Atque ſic occiſi & maris undis ſuffocati ſunt infantes numero innumeri. Elmacinus p. 46.

وقام ملك على مصر لم يكن عارف بيوسف ولا اخوته
وقال لقومه ان شعب اسرايل قد كثروا وصاروا
اقوي منا نعمل الحيلة في امرهم ليلا يكثروا ولا نامن
ان تخرج علينا خارجي فيعينه فيخرجوا من الارض
وامر ان يستعملوا في اللبن والحجر فقال لقوابل العبر
انيين اذا ولدت ذكرا فاقتلوا فخفن الله ولم يفعلن
فانكر فرعون عليهن فقالوا اذ نساء العبرانيين ليست
كالمصريات لانهن يقتلن اولادهن قبل ان يدخلن القابلة
وامر ان يكن من يولد من الذكور يلقي في النهر

Surrexit autem Rex Ægypti, qui non noverat vel Joſephum, vel fratres ejus. Dixitque populo ſuo. Natio utique Iſraëlitica, incrementis ſumtis, prævalet nobis; aſtutè igitur contra eos agemus, ne multiplicati faciant, quo minus ſecuri ſimus, et ſi fortè hoſtis contra nos moveat, eum juvent, atque territorio noſtro egrediantur. Mandavit igitur, ut occupentur latere & lapidibus. Sed & obſtetricibus Hebræorum dedit in mandatis; ut ſi naſceretur puerulus, occiderent eum. Illæ verò, Deum timentes, hoc non fecerant, cúmque indignatus illis fuiſſet Pharao, reſponderunt ei; Non eſt ea ratio mulierum Hebraicarum, *quæ Ægyptiacarum: Illæ enim occidunt* (notorius, dubio procul, amanuenſis error, leg. يقبلن, *obſtetricis officiũ faciunt*) *liberos ſuos, antequam ingrediantur obſtetrices.*

Juſſit igitur omnem prolem maſculam recens natam in fluvium projici.

IV. Conſequentia, ubi

A. *Impoſitio nominis*; Varia Moſi tribuuntur nomina. In Vajikra Rabb. S.1. referunt; *Decem nominibus fuiſſe inſignitum Moſen*: Eadem repetuntur in *Schalſ. hakk.* & à nobis in *Hiſt. Orient*. p.52. Syri duo alia ſupponunt nomina, ut ibidem, ex *Iſa bar Ali* monuimus. Aliàs binominem faciunt. *Eliez*. c.48. *R. Nathanaël dicit: Viderunt parentes Moſis, formam Moſis eſſe velut Angeli Dei: & circumciderunt illum, noménque ejus vocârunt Iekutiel. R. Simeon ait; Appellârunt eum* טוב, *juxta illud: Et vidit eum eſſe* טוב elegantem; *Exod*. 11.v.2. Sit hæc ὀνοματοθεσία fictitia; illud tamen elucet, Judæorum teſtimonio parentes Moſi nomen indidiſſe Hebraicum. Alterum ergo *Moſe*, Ægyptiacum eſt. Id conſtanter fatentur 1. *Judæi*; veteres etiam *Philo*, *Joſephus*; Intermedii *Aben Ezra*; qui tamen Moſen appellatum fuiſſe voce *Monios* Ægyptiacè ex libro עבודת ארכת. ex Lingua Ægyptiaca in לשון קדרים *Linguam Arabicam* (*Vorſt*. animad. in Pirke p.246. cur *Armenicam*, & *Kircher*. T.1. Oedip. Ægypt. *Æthiopicam* vertat, non video) *translato*, obſervat. 11. Nomen à filia Pharaonis Ægyptiacè loquente datum, largiuntur a. *Hebræi*. Schalſch. p.11.b. ויהי כקן שנתים ימים הביאהו אמו לבתיה בת פרעה ויקרא שמו משה *Exacto autem biennio adduxit eum mater ejus Bithiæ, filiæ Pharaonis, & vocavit nomen ejus Moſche*. Bithiæ nomen filiæ Pharaonis etiam tribuitur ab *Eliez*. in Pirk. c.48. Occurrit quidem 1. *Chron*. 4. v.18. filia cujuſdam Pharaonis בתיה

dicta,

dicta, alia tamen, procul dubio, eſt ab hac noſtra. Joſephus eam *Termuth* nuncupat: *Patricid.* p. 25. سيعون.

6. *Arabes.* Elmac. ولما انقضا زمان رضاعته ادخلته امه الى ابنه فرعون فصيرته لها ابنا وسمته موسي قايلة من الماء نشلته *Et cùm tempus ablactationis terminum attigiſſet, adduxit eum mater ejus filiæ* (leg. enim ابنة) *Pharaonis, quæ, adoptatum illum in filium, vocavit Moſen, dicens: Ex aquis extraxi eum. b. Græci.* Clem. Alexand. Stromat. ſerm. 1. p. 129. εἶτα τίθεται τῷ παιδίῳ ὄνομα ἡ βασιλὶς μωϋσῆν, ἐτύμως, διὰ τὸ ἐξ ὕδατος ἀνελέσθαι αὐτό. *Poſtea imponit Regina puerulo nomen Moſis, Etymologicè, quia ex aquis extraxit eum.* III. Ipſæ partes componentes compoſito reſpondent. Μω enim & ουσις eſt, ex *aqua ſervatus.* Vide Oedip. *Kirch.* T. 1. p. 122. ubi integer verſus ex Pentateucho Coptico in aſſertionis hujus adducitur ſubſidium. Confer *Exercit. Anti Morin.* p. 48. Planè Kabbaliſticum eſt, quod habet R. *Eliez.* c. 32. de illis, qui nomina ante Nativitatem ſuam acceperunt, quos inter Moſen etiam refert. *Moſes unde? Quia dicitur: Non contendet Spiritus meus cum homine in æternum.* בשגם eo quòd etiam, *Gen.* 6. 3. בשגם *continet in Geometria* (Arithmetica) משה *Moſe* 345. *quia vita ejus fuit* 120. *annorum, juxta illud; Et erunt dies ejus* 120. *anni.*

B. *Prœmaturum exilium* ex ædibus paternis, ab ipſis parentibus, ut tenellum infantem ſervarent, neceſſariò ſuſceptum. *Patric.* 25. فلما ولد موسي خافت امه ان يقتل واخفته ثلاث اشهر ثم خافت على نفسها واسم

واسم ام موسى يوخابد فعملت تابوتا مـــن بردي وفي
التوراة خشب السوس وزفته من داخل ومـــن خـارج
فجعلت الصبي في التابوت وطرحته على شط النيل
في الضحضاح في مدينة يقـال لهـا ضـان مـــن عمل
مـــصـــر لتضربه امـــواج البحر ويغرق ولا تراه

Cùm natus eſſet Moſes, metuit mater, ne occideretur: cúmque eum tres menſes abſcondiſſet, ſibi timere cœpit. Erat autem nomen matris ejus Iocebed. Et fecit arcam papyraceam (eandem vocem habet *Ibn-Sina* in ſua Translatione; eſt autem *papyrus herba*) *In lege tamen dicitur, conſtructam fuiſſe ex ſubere; & pice eam oblivit intrinſecus & extrinſecus. Puerulum autem arcæ impoſitum, projecit ad Nili ripam, ubi minus profunda erat aqua in urbe Tzana, quæ* Metropolis *fuit* Νόμυ *ſive ditionis* Taniticæ (de qua Ezech. 30.) *ut alliſione fluctuum interficeretur, neque ſpectatrix mortis eſſe deberet.* Elmac. p. 46. brevior eſt; ſenſu tamen convenit.

C. *Liberatio* ex undis; facta per filiam Pharaonis; ubi 1. *occaſio*, Lotio, quam, propter morbum, Pharaonis filia, neceſſariò identidem inſtituerat. *Pirk. Eliez.* c. 48. *Filia Pharaonis, Bithia, percuſſa erat gravibus plagis, neque poterat ſe lavare in calidis aquis; ſed deſcendit, ut lavaret in fluvio.* 2. Ejuſdem, præſente Maria, *extractio & reſtitutio. Patricid.* p. 25. وجلست مريم اخت
موسى من بعيد لتنظر ما يكون من امر الصبي فهبطت
ابنة

ابنة فرعون واسمها سبعون لتستحم في النيل فسمعت بكا
الصبي في جوف التابوت وشفقت عليه وحنت واخذته
وامرت ان يطلب له داية ترضعه وتربيه فتقدمت اليها
مريم اخت موسى فقالت لها انا اطلب لك داية من بني
اسرايل ترضعه وتربيه وذهبت وجات بامها وهي
ام موسى ولم تعلم ابنة فرعون انها امه فدفعت اليها
الصبي لترضعه وتربيه *Sedit Maria, ſoror Moſis eminùs, ut ſpectaret quid de puerulo illo fieret: Acceſſit autem filia Pharaonis, cui nomen Sibboun, ut lavaret in Nilo; audit óque fletu pueruli in medio arcæ, miſerta eſt ejus, cúmque accepiſſet eum, juſſit proſpici ei de nutrice, quæ lactaret eum & educaret. Acceſſit autem ad ipſam Miriam, ſoror Moſis, quæ dixit ei: Ego faciam, nutricem habeas, ex filiabus Iſrael, quæ eum lactet, & enutriat. Properans igitur venit ad matrem ſuam, quæ & Moſis mater erat; quod tamen Pharaonis filia ignoravit, tradiditque ei puellum lactandum & educandum. Elmatinus* Scripturæ verbis tenaciùs inſiſtit. وبعد ثمانين
سنة اولد موسى النبي فاخفوه ثلاثة اشهر ولم يقدروا
ان يخفوه اكثر من ذلك واخذت امه يوخابد تابوتا
من خشب ووضعته فيه والقته في النهر وكانت اخته
مريم تنظر اليه من بعد لتعلم ما يكون من امره ونزلت

ابنة فرعون الي اليم لتغتسل فرات التابوت فوجهت
خدمها لشيله من اليم الما راته يبكي رحمته وقالت
هدا من اولاد العبرانيين فقالت اتريدين من يرضعه
قالت نعم فمضت ودعت امه فقالت لها ابنة فرعون
ارضعي هدا الغلام وانا اعطيكي اجرتك ولا تعلم انها امه

Anno 80. (vitæ ſuæ, Amram) *genuit Moſen Prophetam; & occultârunt eum trimeſtre ſpatium; & cùm diutius abſcondere eum non poſſent, accepit mater ejus Iochebed arcam ligneam, eidémque illum impoſitum projecit in fluvium. Maria autem, ſoror ejus eminus proſpiciebat, quid de ea eſſet futurum. Cúmque filia Pharaonis ad locum, lotum, deſcendiſſet, arcámque vidiſſet, miſit ancillas ſuas, ut tollerent eum ex aquis: & poſtquam vidiſſet ipſum lachrymari, miſertа ejus dixit; Hic puerulus eſt ex Hebræis: An* (inquit) *oſtendes mihi, quæ eum lactet? Imò, reſpondit. Abÿt igitur & vocavit matrem ſuam; cui dixit filia Pharaonis; Lacta hunc puerulum, & dabo tibi mercedem tuam. Illa verò neſciebat, eſſe matrem.*

3. *Effecta*. Volunt meritum eſſe hac ἐνδείξει miſericordiæ filiam Pharaonis, ut non modò à lepra ſanaretur; ſed et לידבק תחת כנפי השכינה *hæreret ſub alis Majeſtatis divinæ*, i. e. ut Paganiſmo valere juſſos judæis accederet. *Eliez.* c. 48. *Filia Pharaonis vidit puellum lachrymantem, atque extendit manum ſuam, eúmque apprehendit, & ſanata fuit, dixitque: Puer hic juſtus eſt, & conſervabo illum in vita. Quicunque autem ſervat animam unam ex Iſraële, is quaſi totum mundum conſervat, & qui perditum*

ditum unicam animam Iſraëlitarum , is veluti univerſum mundum perdit. Hinc promerita fuit filia Pharaonis adhærere alis Majeſtatis divinæ , & fuit vocata filia Dei.

C. *Educatio* in Pharaonis aula, ubi notandum I. Eum ibi vixiſſe *honoratum*. *Eliez.* c. 48. *Omnes aulici Pharaonis ipſum honorabant; hinc dicitur: Et crevit & exivit ad fratres ſuos Exod.* 2. 11. Ita *Schalſ.* p. 11. b. II. Literaturâ Ægyptiacâ fuiſſe imbutum. *Elmacinus* p. 47.

وتربي في قصر فرعون وتعلم جميع العلوم والحكم وعرف
الاخبار والتواريخ وتادب بكل ادب وحكمة المصريين

Et educatus eſt in Caſtro Pharaonis, inſtitutus in omnibus ſcientiis & diſciplinis; peritus omnium rerum geſtarum & Annalium, eruditus in omni eruditione & ſapientia Ægyptiorum. III. Omnibus in ipſa infantia Ægyptiis terribilem. *Schalſch. hakk.* p. 11. b. אומר המדרש

כי בהיותו בן ג׳ שנים על ברכי בתיה אצל פרעה וישימה על
ראשו ויתמהו כלם ופרעה פחד ובלעם יעץ להרגו והית׳ שלח
מלאך גבריאל בצורת א׳ מהחרטומים ויעץ לקחת מרגלנות
ולשימם בכלי א׳ ואש בכלי אחר ולהביא שניהם לפני הנער
והית אם הנער יקח מהמרגלית יהיה סימן שבחכמה לקת
הכתר וחייב מיתה ואם יקח אש יהית פטור וכן יד משה
ולקח אש וישיתהו על פיו ותבער קצת שפתיו ונעשה כבד פה
וכבד לשון ויצא חפשי ונתגדל בבית בתיה ופרעה
אביו עד היות לו י״ח שנים ויש אומרים כ״ט שנים

 Habe-

Habetur in Midraſch; quòd cùm ageret 3. *annos Moſes, ſuper genua Bithiæ, præſentibus Pharaone & Magis ejus, abſtulerit de capite Pharaonis coronam, eandémque capiti ſuo impoſuerit ; quam rem omnes mirabantur. Cúmque Pharao pavore eſſet percuſſus, author ipſi fuit Bileam, ut eum occideret. Miſit autem Deus benedictus Angelum Gabrielem, figura unius ex Magorum numero, qui conſilium ſuggeſſit , ut acciperet margaritam, eámque imponeret vaſi uni, & ignem vaſi alteri, utrumque autem puero apponeretur ; Si puer acciperet margaritam, ſignum eſſe, quòd coronam prudens abſtuliſſet, adeóque dignus eſſet morte: ſi autem ignem, liberari. Secuti ſunt hoc conſilium. Angelus autem ſpectator , qui non videbatur, manum Moſis ſuſtentavit, ignéque accepto & ori ingeſto, partem labiorum ambuſſit, factúſque eſt & gravis ore, & impeditus linguâ ; ipſe verò, indemnitatem conſecutus, crevit authoritate in domo Bithiæ, Pharao autem pater ejus fuit ad annum ætatis* 18. *vel, ut alij dicunt* 29. IV. *Specimina* in Ægypto dedit *futuri regiminis* ex inſtinctu ſpiritus Sancti. *Majm.* More Hanev. lib. 2. c. 45. المرتبة الاولي النبوة ان تصحب الشخص معونة الاهية تحركه وتنشطه لعمل اوصلاح عظيم دي قدر مثل تخلص جماعة فضل من جماعة اشرار او تخليص فاضل كبير او افاضة خير على قوم كثيرين ويجد من نفسه لدلك محرك وداعي للعمل وهده تسمي רוח ה׳ והשם והشخص الدي تصحبه هده الحالة يقال

يـــقـــال هـــنـــا الـــا צלחה עליו רוח יהוה
Primus gradus Prophetiæ eſt, cùm quis auxilio divino inſtructus movetur, & excitatus redditur ad opus aut facinus aliquod inſigne, cum virtute conjunctum, ut eſt liberatio Eccleſiæ, à multis malis; aut liberatio præclari alicujus viri, aut effuſio beneficij in multos; cúmque reperit ſe moveri & vocari ad illud opus; Tàlis (motus) *dicitur ſpiritus ſanctus; De homine verò, qui eo eſt ornatus, dicitur; Irruit in ipſum ſpiritus Domini. Hac virtute* (pergit Majmonides) *quoque præditus fuit Moſes inde ab eo tempore, quo virilem ætatem aſſecutus eſt. Ideoque illius vi impulſus fuit, ut Ægyptium interficeret, & duorum illorum litigantium alterum, injuſtam cauſam habentem, reprimeret. Hæc virtus adeò fortis & robuſta fuit in ipſo, ut eo quoque tempore, cùm timeret, & fuga ſibi conſuleret, atque ut peregrinus & exul in terra Midian habitaret, tamen iniquitatem aliquam committi videns, ab ea vindicanda, & amovenda temperare ſibi non potuerit, eámque ferre nequiverit, ſicut dicitur; Tum ſurrexit Moſes, & ſervavit eos*; Exod. 2.17. De litigantibus iſtis incerta ſunt Hebræorum judicia. *Pirke Eliez.* c. 48. *Exiverat Moſes ad caſtra Iſraëlitarum, & vidit Ægyptium percutere quendam ex filijs Kahati, qui erat ex fratribus ejus ex tribu Lexi, juxta illud*: Et vidit virum Ægyptium percutientem quendam Hebræum ex fratribus ſuis. *Cœpit illum execrari, & ſuſtulit gladium labiorum* ſuorum, & trucidavit eum, atque occultavit in caſtris Iſraëlitarum, ſicut dicitur: Et abſcondidit eum in arena. Non in arena, *ſed Iſraële*: Hinc illud: Et numerus Iſraëlitarum veluti arena maris. *Egreſſus eſt die ſecundo, & vidit duos Hebræos rixantes, qui erant*

Dathan & Abiram, juxta illud: Et dixit violento, quare tu percutis proximum tuum? *Reſpondit illi Dathan*: Tu conaris me interimere gladio oris tui, ſicuti interfeciſti Ægyptium: *ſicuti dicitur*: Quis conſtituit te principem, & judicem ſuper nos? *Num, ut me interficias, hoc dixiſti, ſicuti trucidâſti Ægyptium. Schalſch.* p. 11. b.

ואז יצא אל אחיו וירא איש מצרי מכה איש עברי שהיה דתן ויברח העברי המוכה אל משה ויאמר לו המצרי הזה נכנס בביתי באמש ויאסרני ובא על אשתי בפני ועתה מבקש להרגני ויך משה את המצרי בשם המפורש ויטמנהו בתוך בני ישראל הנמשלים לחול וילך העברי לביתו לגרש אשתו שנטמאה ותברח האשה ויגד הדבר לאבירם אחי אישה ויהי בבקר שב משה שנית למחנה העבריה ומצא דתן ואבירם נצים על דעת זה הגט ויצעק אליהם והשיבו לו הלהרגני אתה אומר וכו׳ והודיעו אל המלך רציחת המצרי והושם בבית האסור ים ונפסק דינו להתיז ראשו ובשעת השחיטה נעשה צוארו כמו שיש ונהפך החרב על צואר הקוסטנר וימת

Poſtea (exactis videlicet ætatis annis 18. vel 29.) *egreſſus ad fratres vidit virum Ægyptium percutientem Hebræum, qui Dathan erat: fugit autem Hebræus percuſſus ad Moſen, eique dixit; Ægyptius iſte heri domum meam ingreſſus, me vinxit, poſteâque, me inſpectante, uxorem meam vitiavit. Iam autem ad necem me quærit. Interfecit igitur Moſes Ægyptium, nomine explicito,* (Tetragrammato) *eundémque abſcondit inter Iſraëlitas, qui ſimiles ſunt arenæ. Hebræus autem domum abÿt, ut uxorem ſuam repudiaret contaminatam: Illa verò*

verò aufugit, rémque notam fecit Abiram fratri ſuo: Secundò igitur, poſtridie, exiĳt Moſes in caſtra Hebraica, reperitque Dathan & Abiram contendentes de libello repudiĳ: inclamavit igitur illis: Hi verò reſponderunt: An etiam me interficere conaris? &c. Regi igitur cædem Ægyptiĳ indicârunt: Unde in carcerem (Moſes) *conjectus eſt; ſententia autem de eo lata, ut decollaretur; ſed tempore ſubeundi ſupplicĳ caput ejus inſtar eboris induruit; gladius verò verſus in collum carnificis.* Petitum eſt hoc commentum ex *Schem. Rabba* S. 1. & 5. Simile quid de Jacobo ineptiunt: vide *Pirke Eliez.* c. 37. Reliqui ſcriptores Orientales plerique Scripturæ ſimplicitatem ſecuti, nomina contendentium non exprimunt.

Elmac. p. 47. فلما كبر وخرج الي اخوته فنظر مصريا
يضرب عبرانيا فالتفت يمنة ويسرة فلم يري احـــدا
فقتل المصري ودفنه في الرمل وخرج من الغد فوجد
عبرانيين يختصمـــان فقال للظالم لـــم تضرب قريبك
فقال له اتريد تقتلني كمـــا قتلت المصري بالامس
فخـــاف فسمع فرعون واراد قتله فهرب مـــوســـي

Cùmque adoleviſſet, prodĳt ad fratres ſuos, viditque Ægyptium percutientem Hebræum. Reſpexit igitur dextrorſum & ſiniſtrorſum, nec quemquam vidit. Interfecit ergo Ægyptium, eúmque in arena ſepelivit. Poſtridie iterum egreſſus invenit Hebræos contendentes; dixit itaque injuriam inferenti: Cur

Cur percutis propinquum tuum? cui ille. Num & me occides, quemadmodum occidiſti heri Ægyptium. Metuit igitur, & quia res geſta Pharaoni innotuit, fugâ ſe ſubduxit. Idem fere habet *Patric.* p.25.

D. Fuga, ubi 1. *Locus.* Elmac. سكن ارض مدين *Habitavit in terra Midian.* Patric. p.26. هرب الي ارض الحجاز وسكن في مدينة مدين *Fugit in terram Higbiaz, habitavitque in urbe Midian.* In Schalſch. hakk. p.11. b. dicitur fugiſſe, אל מלך כוש *ad Regem Æthiopicæ.* 2. *Conditio.* Tribuitur autem ei a. *axioma conſiliarij & Regis.* b. *Captivi.* c. A Zippora *in carcere ſuſtentatur.* d *Baculo* θαυματέργῳ *donatur*, *quæ* continua ſeric hoc modo à *R. Gedalia* recenſentur, p.11. & 12. ומשה
ברח וילך לו אל מלך כוש אשר היה נגרש חוץ מעירו לזאת
הסיבה היינו כי להיות קורקונוס מלך כוש יוצא מעירו כדי
ללכת להלחם נגד ארם ובני קדם הניח בלעם ושני בניו
לשמירת העיר וזה כי בהתגדל משה בבית פרעה ואז היה שם
בלעם א׳ מחרטומיו ויוגד לבלעם כי משה שונא לו ומבקש
רעתו ואז בחר לברוח מלפניו וילך לו עם ב׳ בניו לכוש ובהיות
בלעם ובניו תוך עיר כוש ויועץ בלעם לכרוד במלך וישמעו
אליו המון העם והוא הגביה חומות העיר והחזיקה ועם כשופים
החזיק עצמו בה ובשוב המלך לא רצו שיכנס ואפי׳ שנלחמו
הרבה יחד לעולם היה יד המלך על התחתונה ויהי כי הגיע
אליו משה ומצא חן בעיניו נתיעץ משה להיות בעוזריו נגד
בלעם ובסוף ט׳ חדשים חלה המלך וימת ויקומו שרי צבאותיו
וימליכו משה עלהם ונדרו לו לאשה אלמנת המלך ולהיות
בלעם

בלעם מעמיד בכשופיו נחשים ושרפים סביב העיר למשמרת
לקח משה בני החסידה ועם התחבולות ועא׳ הבריח הנחשים
ומשה וצבאותיו נכנסו בעיר ובלעם ובניו ברחו והלכו להם ויקם
העם וימליכו את משה והשיאו לו אלמנת המלך וימלוך עליהם
ארבעים שנה אחרי הימים נתרעמה האלמנה עם השרים נגד
משה באמרה שלעולם משה לא נגע בה ולא דבר לא מאומה
ושאלה מהם שימלכו עליהם בן המלך אשר מת הנקרא מונחם
ולא איש זר כזה וכן עשו ויתנו מתנות למשה וישלחוהו בכבוד
ומשה בן סב׳ שנים בצאתו משם וילך לו אל רעואל ויספר לו
כל המאורעות לו ויחשוב יתרו שמשה ברח ממלך כוש כמו
שעשה מפרעה וישימהו בבית האסורים ושם עמד עשרה
שנים ויתרו שכח ממנו אמנם הית׳ הש׳׳י בלב צפורה וכלכלה
אותו לעולם אחר זה הזכירה לאביה לראות את משה האסור
ויתמה יתרו ויאמר איך אפשר שעדין הוא חי ותאמר לו
הלא ידעת כי אלהי העברים הציל אברהם מאור כשדים
ויצחק מהעקידה ויעקב מהמלאך וזה משה מן היאור ומחרב
פרעה כן נתן לו חיים ויצילהו מן האסורים האלה וישלח בעדו
וישתהו משה לפני יתרו וילך משה אל הגן לתת הודאה לאלהיו
וירא שם מטה ספיר נטוע בגן והכיר שם המפורש חקוק עליו
ויתלשהו ויהי למטה בכפו כי זה המטה בראו הית׳ בששת ימי
בראשית ויהי ביד אדם ואחר כך ביד נח ואברהם יצחק יעקב
ויוסף מלך מצרים ולבסוף ביד פרעה ואחר כך ביד רעואל
ראש החרטומים ובהיותו יועץ המלך לתועלת היהודים נגד
כונת בלעם היועץ השני קצף המלך נגד יתרו ולכן ברח יתרו
לעירו והביא המט׳ לביתו ויטעהו בגן ביתו והית׳ השים בו כח
שלא יוכל שום איש לנתשו משם עד ביאת משה איש האלהים

Fugiens autem Moſes, ad Regem Æthiopiæ proficiſcitur, qui urbe ſua hac occaſione erat ejectus. Kurkunus, Rex AEthiopiæ, cùm urbe ſua ad oppugnandos Syros & filios Orientis, exiret, reliquit Bileamum, cum duobus filijs, ut urbem cuſtodirent. Nam poſtquam Moſes eveheretur in aula Pharaonis, erat tum Bileamus unus è Magis ejus, indicatúmque illi fuit, quòd Moſes ipſum odiſſet, & mala intentaret. Maluit igitur fugâ ſibi conſulere; abijtque cum duobus filijs ſuis Kuſcham; Cùm autem Bileam cum filijs ſuis ibi hæreret, autbor fuit rebellionis contra Regem; quam plebs probavit. Muris itaque urbis elevatis, & urbe magia ſua, quâ & ipſe ſe roboravit, munita, noluerunt Regi reduci ingreſſum concedere. Et quanquam continuis agerent prælijs, ſemper tamen Rex inferior deceſſit. Cùm autem Moſes *acceſſiſſet, gratiámque in ejus oculis reperiſſet, in conſiliarium adoptatus fuit Moſes, ut ſe contra Bileamum juvaret. Elapſis interea novem menſibus, ægrotavit Rex, & mortuus eſt. Surgentes igitur Duces exercitus regem conſtituerunt ſuum* Moſen, *ſimúlque ei viduam defuncti Regis deſtinârunt conjugem. Cúmque* Magiâ *ſuâ Bileamus effeciſſet, ut circa urbem ubique, defenſionis ergo, eſſent ſerpentes & Preſteres,* Moſes *aſſumtis pullis ciconiarum, & viris ſolertibus, rebúſque alijs, ſerpentes fugavit, poſteáque cum exercitu ſuo urbem fuit ingreſſus. Bileam verò filijque aufugientes abiverunt. Surgens ergo populus,* Moſi *& regnum & viduam defuncti Regis locârunt; quibus etiam præfuit* 40. *annos. Poſtea verò vidua exacerbata fuit cum Principibus, contra* Moſen, *quod eam nunquam attigiſſet, neque ullum cum ea verbum locuta fuiſſet. Petijt igitur ab illis, ut ſubſtituerent filium Regis defuncti,*

cui

cui nomen Monchem, non autem hominem extraneum, qualis hic eſſet. Et paruerunt ei, muneribúſque Moſen affectum honorificè dimiſerunt. Habebat autem, Moſes, cùm exiret, annos 62. abÿtque ad Reguel, cui omnia, quæ evenerant ſibi, recenſuit. Iethro autem exiſtimans, Moſen eadem de cauſa, qua antea à Pharaone, à Cuſchiæ Rege ſe fugâ ſubduxiſſe, in vincula eum conjecit, ubi per decennium integrum erat detentus; Iethro enim illius erat oblitus. Sed Deus benedictus indidit cordi Zipporæ, ut eam ſuſtentaret: poſtea mentionem ejus injecit apud patrem, monens ut Moſen vinctum videret. Ille verò miratus dixit, qui fieri poteſt, ut adhuc vivat? Cui illa: neſcis tu, Deum Hebræorum eripuiſſe Abraham ex Ur Chaldæorum; Iſaacum à ligatione, Jacobum ab Angelo, & hunc Moſen à flumine & gladio Pharaonis? Ita & jam vitam ei dedit, eúmque ex carceris periculo liberavit. Accerſivit igitur eum, qui poſtquam veniens procidendo ei honorem detuliſſet, in hortum abÿt, ut Deo gratias ageret. Vidit autem ibi virgam ſapphirinam, plantatam in horto, & agnovit illi inſculptum nomen explicatum, & evulſit eam, fuitque ei in ſcipionem, quem manu ſua tenuit. Creavit autem Deus benedictus hunc baculum intra ſex dies Creationis. Fuitque primò in manu Adami; poſtea Noachi, Abrahami, Iſaaci, Iacobi, Joſephi, Regis Ægypti: Deinceps in manu Pharaonis, tandémque Reguelis, Principis Magorum, cúmque eſſet conſiliarius Regis, magno judæorum bono, contra intentionem Bileami, conſiliarÿ ſecundi, ſuccenſuit Rex Iethroni: Propterea fugit Iethro in urbem ſuam, baculúmque domum ſuam allatum plantavit in horto ſuo domeſtico: Deus autem benedictus indidit ei virtutem, ne quis eum poſſet evellere inde, uſque ad Moſis, viri Dei, adventum: Alia de hac

virga occurrunt in Pirk. *Eliez.* c. 40. Hoc poſtea baculo volunt Moſen omnia miracula patrâſſe. Vide *Bartenor.* in Avoth c. 4 Not. *Vorſt.* in Pirk. Eliez. p. 232.

E. Conjugium ubi 1. Socer, cujus occurrit; a. Nomen. Ab Hebræis vocatur Iethro, Reguel, Hobab, Cinæus. Ab Arabibus شعيب *Schoaib.* Patricid. p. 26. ويثرو والعرب تسميه شعيب *Iethro, quem Arabes appellant Schoaib.* Elmac. p. 47. العرب يسمونه شعيبا *Arabes eum* (Iethronem) *appellant Schoaib.* Rationem Etymologiæ habet *Hiſtor. Orient.* p. 53. b. *Origo.* Fuit Iſmaëlita. *Patric.* p. c. وهو من نسل اسماعيل ابن ابراهيم *Ipſe erat ex ſemine Iſmaëlis, filij Abrahami.* c. *Officium.* Appellatur כהן Exod. c. 3. quod *ſacerdotem* plerique; alij *Principem* vertunt. Utrum θεολάτρης fuerit, an εἰδωλολάτρης, Orientales diſceptant. Prius volunt Iudæi. Poſterius Arabes Muhammedani. Vide *Analect.* noſtra p. 212. *Hiſt. Orient.* p. 54. quibus adde judiciũ *Georg. Nub.* p. 110. vers. Sionit. *Tabuc, urbs, ſita eſt inter Hagiar & initium Damaſci, habétque intra ſe arcem pulcherrimam; & ſcatebra aquæ potum civibus ſuppeditat; ſuntque in ea permultæ palmæ. Dicuntur autem incolæ Aichæ, ad quos Deus deſtinavit Schoaib, fuiſſe tunc in ipſa. Cæterum Schoaib erat ex Midian.* Cum judæis facere videntur Arabes Chriſtiani. *Patric.* p. 26. وكان كاهن في هيكل مدينة مدين *Et fuit ſacerdos in fano urbis Midian.* d. *Poſteritas.* Ex judæorum mente, poſteri ejus ſunt Recabitæ. *Schalſch.*

hakk.

*hakk.*p.13.b. *In Midraſch habetur:* במדרש יונדב בן רכב ומשפחת הרכבים וכן הקני כלם היו מבני בניו של יתרו

Ionadab, filius Rechabi, & familia Rechabitarum; ita Kenæi omnes, ſunt ex nepotibus Iethronis. 11. Conjunx; quæ Zippora nuncupatur. *Schalſch.* p.12.a. וכראות יתרו המטה בכפו תמה מאד ואז נתן לו צפורה בתו לאשה

Cúmque vidiſſet Iethro baculum illum (de quo ſupra) *in manu ejus, miratus eſt valde; & dedit ei Zipporam, filiam in uxorem.* Mirandum, Iudæos, Scripturæ aliâs fideliſſimos cuſtodes, adeò licenter abire ab ijs, quæ ſacræ Literæ tradunt, ut genio ſuo indulgeant! *Patricid.* وتزوج هناك بامراة يقال لها صفورة ابنة يترو

Et deſponſavit ibi ſibi uxorem, cui nomen Zippora, filiam Iethronis. Elmac. وسكن ارض مدين وكان عمره حينئذ اربعون سنة وتزوج صفورا بنة كاهن مدين

Habitavit in terra Midian, cùm ageret annum 40. & deſponſavit ſibi Zipporam, filiam Sacerdotis Midian. 111. Vitæ genus in terra Midian, paſtoritium fuit. *Pirke Eliez.* c. 40. *Paſcebat autem Moſes gregem Iethronis 40. annis. Schalſch: hakk.* ex Midraſch p.12.a: והיה רועה צאן יתרו והמטה בכפו והבהמות פרים ורבים הרבה מאד

Fuit autem paſtor ovium Iethronis, habebátque baculum in manu ſua; & beſtiæ admodum multiplicabantur.

De tempore hujus functionis inter authores Heb. non convenit. In *Tanchuma* fol. 25. *Fuit Moſes in palatio Pharaonis viginti annis. Alij dicunt* 40. *annis in Midian*, 40. *in deſerto. Quidam ajunt* 20. *annis in domo Pharaonis*, 60. *in Midian*: quam poſteriorem ſententiam præferendam docti cenſent, ut videlicet uſque ad 20. ætatis annum egerit in aula Pharaonis. IV. Filij Gerſon, & Eliazar. De priori referunt a. Noluiſſe Iethronem, ut circumcidatur. *Schalſ.* p. 12. a. לא מל בנו הראשון כי לא יתרו *Non circumcidit filium ſuum primogenitum; quia id Iethro noluit*. b. Sacerdotem Michæ, Gerſonis fuiſſe filium. *Schalſch.* p. 13. a. במדרש שיר השירים אומר שה:ער שכהן בבית מיכה היה בן גרשון בנו של מרעה והאריך ימים עד שדוד המלך הביאו לשוב בתשובה ואחרי מות דוד שב לסורו עד שהוא היה הנביא שאמר גם אני נביא כמוך ואמרו חז״ל ששבואל שמו ונקרא כן לפי שלבסוף שב בתשובה ונמצא בגמרא ב׳ דרשות על שמו *In Midraſch cantici canticorum habetur, quòd adoleſcens, qui ſacerdotio functus eſt in domo Michæ, fuerit filius Gerſchon, nepos Moſis, p. m. & qui vitam extenderit ad tempus Davidis Regis, qui ad pœnitentiam ipſum revocavit. Poſt mortem Davidis redijt ad genium; uſque dum tandem Propheta evaſerit, adeóque dixerit: Ego Propheta ſum, ſicut tu. Dicunt autem Magiſtri p. m. nomen ejus fuiſſe Schabuel, ſic nuncupatum, quòd tandem converſus fuerit. Reperiuntur autem in Gemara, ejus nomine, duæ explicationes Allegoricæ.*

E. *Vocatio*; de qua *Patric.* p. 26. فبينما موسي يرعي غنم

غنم حموه يثرو ان نظر الي الجبل في شجرة عليق تلتهب
نارا في نصف النهار والشجرة لا تحترق فذهب لينظر
فناداه الله من شجرة العليق يا موسي لا تخاف اني
انا الله اذهب الي فرعون فقل له يخلي عن بني
اسرايل ليعبدوني *Interea dum paſceret oves ſoceri ſui Iethro, ecce ad montem oculos intendit, vidétque in rubo ardentem ignem, ipſa meridie; rubus tamen non comburebatur. Cúmque abiret, ut conſpiceret illum, vocavit eum Deus ex rubo; Moſe! ne timeas, ego ſum Deus. Abi ad Pharaonem, eique dic, ut dimittat filios Iſraelis, qui mihi ſerviant.* Idem habet *Elmacinus* p. 47.

F. *Legatio* ad Pharaonem ſuſcepta, ubi I. *Ætas*. Patric. p. 26. فكان لموسي وقت كلمه الله ثمانون سنة ولهارون ثلاثة وثمانون سنة ولمريم اختها سبعة وثمانون سنة *Habuit autem, cùm loqueretur Moſi Deus, annos* 80. *Aharon* 83. *Maria ſoror* 87. II. *Socius* ſive Comes, Aharon, de quo; a. Quòd fuerit Moſis Interpres: *Elmac.* 47. b. Iſraelitarum in Ægypto Propheta. *Schalſch. hakk.* p. 13. b. במדרש אהרן נתנבא לישראל במצרים שמנים שנה *In Midraſch legimus, Aharonem vaticinatum fuiſſe Iſraëlitis in Ægypto* 80. *annos*. Mortem ejus quidam referunt ad diem primum menſis Abh; *Schalſch.* 14. a. *Elmac.* p. 51. وكان هارون شريكا لموسي

لموسي في جميع الاعمال وتوفي هرون سنة اربعين من
خروجهم من مصر ومدة حياته مائة وثلاثة وعشرون
سنة *Eratque Aharon Socius Moſis, in omnibus quæ fecerat; & mortuus eſt Aharon anno 40. exitus ex Ægypto. Curſus autem vitæ ejus abſolvebatur 123. annis.*

III. *Inſtructio.* Elmac. p. 47. هلم ارسلك الي فرعون
فتقول ابني اسرايل انني ارسلتك لتخلصهم فقال
موسي فان قالوا لي ما اسمه قال قل لهم اهيا اشر اهيا
التي تاويله الازلي الذي لم يزل واراه العصي التي
بيده ثعبانا ثم اعادها عصي وجعل يده بيضا ثم
اعادها كما كانت وقال لهم ان لم يامنوا بالاية
الاولي امنوا بالثانية فقال اني ارث المنطق فقال
له خذ هرون اخوك ليكون لك مترجما

Euge, ego mittam te ad Pharaonem, tu autem dices filijs Iſrael: Ego miſi te, ut liberes eos. Dixit Moſes; *quid ſi quæſiverint ex me, quod nomen eſt ejus* (mittentis?) *Reſpondit; Dicito illis;* Ehje aſcher ehje i.e. *æternus, qui non interit. Et oſtendit ei baculum, quem manu tenebat, in ſerpentem mutatum, poſteáque reſtitutum. Deinde manum, quæ modò candebat, reſtituebat. Dixitque, ſi non crediderint primo ſigno, credent ſecundo. Dixit* Moſes: *Ego ſum impedita lingua: cui Deus; Adjunge Aharonem fratrem*

fratrem tuum, ut faciat officium Interpretis. IV. Illuſtris ad Pharaonem *ingreſſus. Schalſch. hakk.* p. 13. במדרש
כשנכנסו משה ואהרן לפני פרעה נדמו למלאכי השרת כי
נתגדלה קומתם וזיו פניהם כחמה ועיניהם כגלגלי חמה וזקנם
כאשכולות ודבריהם כשלהבת באופן שנפל פחדם על כל רואיה
Midraſch habet; Quòd cùm Moſes & Aharon ingrederentur in conſpectum Pharaonis, ſimiles facti ſunt Angelis Miniſterij. Nam & ſtatura eorum magna evaſit, & ſplendor vultus eorum fuit inſtar ſolis, oculi eorum inſtar ſphæræ ſolaris, barba ſimilis botris, verba eorum inſtar flammæ, adeò ut omnes ſpectatores tremor invaderet. v. *Propoſitio.* Elmac. p. cit. ومضي موسي وهرون الي
فرعون وقالا لـــه اله العبرانيين ظهر لنا وارسلنا اليك
لترسل بني اسرايل يعبدوا الله الههم في البرية وابـــا
فرعون ان يرسل الشعب *Abijt autem Moſes & Aharon ad Pharaonem, eique dixerunt: Hebræorum Deus apparuit nobis, & ad te nos miſit, ut dimittas filios Iſraëlis, qui ſerviant Deo, Deo ſuo, in deſerto. Sed noluit Pharao populum dimittere.* VI. *Reſponſio* Regis. Non tenuit modò; ſed & duriùs eos tractavit. *Eliez.* cap. 48. *R. Aquiba inquit: Spiculatores Pharaonis ſtrangulabant Iſraelitas ad parietes domus inter fornacem laterum. Idcirco vociferati ſunt inter parietes, & S. B. exaudivit gemitum illorum, ſicut dicitur: Exaudivit Deus gemitū illorum, & recordatus fuit fœderis ſui. Præterea ſuſtulérunt filios illorum in fornace ignita, hinc illud: vos ſumpſit Dominus, & eduxit vos è fornace ferri,* Deut. 4. 20.

Sed menſuravit illis Deus Bened. eadem menſura, atque necavit primogenitos illorum. R. Ioſe ait: Ægyptij polluerant Iſraëlitas, eorúmque uxores. Simplicius ad Scripturæ mentem *Elmac.* p.48. يطالبهم بعمل اللبن واشتد عليهم العمل, *Opere latericio illos occupavit, quo etiam duriter habiti ſunt.* VII. Vocationis *confirmatio*, miraculis facta. Ea ordine recenſet *Elmac.* p.48.

الاولي اية العصا ثعبانا وعمل السحرة مثلها الثانية حول الماء دما الثالثة اية الضفادع الرابعة نقمة القمل الخمسة هلاك مواشي المصريين مع سلامة مواشي العبرانيين والسادسة نقمة القروح في السحرة ايضا السابعة نقمة البرد المشتعل بالنار الثامنة الجراد التاسعة الظلمة في مساكن خاصة ثلاثة ايام

Primum *ſignum erat baculus converſus in ſerpentem: quod & Magi imitati ſunt.* Secundum *mutatio aquæ in ſanguinem.* Tertium *ſignum ranæ.* Quartum, *plaga pediculorum.* Quintum *peſtis beſtiarum Ægyptiacarum, ſalvis beſtijs Hebræorum.* Sextum, *plaga ulcerum, quæ in Magis etiam apparebant.* Septimum *plaga grandinis ardentis igni.* Octavum *locuſtæ.* Nonum *tenebræ in ædibus proprijs per triduum.*

G. Magorum ἀντιπερίστασις. De nominibus illorum ipſe nos docet *Apoſtolus* 2. Tim. 3. 8. ex judæorum, dubio procul, traditione. *Schalſch.* p.13.a. זוהר פרשת בלק אומר שנמצא בחרטומים ב׳ חכמים אחרים ושמם יונס ויומברים ובלעו׃

ובלעו יואני ואמברוסיאו ושני אלו החכמים עשו את העגל
בחכמתם ונהרגו במצות משה ולזה רומז הפסוק באמרו
כשלשת אלפי איש לפי שהיו שקולים בחכמה אל ג׳ אלפים
אמנם אמרו חז״ל שהיו נקראים יונוס ויומברוס וכן ראיתי בקרוניקי

In Zohar, Paraſch. בלק *habetur; quòd inter Magos ejus reperti fuerint duo ſapientes alÿ, quorum nomina Ianes & Iambres, vernaculè, Iohannes & Ambroſius: qui duo ſapientiâ ſuâ fecerunt vitulum, propterea juſſu Moſis occiſi ſunt. Huc reſpicit Scriptura, cùm dicit: Quaſi ter mille &c. Sapientiâ enim æquipollebant tribus millibus. Verùm dicunt noſtri ſapientes, nomina eorum fuiſſe Iunes & Iumbrus. Idem reperi in Chronicis.* De his Magis plura, Σὺν Θεῷ, Lib. 11. hujus tractatus. Specimen præſtigiarum recenſet. *R. Eliez.* in Capit. 48. *Poſtquam venerunt Moſes & Aharon ad Pharaonem, dixerunt illi: Sic ait Dominus Deus Iſraëlis; Dimitte populum meum, ut ſerviat mihi. Reſpondit Pharao: Quis eſt Dominus, ut auſcultem voci ejus, & dimittam Iſraëlem? Non cognovi Dominum, neque Iſraëlem dimittam. Illico projecit Aharon virgam ſuam, atque facta eſt ſerpens ignitus. Advocavit ſtatim Pharao magos, qui etiam adjecerunt virgas ſuas, & facti ſunt igniti ſerpentes; ſed accurrit ſcipio Pharaonis, & deglutivit virgas, juxta illud: Et deglutivit virgas Aharonis virgas illorum. Immiſit manum ſuam in ſinum, atque eduxit eam leproſam inſtar nivis; ſic quoque magi. Omnes plagas, quas immiſit Sanctus Bened. Ægyptÿs, ipſi quoque patrârunt, donec immitteret illis Sanctus Bened. ulcera, quæ non potuerunt efficere, ſicuti narratur: Et non potuerunt magi conſiſtere coram Moſe propter ulcera.*

 H. *Exi-*

H. *Exitus* ex Ægypto, ubi I. *Tempus* ſervitutis Ægyptiacæ de qua ſeptem, pluréſve circumferuntur ſententiæ. Prima ſtatuit, Iſraelitas 500. vel 501. afflictos fuiſſe. Nam *Exodi* XII.40. numerantur 430. anni: his ſi addas 70. vel 71. Ioſephi, quibus vixit poſt deſcenſum in Ægyptum, erunt 500. anni. II. Supputat 470. vel 471. annos afflictionis. Servierunt enim 400. annis, quibus ſi jungantur 71. Joſephi poſt deſcenſum Iacobi in Ægyptum, conſient 471. anni. Atque hæc videtur niti loco *Genes.* XV. 15. coll. cum *Iud.* v. v. 9. III. Exiſtimat Iſraëlitas 430. annis egiſſe in Ægypto, juxta numerum *Exod.* XII. 15. *Iud.* v. 9. v. Eſt Epiphanii in Ancyrato, numerantis 200. annos ſervitutis. VI. Fernè omnium Hebræorum 210. annos ponentium. Cauſa diverſitatis pendet ab exordio ſupputationis, unde nempe initium illius fieri debeat. Ultima paucioribus difficultatibus obnoxia cenſetur. Arabes Chriſtiani commorationis Ægyptiacæ annos ponunt 217. *Patric.* p. 26. وكان عدد بني اسرايل في وقت دخولهم الي مصر سبعين نفسا وسكنوا بمصر مايتين وسبعة عشر سنة تستعبدهم الفراعنة فرعون بعد فرعون فان قال قايل ان في التوراة مكتوب ان بني ابراهيم يستعبدون اربعماية سنة وفي نسخة اخري بني اسرايل فكيف يقول انما استعبدوا مايتين وسبعة عشر سنة قلنا له انك لم تعلم من اي وقت ينبغي ان تحسب حتي اربعماية سنة اعلم انه

انه مكتوب في السفر الاول من التوراة ان الله جل ثناوه قال لابرهيم انظر الي السماء ومن ذلك الوقت الذي قال الله لابراهيم ان ذريتك يستعبدون اربعماية سنة يحسب الي وقت خروج بني اسرايل من مصر فافهم ذلك: *Numerus autem filiorum Iſraelis, cùm ingrederentur Ægyptum, erat 70. qui habitârunt in Ægypto 217. annos, & ſervituti eas ſubjecerunt Pharaones, alius poſt alium. Quòd ſi verò quis dixerit: Scriptum eſt in Lege; Filios Abrahami (in alio exemplari habetur; filios Iſraëlis) ſervitnros annos quadringentos: quomodo ergo dicitur; eos ſervĳſſe annos 217? Reſpondemus. Neſcis, unde oporteat facere initium ſupputationis, ut conficiantur 400. anni? Obſerva igitur, ſcriptum eſſe lib. Geneſ. cap. 15. Deum, cujus excelſa eſt laus, dixiſſe Abrahamo: Intuere cœlum, & numera ſtellas ſi potes &c. Ab hoc ergo tempore, quo dixit Deus Abrahamo: Semen tuum ſerviet 400. annos, numerabitur ad tempus egreſſus filiorum Iſraelis ex Ægypto. Atque hoc diligenter attende.* Vide *Theſaur. Philol.* p. 148. Hoc ſuppputandi principium plerique etiam probant Hebræi. *Zem. Dav.* P. 1. *Supputamus autem* 430. *annos ab anno* 70. (quo viſio illa facta fuit: vide ſup. p. 298.) *Abraham, quorum* 30. *ſunt uſque ad nativitatem Iſaaci, & ab illo ſunt* 400. *anni, uſque ad exitum ex Ægypto. Atque omne hoc factum eſt anno* 2448. *& hoc ex communi ſententia Seder Olam Rabba, c.* 3. *Mechiltha, Rabba, El Pharao, Schemoth Rabba, & Tanchuma Schemoth. At verò*

 author

author מאור עינים c.35. *adfert opinionem Interpretum poſteriorum, ex quorum verbis alium calculum nobis elicit. R. Moſes, filius Nachman enim ſcribit ſect.* בא *initium* 430. *annorum eſſe à nativitate Iſaaci, anno* 100. *Abrahami, & productam fuiſſe captivitatem Ægyptiacam per annos* 30. *propter peccatum Iſraëlis. Sic quoque ſcribit Magiſter noſter R. Bechai, ſect.* בא, *nomine excelſi Magiſtri noſtri Chananielis, cujus hæc ſunt verba: Omnes iſti* 430. *anni numerandi ſunt ab ipſa hora, quâ natus eſt Iſaacus. Eodem quoque modo ſcribit Sapiens, Don Iſaac Abarbinel in commentario ſuo, ad ſect.* בין הבתרים, *& ſect.* בא, *ubi & in lib.* זבח הפסח, *Tract. Benedictus, qui ſervat fiduciam in eum: Ait autem, annos* 400. *incipere à nativitate Iſaaci, iiſque additos eſſe* 30. *annos, forſan propter peccatum Iſraëlis, ubi etiam detenti, aut in deſerto, propter iniquitatem exploratorum. Sic quoque R. Iſaac Karo, in lib. ſuo Toledoth Iſaac adfert verba Ramban, prout ipſe loquitur. Itaque juxta verba quinque Excellentium orbis, quos recenſuimus, omnes illi conſentiunt,* 430. *annos ſupputandos eſſe à nativitate Iſaaci ab anno* 48. *millenarij tertij, ut fuerit exitus ex Ægypto juxta ipſorum verba annis* 30. *poſt computum* 448. *hoc eſt, anno* 478. II. *Dimiſſio* Pharaonis: de qua Elmac. 48. & Patric. p. 27. Hiſtoriam breviter enarrant, & à contextu ſacro, quo ad ſummã rerum geſtarum, nihil recedunt. III. *Numerus* eorum qui Ægypto ſunt egreſſi. *Schalſch.* p. 13. b. במדרש שיר השירים אומר בשיצאו

כשיצאו ישראל היו ששים רבוא מבן עשרים שנה ומעלה ומשם ולמטה היו שמנים אלף ותמה אני ממספר מועט כזה לכן אמרתי טעות סופר הוא וכבר הרחבתי הדיבור בהקדמת חבורי הנקרא ספר עין המנין והוכחתי שם עם קצת אסמכתות שהיו יותר מסך תתקצו אלפים ותתעו רבוא וכבר ראיתי מהשאמרו חז״ל כבב פ׳ יש נוחלים וסנהדרין פ׳ חלק שלא יצאו ממצרים אלא שנים אנשים מכל ס׳ רבוא והשאר מתו במצרים בג׳ ימים מהחשך למען לא יראו מצריים במפלתן של ישראל ויש ראייה מפסוקים ולכן ראוי להאמין שנולד זה הסך ויותר במדבר ולא נמנו בפרש׳ פנחס לפי שבאולי עדין לא היו בני כ׳ שנים וגם כי בירושת הארץ היו נגררים אחרי אבותם שיצאו ממצרים ואם כן נוכל לדון שבכניסת ישראל בארץ היו המיוחסים סך כחול הים וככבי השמים אשר לא תוכל להמנות וכן אמרו חז״ל שמדבר הר סיני נקרא מדבר פארן לפי שישראל פרו ורבו שם וכן אמרו על פסוק כי אתם המעט מכל העמים ר״ל לפי שאין אומה שלא תהיה מעורבת בה מאומות אחרות אבל ישראל המיוחסים ובלי תערובת הם יותר מכל אומה כשתהיה לבדה והפשט חידוע הוא כי כל האומות הם ע׳ וישראל הם סה משפחות ואם כן הם ה׳ פחות מכלם

In Midraſch Cantici Canticorum habetur, quòd, cùm egreſſi eſſent Iſraelitæ, fuerint 60. myriades à nato viginti annos & ſupra; inde verò & infra fuiſſe 8000. Miror autem paucitatem hujus numeri. Exiſtimo pro-

Digitized by Google

proinde eſſe ſphalma ſcribæ ; prolixior igitur fui in præfatione tractatus mei , appellati ספר עץ הכנין *, ibique rationibus nonnullis demonſtravi , majorem fuiſſe ſummam* 996000. *&* 876. *myriadibus. Obſervavi etiam, quod dicunt ſapientes noſtri , in Bava bathrà, c.* יש נוחלין *& in Sanhedrin, c.* חלק*, Duos tantùm viros fuiſſe egreſſos ex* 60. *myriadibus ; cæteros mortuos in Ægypto tridui ſpatio, propter tenebras* , eo tempore Ægypto infuſas ; *ne viderent Ægyptij caſum Iſraëlitarum. Cujus quidem aſſertionis ratio apparet in Textu. Credibile igitur eſt, hanc ſummam natam eſſe, & majorem etiam, in deſerto: non autem numerari in ſect.* פנחס *, quia fortè nondum erant aſſecuti vigeſimum annum ; & quia in poſſidenda terrà ſequebantur rationem parentum, qui Ægypto erant egreſſi. Id ſi ſit, judicare poſſumus, ſummam Patriciorum, qui terram* (Canaan) *ſunt ingreſſi , fuiſſe inſtar arenæ maris & ſtellarum cœli , quarum numerus iniri non poteſt. Unde & Rabbini dicunt ; Deſertum montis Sinai, vocari deſertum Paran, quia Iſraelitæ ita creverunt & multiplicati ſunt. Ita etiam in verſum:* Quia vos minores omnibus populis, &c. *obſervant ; quòd nulla alia reperiatur natio, quæ ex alijs gentibus commixta non ſit ; Iſraelitas autem, patricios, ſine ulla commixtione , plures eſſe gentibus omnibus ſigillatim conſideratis. Id quod clarè ſatis patet. Omnes enim gentes ſunt* 70. *Iſraelitarum autem familiæ* 65. *Quòd ſi ſic ſe habeat , quinario tantùm numero omnibus ſunt minores.* IV. Iſraëlitarum miraculoſa *liberatio*. Eliez. c. 42. fusè enarrat anguſtiam Iſraelitarum , auxilium Michaëlis Archangeli , præſentiam ipſius Dei, mare duodecim ſemitis diſtinctum , ingreſſum populi Moſis in mare , ſubmerſionem Pharaonis, quæ,

quæ, brevitatis gratia, attingere tantum voluimus. Illud R. Azai noſtro maximè convenit propoſito. *Hoc omne factum eſt cum menſura vel juſta relatione. Sicut enim Ægyptij elati vel ſuperbi erant; atque abjiciebant pueros in fluvium, ita quoque Sanctus Benedictus abjecit illos in mare: Hinc dicitur; Cantabo Domino, quia valde magnificè ſe geſſit, equum & ſeſſorem dejecit in mare.*

1. Reliquum regimen & mora in deſerto, quod prolixè deſcribitur per univerſum Tetrateuchon, nos compendium dabimus ex Scriptoribus Orientalibus, Arabicis potiſſimùm, Chriſtianis & Samaritanis. Ex illis *Patricid.* p. 28. فاقام بني اسرايل في التيه اربعين سنة وامطر الله عليهم المن والسلوى وكانوا في التيه يقاتلهم العمالقة والفلسطينيون وكانوا اذا ارادوا فلسطين منعوا منها وان ارادوا ناحية العمالقة قاتلوهم ومنعوهم وان هموا بالرجوع الي مصر خافوا من اهلها وتنبا في التيه بني قورح المخسوف به وهم اشير والقانا والبصاف وانما خسف بقورح لانه استطال على موسي وصبه وامر موسي الارض فابتلعت قورح لمضربه وكل ما كان له واحصي موسي وهارون بني اسرايل وهم في التيه ممن يحمل السلاح من ابن عشرين سنة الي فوق ما خلا سبط لاوي وكانوا ستمايه الف وثلاثة الف وخمسماية وخمسين نفسا واحصي بني لاوي من ابن شهر الي

الي فوق ذلك وكانوا اثنين وعشرين الف ومايتين
وثلاثة وسبعين نفسا وكانوا جميع بني اسرايل
الذي احصاهم موسي وهارون ستماية الف وخمسة
وعشرين الف وثمانماية وثلاثة وعشرين نفسا وقتل
موسي وهو في التيه سيحون ملك حشوان وخرب ديارهم
وقتل رجالهم وسبا نساهم وقتل ملك مدين وخرب
مدين وقتل الرجال والصبيان وسبا النسا وقتل ملك
عوج وخرب ديارهم وهدم مدينته وقتل الرجال
والصبيان وسبا النسا وصعد موسي الي جبل طور سينا
واعطاه الله التوراة مكتوبة في الالواح فنزل من الجبل
واصاب بني اسرايل قد اخذوا حلي نساهم فسكبوه فخرج
لهم راس عجل فعبدوه فلما راهم موسي القا الالواح من
يده فتكسرت ثم جمعها موسي فجعلها في تابوت وعمل
موسي قبة الزمان من غزول نسا بني اسرايل وجعل فيها
هيكلا وكان هارون اخوه كاهنا في الهيكل وكثرة
في التيه الحيات فكانت تلدغ بني اسرايل فتقتلهم
فاستغاثوا الي موسي فامر الله موسي ان يعمل حية من
نحاس وينصبها على البند بالعرض وينصب البند في وسط
محلة بني اسرايل فكان من لدغ من بني اسرايل فلينظر
الي الحية النحاس فان السم لا يضره *Subſtiterunt autem filij Iſraëlis in deſerto 40. annis, & pluivit Deus illis Mann, & coturnices; oppugnaverúntque eos Amalekitæ & Philiſtæi: Petituri enim Palæſtinam, prohibebantur: Adituri tractum Amalekitarum, reprimebantur,*

tur,

tur, redituri in Ægyptum, metuebant incolas ejus. Vaticinati autem fuerunt in deſerto filiĳ Korachi, terra devorati, Aſcher, Elkana, Anizaph, (Abiaſaph:) Korachū autem terra abſorpſit, quia ſe contra Moſen extulit, eundémque convitiatus eſt. Iuſſu ergo Moſis terra deglutivit Korachum, ejus tentorium, & quicquid poſſedit. Numerârunt etiam Moſe & Aharon filios Iſrael in deſerto, qui ferendis armis eſſent apti, à nato annos 20. & ſupra, excepta tribu Levi, erántque 603550. Recenſuit etiam filios Levi, à nato menſem, & ſupra, erántque 22273. Omnes autem filiĳ Iſrael, quos numeravit Moſes & Aharon 625823. occidit autem Moſes, cùm eſſet in deſerto, Sihonem, Regem Chesbon, vaſtavitque domicilia eorum; interfecit viros eorum, uxores verò captivas abduxit. Et è medio ſuſtulit Regem Midian, regnum depopulatus, viros & adoleſcentes trucidavit, mulieres verò captivitati mancipavit. Interfecit etiam Regem Og, vaſtatiſque ædibus civitatem eorum deſtruxit; viros & adoleſcentes ad internecionem cæcidit, mulieres verò captivas eſſe voluit. Aſcendit autem Moſes acumen montis Sina, ubi Deus ei tradidit Legem inſcriptam tabulis: Cùm verò deſcendiſſet iterum de monte, accidit, ut filiĳ Iſraël accepiſſent monilia muliebria, eadémque conflâſſent; & egreſſum eſt (igni) *caput vitulinum, quod illi coluerunt: quòd cùm Moſes vidiſſet, abjecit tabulas de manu, quas confractas Moſes collegit & arcæ impoſuit. Fecit etiam Moſes tabernaculum conventus ex netis mulierum Iſraëliticarum, poſito in eo templo, in quo Aharon, frater ejus ſacerdotio fuit functus. Multiplicatis autem in deſerto ſerpentibus, qui filios Iſraël mordebant, eoſque occidebant, opem implorârunt Moſis; qui divino mandato juſſus, ſerpentem*

Digitized by Google

ſecit æneum, eúmque faſci alligatum ſtatuit in medijs caſtris filiorum Iſraël. Quicunque autem morſu læſus ex Iſraëlitis aſpexit ſerpentem, ei venenum nihil attulit damni. Elmacinus paulò prolixior eſt, & plenius res Moſis geſtas enarrat; quarum tamen, brevitatis cauſa, repetitionem, quia ſubſtantia conveniunt, omiſſuri, pauca quædam, in quibus differunt notabimus. 1. *Elmacinus* deſertum generali fere ubique voce (niſi quando *Patricidis* retinet verba) البرية exprimit: Patricides verò Muſelmannorum تيه adhibet, de qua voce *Gol.* Lex. Arab. تيه *Faſtus ſuperbia, deſertum, ubi viator attonitus erat.* Et κατ' ἐξοχὴν التيه *vocatur deſertum illud, quod interjacet mare Erythræum, terram Sanctam, Palæſtinam & Ægyptum, & patere dicitur 40. paraſangas in longum ac latum: ubi totidem annos vixere Iſraelitæ, unde &* تيه بني اسرائيل *Deſertum filiorum Iſrael appellari ſolet.* Majm. More Hannev. l. 3. c. 50. *Sic quod dicitur;* juxta ſermonem (*Num.* 9. 20.) Domini caſtra metati ſunt, & juxta ſermonem Domini profecti ſunt; *videri poſſet alicui ab initio cogitationis* (h. e. obiter rem conſideranti) *ſufficere potuiſſe, & quod ea, quæ poſt iſta verba ſequuntur, ſuperflua ſint, ac nullo modo neceſſaria; ut, quod dicitur:* Cùm verò morabatur nubes; *Num.* 9. 19. Quando autem nubes diebus paucis erat ſupra tabernaculum, v. 20. aut duobus diebus, v. 22. *Idcirco ego tibi rationem omnium iſtorum particularium indicabo. Ratio enim illorum eſt, ut miraculum illud confirmetur, & omnes cogitationes, quas tum prophani populi de illo negotio habuerunt, & etiamnum habent, tollerentur; quaſi nimirum Iſraëlitæ incerti oberraviſſent, ac neſciviſſent,*

quò

quò vel quanam ire deberent, ſicut ibi dicitur : Et perplexi ſunt ipſi in terra Exod. 14. 3. *& ſic appellant Arabes uſque in hodiernum diem deſertum illud* מדבר התעיה deſertum oberrationis; *exiſtimantes, Iſraëlitas ibi oberrâſſe & viam ignorâſſe. Hunc* errorem Arabes ex ipſorum Hebræorum lacunis hauſiſſe videntur. Nam ad locum *Exod.* 14. v. 1. *Nam dicet Pharao de* filijs *Iſraël* נבוכים *perplexi, ambigui ſunt, neſcient quo ſe vertent, de Baal Zephon*, cujus ibidem mentio, ſomniant, Idolum, ſive *κατὰ μαγείαν, τύπον* fuiſſe à Pharaonis Magis ad cæleſtium corporum poſituras fabricatum, & juxta ſinum Arabicum collocatum , obſervandi & retinendi ubique Iſraëlitas, irretiendi eos, & à deſtinata divinitúſque data profectione avertendi. Habet hæc Aben Ezra, & ex eo Paulus Fagius: quæ merito tanquam nugas rejecit *Seldenus* Synt. de Diis Syr. c. 3. Defenduntur tamen à *Kircher.* in Pantheo, qui vult בעל צפון fuiſſe Deum averruncum, variâ figurâ expreſſum, cujus faſcino Iſraëlitarum iter impediretur. In Sacris & Rabbinicis ſcriptum, deſertum hoc מדבר קדש deſertum Kadeſch i. e. ſanctitatis appellatur. *Eliez.* cap. 18. *Septem deſerta condidit Deus Benedictus, atque ex omnibus ijs non elegit, niſi deſertum Kadeſch, per quod deduxit Iſraëlitas, cùm egreſſi erant Ægypto.* Nomen קדש habere volunt , quod Deus ibi ſe revelavit, ac Legem ſuam dedit. 2. Elmacinus enarrat adventum & conſilium Iethronis Moſi ſuppeditatum. 3. Moram in monte dilucidius exprimit ; p. 49.

اصعد موسي الي الجبل وصام اربعين يوما واربعين ليلة

واعطي مــوهــبــة النبوة والالواح الحجرية

 Et aſcen-

Digitized by Google

Et aſcendit Moſes in montem, Iejunavitque quadraginta dies totidémque noctes, & accepit donum Propheticum, & tabulas lapideas. Alias hujus moræ alii afferunt rationes. *Schalſch. hakk.* p.12.b. ועל אשר שאלת
למה עמד משה בהר סיני גם מ׳ יום לפי שהשני פעמים
שעמד עבור לוחות ראשונות ושניות אין ספק שהית חית
יכול לכתבם וללמד תורה למרע בפחות מיום א׳ וגם השלישית
על תפלת העגל אחר שהיה ברצונו יתברך להאריך אפו היה
יכול לחשיב לו כרגע וינחם ה׳ וכו׳ ולכן ראוי שתדע כי בספר
עטרת זקנים מרחיב מאד על תשובת זה הספק ולהיותו ישר
מאד בעיני אראנו לפניך בקוצר רב ואחר כך אחוה דעי בקוצר
אחרי אשר הרחבתי בו בספר גדליה שלי וזה אומרו לשלש
סיבות נתאחר מרעה בהר א׳ מפאת המושג ומעלתו והוא כי
ישיבתו שם היה לתכלית השגת הדברים התחונים ועליונים
ולהיות הנמצאים השפלים במספר עשרה שהם חומר ראשון
צורה גשמית צורה פרטית ליסודות מקרים הנמשכים אחר
הצורות הכוללות הדברים שיתהוו באויר לסיבת האדים
היוצאים מן הארץ הוית הככבים ורעם וברק וכיוצא לזה הוית
המתכות אשר יתהוו מהאדים הנסגרים בבטן הארץ ואינם
יכולים לעלות באויר הנפש הצומחת החיונית כח שכל האדם
ולכן הוצרך משה לעמוד בהר העשרה ימים ראשונים להשגת
כלם ועל זה הדרך עמד י׳ ימים שניים למען יוכל להשיג טבעי
הגרמים שמימיים אשר הם נחלקים לי׳ מדרגות והם לדעת
אם הגרמים שמימים כמו כוכב וגלגל וכיוצא מורכבים מחמר

ראשון

ראשון וצורה גשמית ואם הם דומים וזה לזה במספרם כי יש
מחלוקת בין הפלוסופים והתוכנים בהתחלפותם בתמונתם
במקומם במדרגת מצבם בתנועת׳ במניניהם בזמנם ר״ל אם הם
נפסדים או נצחיי׳ ופעולתם בשפלים ועל זה הדרך היתה
ישיבתו י׳ ימים שלישיים למען יוכל להשיג עיון השכלים
הנבדלים אשר מספרם י׳ כמו שאמרו שלכל ט׳ גלגלים יש שר
הממונה עליו המניעו ועל זה הדרך היתה ישיבתו י׳ ימים
רביעיים למען יוכל להשיג עיון מה שאפשר מהאלקות שהוא
תכלית ;הידיעה ולפי שהספירות אשר יוכלל בהם כל זאת
הידיעה הם י׳ לכן נתאחר י׳ ימים הסבה השנית כפי המשיג
וצורך הכנתו והוא שכמו שהעצם האנושי נתהוה במ׳ יום ובלי
מאכל ומשקה כן רצה הקב״ה לדמות זאת ההויה חדשה
דמ״עה לחול בו הצורה אלקית בזה המספר וגם באולי
שחמר משה הוצרך לסך אלה הימים כדי להעלותו הסבה
שלישית כפי צורך קוצר המשיג וגודל המושג לפי שאיכיות
הגוברות באדם הם ד׳ כנגד היסודות ותכלית כונת מ״עה
היתה לקבל י׳ דברות הכתובים באצבע אלהי׳ שעם ידיעתם
היה עולה לתכלית רום המעלות האנושיו׳ לכן הוצרך להכניע
כל יסוד וליחה י׳ ימים כמספר הדברות ולשתי סיבות נעדר
מאכילת ושתייה הא׳ שבהתגבר כח השכלי נבואיי יחלש
כות הגופני ולכן לא אכל למען יתגבר השכלי והב׳ היא
שהיה מזיק התבודדות השכל בזמן האכילה ע״כ בקיצר:

Quòd verò quæris; Cur Moſes in monte Sinai ſteterit 40. dies tribus vicibus: Nam quando duabus vicibus ibi manſit propter tabulas priores & poſteriores, non eſt dubium, quin

quia Deus Benedictus eas citius una die ſcribere, Moſenque Magiſtrum noſtrum Legem docere potuiſſet. Tertia etiam vice, cùm culpam vituli fuit deprecatus, poſtquam conſtitutum Deo Benedicto fuerat longanimitatis dare exemplum, vel uno momento reſpondere potuiſſet; Et pœnituit Deum, &c. Scito igitur, in libro, cui titulus Corona Sapientum, prolixè ad hoc dubium reſponderi, & quia mihi valde placet, tecum ea primò compendioſè communicabo, poſtea meam breviter mentem aperiam, quam prolixe propoſui in libro meo, cui nomen Gedaliah. Ita verò ille: Ob tres cauſas Moſes, Magiſter noſter p.m. in monte tardavit. Primùm, propter objectum apprehenſibile, ejúſque excellentiam. Manſit autem ibi, ut perfectè aſſequeretur res inferiores & ſuperiores, & quia Entia inferiora denario numero abſolvuntur; ſunt nempe materia prima, forma corporea, forma particularis Elementorum, accidentia, quæ formas Univerſales ſequuntur; res aëreæ, productæ ex vaporibus prodeuntibus ex terra; Eſſentia ſtellarum, tonitru, fulguris &c. Eſſentia metallorum, natorum ex vaporibus incluſis viſceribus terræ, nec aſcendere valentibus in aërem: Anima vegetativa, vitalis, virtus intellectus humani; propterea debuit Moſes ſubſiſtere in monte decem dies priores, ut omnia hæc aſſequeretur. Ita etiam manſit ſecundam dierum decuriam, ut apprehenderet naturam corporum cæleſtium, quæ diſtinguuntur gradibus decem, nempe ut cognoſcatur, an corpora cæleſtia, ut ſtella, ſphæra, &c. ſint compoſita ex materia prima, & forma corporea; & ſi quæ alia ſunt; &c. numero eorum. Variant enim hic Philoſophi & Aſtrologi, de eorum mutatione, figura, loco, gradu ſtationis, motu, tempore, i.e. ſint ne corruptibilia, an æterna,

æterna, operationibus eorum in hæc inferiora. Ita & alios decem dies tertia vice ibi tranſegit, ut aſſequeretur theoriam intelligentiarum ſeparatarum, quæ decem numero ſunt, quemadmodum dicunt, unicuique ſphæræ; ſunt autem novem; ſuum præeſſe ducem cohibentem. Tandem etiam decem alios dies, ex quadragenario numero, impendit, ut apprehenderet, quantum fieri poſſet, Theologiam, quæ apex eſt omnis ſcientiæ, & quia notitia Sephiroth, quæ eâ continentur; totam hanc ſcientiam exhaurit, propterea moratus eſt decendium. Altera cauſa reſpectum habet ad ſubjectum δεκτικὸν (prop. apprehendentem) *& quæ ad diſpoſitionem, ſeu conſtitutionem ejus neceſſariò requiruntur; adeò ut, quemadmodum ſubſtantia humana abſolvitur* 40. *diebus, idque ſine cibo & potu; ita placuerit Deo Benedicto, ut, ad exprimendam novam quaſi Eſſentiam Moſis Magiſtri noſtri, habitet in eo forma divina tantundem dierum ſpatium. Fortè etiam materia Moſis opus habet hac dierum ſumma, ut tertia inde emergat cauſa, nata ex apprehendentis tenuitate, apprehenſi verò magnitudine; quia qualitates in homine prævalentes quatuor ſunt, reſpondentes quatuor elementis: Finis autem intentionis Moſis, præceptoris noſtri b.m. fuit, ut acciperet decem verba ſcripta digito Dei; quorum ſcientiæ cacumine ſuperavit gradus humanos omnes. Opus igitur fuit, ut deprimeretur omne elementum, ejúſque vigor decendio, ſecundùm numerum verborum (Decalogi.) Ob has etiam duas cauſas caruit cibo & potu. Primò, ut dum prævaleret virtus intellectualis Prophetica, debilitaretur virtus corporea; proinde non edit, ut intellectualis prævaleret. Secundò, quia damnum accepit intellectus tempore manducatio-*

cationis. Hæc ille breviter. Subjicit poſtea, promiſſi memor, ſuam R. *Gedalia* ſententiam p. 13. והנראה לי
והוא בנוי על מה שאמרו חז״ל שהקב״ה מתאוה לתפילתן של
צדיקים וכן אמרו הבא ליטהר מסייעים לו ולכן אני אומר
שהגם שעלה משה הראשונה היתה לצורך השם יתב׳ שרצה
לפרסם אלקותו בעולם עם מתן תורה והאמצעיים היו לצורך
ישראל על מחילת עוון העגל והאחרונים לצורך מרעה לקבל
תכלית השלמות שאפשר לאדם וכבר הארכתי הדבור מזה
בחבור שעשיתי הנקרא הר סיני ואערכנו לפניך בקוצר והוא
בפעם הראשונה לא רצה השם יתב׳ להשלים כוונתו עם משה
אל׳ בסך מ׳ יום כדי להלקות גופו אשר חטא בגופניות כי אין
אדם צדיק בארץ וכו׳ ובפרט כי נתגלו נגרו ד׳ עונות ולכן
רצה השם ית׳ב להלקות בהעדר המזונות סך אלו הימים למען
יהיה לו כמו מלקות לכל גופו וכח ותיו ועם כל זה שב לו
תועלת אל כונות שכלו לפי שכשזה קם זה נופל ואל זה הרמז
חשבתי שהיה כונת היכים שניים לרמוז לישראל שהנזק בשת
וצער שהיה למשה בימי המלקות ההוא הם היו חייבים אמנם
בעוון הדור נתפס הצדיק ועליו נאמר והוא עוונותיהם סבל
והשלישיים היו במספר מ׳ גם כן לרמוז שהקב״ה מתאוה
לתפילתן של צדיקים ובראותו ית׳ שמשה הכין עצמו כל כך
בשני פעמים ראשונים הוא ית׳ פתח פתח לפניו ולשוב למעלה
ולהשתלם יותר וזה עם תחבולת פסל לך וישתלם בכל האפשר׳

Mihi verò perplacet egregium illud Rabbinorum, cùm dicunt; Deus Benedictus delectatur precibus juſtorum. Unde

Digitized by Google

Unde etiam dicunt; Qui venit ut purificet ſe, eum juvant. Proinde & ego ſentio, quòd ex tribus illis vicibus, quibus aſcendit Moſes, primam requiſiverit neceſſitas ex parte Dei Benedicti, qui voluit manifeſtare Deitatem ſuam in Mundo, Legis latione: ſed & Mediatores neceſſarij erant Iſraeli, propter remiſſionem peccati in vitulo commiſſi: alteram, ex parte Moſis Magiſtri noſtri, ut acciperet abſolutiſſimam perfectionē, quæ homini poſſibilis erat. Atq; hac de re prolixè ſcripſi in tractatu meo הר סיני Mons Sinai; *quæ breviter oculis tuis ſubjiciam. Prima vice noluit Deus Benedictus abſolvere intentionem ſuam cum Moſe, niſi ſpatio 40. dierum, ut ita flagellaret corpus ſuum, quod in corporalibus peccavit: quia non eſt homo in terris, qui non peccet. Et in ſpecie quidem, quia revelata erant quatuor contra illū peccata. Proinde caſtigare Deus eum voluit defectu cibi, ſpatio illorum quadraginta dierum; ut ita totum quaſi corpus, omnéſque ejus caſtigentur facultates: Præterea hoc inſervijt diſpoſitioni intellectus ejus, ut cum hic ſurgeret, illud* (corpus) *caderet* (corruptio unius productio eſſet alterius) *Hunc etiam ſcopum fuiſſe ſecundæ dierum decuriæ exiſtimo, ut indicaretur Iſraëli, damni, pudoris & afflictionum, quas ſuſtinuit Moſes tempore illius caſtigationis, eos fuiſſe reos: Verè enim, ubi iniquitas ſeculi graſſatur, corripitur juſtus, de quo dicitur: Et ille iniquitates eorum portabit. Tertiâ etiam, quadraginta dierum decuria indicatū fuit, Deum Benedictum deſiderare preces juſtorum, adeò ut cùm vidiſſet, quòd Moſes jā bis ita diſpoſuerit, Deus ei aperuerit januā, ut altiùs aſcēderet, & abſolutiùs perficeretur, idq; addito ingenioſo artificis ſpecimine: Dola tibi &c.* (Exod. 34. 1.) *atq; ſic tantū aſſequeretur perfectionē,*

Digitized by Google

quantum homo capere poſſet. R. Bechai, de quadraginta dierum mora, commenta vide in *Theſ. Phil.* p. 560. 4. *Elmacinus* Decalogum non modò ordine recitat, ſed & diſtinctis numeris exprimit; cui proinde hic dabimus locum, ut pateat, quæ Arabicarum Eccleſiarum, in diſtinctione Decalogi fuerit praxis. Dedit, inquit, p. 49. tabulas lapideas, in quibus الوصايا العشرة وهي الاولي
انا الرب الهك لا يكون لك اله غيري الثانية لا
تعمل لك اصناما ولا تماثيل ولا تعبدها ولا تسجد لها
الثالثة لا تحلف بالرب الهك كذبا الرابعة قدس
يوم السبت ولا تعمل فيه عملا الخامسة اكرم اباك
وامك السادسة لا تقتل السابعة لا تزن الثامنة لا تسرق
التاسعة لا تشهد الزور والعاشرة لا تشتهي شيا مما لصاحبك

Decem præcepta, qualia ſunt; primum: Ego ſum Dominus Deus tuus, non erit tibi Deus alius, præter me. II. *Non facies tibi Idola, neque ſimilitudines: non coles ea, neque adorabis ea.* III. *Non jurabis per Dominum Deum tuum mendaciter.* IV. *Sanctifica diem Sabbathi, neque facito in eo ullum opus.* V. *Honora patrem tuum, & matrem tuam.* VI. *Non occides.* VII. *Non ſcortaberis.* VIII. *Non furaberis.* IX. *Non falſa teſtaberis.* X. *Non concupiſces quicquam eorum, quæ proximi tui ſunt.* 5. Elmacinus μοσχοποιίαν etiam aliter deſcribit; Patric. tantum caput bubulum (ut *Tertull.* ad verſ. Iud. appellat; *Lactant.* de vera ſapientia c. 10. aureum caput bovis; *Ambroſ.* lib. 1. de Pœ-

de Pœnit. c. 6. Item *Rufin.* ad Amos. lib. 1. *Hieron.* ad c. 4. Hoſ. *caput vituli*;) conflatum eſſe ſtatuit: *Elmac.* p. 50. عجلا مفرغا *vitulum ſolidum*, non excavatum; vel integrum. *Cur verò*, inquit *Selden.* Syntag. de Diis Syr. p. 137. *Caput vituli Lactantius dixerit, perinde neſcio, ac cur nunc aſinum, nunc Aſini caput, ut i pro Numine habitum, priſcis Chriſtianis, & Judæis impiĳ exprobrarent.* Sed de capite vitulino clarior videtur & expeditior ratio, quia nempe Idolum Ægyptiacum Apis & Mnevis diverſis referebantur figuris, modo integris, modò etiam decurtatis; qua de re, ζὺν θεῷ, alio loco. Cætera, quæ *Elmacinus* habet, ſeriem in Scriptura ipſa expreſſam, καὶ ἐπιτομὴν exhibent. Atque ſic Moſis regimen referunt Arabes Chriſtiani: *Samaritani* quid largiantur ex illorummet ſcriptis tutiſſimè habemus: Sed hactenus pauca in Chriſtianorum devenerunt manus. Nos librum *Ioſuæ* habemus (ita vocant annales ſuos à Moſis regimine, Ioſuæ tradito, ad Imperium uſque Antoninorum Auguſtorum, tranſlatum من اللغة العبرانية الي اللغة العربية *ex lingua Hebræa in linguam Arabicam*, & quidem poſt Muhammedis tempora, id quod ſtyli indicio, ubi phraſis Alkorani hinc inde obvia, facilè animadvertimus. In ipſo ſtatim veſtibulo nudam exhibet σκιαγραφίαν operis, quæ ſimul compendium eſt & Moſaici regiminis, & Theologiæ Samariticæ exhibet, non incommoda proinde, quæ huic tractationi noſtræ attexatur. Præfatur ergo breviter, ſe enarraturum:

ما اظهر الله عزوجل من الايات والمعجزة والعذايب الذي يعجز الانسان تعبينه ووصفه مثل ما جري في الاردن

الاردن وعلى خضوع الجبابرة وما امده به من النصر
والتايد والعز والسلطان وعندما شاهدوه وقت دخولهم
الارض سوي ما شاهدوه في وادي الموجف وعلى جبل
سيني وبريتها العظماء معما اظهره الله من موجبات هده
النوبة وارتعاد جبال معما يتصل بدلك من الرعود
والبرق واتصال النيران الي دات السما واسماعهم جمل
شرايعهم من الصوت اللهوتي السرمدي المشاهد منه
انتداح نور يجلي شكل كاتبه الفاطر بعد ما جري لهم
في البحر الاعظم وسوي ما شهدوه الاضداد بمصر الكبري
وما لحق اعدايهم من النكبات مثل فرعون وعسكره
وعملاق وعدته وسحون ومملكته وعوج اب عناق
وتجبره وبلعام وسحره وملوك ماب وعظمتهم وما جري
على مرون ابن عم هارون وعلى الجملة التي كانت
معه ان بعضهم فتحت الارض فاها ابلعهم ونزلوا احيا
الي القرار السفلي وبعضهم خربت النار اللهوتية
واحرقت اجسامهم وما جري للقوم في كونهم في البرية
اربعين سنة تحت العدم بغير دليل ولا زاد ولا كسوة
في

في البقا والوجود وكان السحاب يظلهم بالنهار وعمود
النار من البرد والليل وغداهم المن من السماء وادا عاز
الماء اخرجه لهم سيدنا موسي ابن عمران عليه
السلام من الصخر والجماد والجلمد الي ان يشربوا
هم وكل من في جملتهم من الانفس والحيوان وادا
سمع دو الالباب والكفر بما انعم الله عليهم وبما
احاطهم به من السعاده ورفع عنهم جميع المناحس
السمايية والارضية معما شرح من البدعات علموا ان
ليس رب سوي ربهم ولا نبي غير نبيهم ولا كتاب
غير كتابهم ولا مدهب صحيح غير مدهبهم ودين
دين الكمال وصح يقينه واكثر من تحميد الباري
جل وعز القادر على ما يشا وادا سمع السامع بزوال
ملك بني اسرايل وما لحقهم من النكبات والافات
والجلاوات والاشتات بالخلاف الدي خالفوا والعصيان
الدي عصوا بان خوفه ممن لا يفوتوه شي ولا يزول
عن ملكه شي تبارك ونسله هدايه كامله
ونعمه شامله برحمته انه سميع مجيب

Quæ

Quæ manifeſtavit Deus excelſus ſigna, miracula, ſupplicia, quibus obſervandis & enarrandis homines ſunt impares; cujuſmodi eſt, quod accidit ad Iordanem, in depreſſione Gigantũ; & quidquid auxilij, ſubſidij, roboris & poteſtatis impertivit illis Deus; præterea, quæ viderunt ipſi tempore ingreſſus illorum; quæ item ſpectârunt in valle Moab, monte Sinai, ejúſque deſerto magno; una cum præclaris Politiæ ſive Adminiſtrationis illius operibus, quæ manifeſta fecit, commotionem item montium, & quæ cum ea erant conjuncta tonitrua, fulgetra, intermixto igni ad cælum uſque pertingente; auditionem omnium Legum ſuarum à voce divina & æterna, clarè pronunciante: Inde accenſio lucis, quæ revelat ſimilitudinem ejus, qui eam (Legem) *ſervandam præſcripſit, Creatoris nempe*: (poſſunt hæc verba ita etiam reddi: *Accenſio luminis, quod oſtendebat rationem, quomodo ſe gerere deberent, præſcriptam ab ipſo Creatore*, Exod. videl. c.19. v.29.20.21.) *Accedunt, quæ contigerunt ijs in mari magno; quæque viderunt adverſa in Ægypto majori; & quæ evenerunt inimicis illorum pœnæ, ut Pharaoni & exercitui ejus, Amaleko, ejúſque copijs; Sihoni & regno; Ogo, patri Enak, & potentiæ ejus; Bileamo, & præſtigijs, Regibus Moab, & Majeſtati eorum; quæ item occurrunt in Marun* (*Scal.* legit Mervan; ſed ſtylo Arabum قارون *Karun* legi debet; intelligitur autem Koreh, qui in *Elmac.* p. 51. vitioſiſſimè صافورح *Saphurech* ſcribitur, diſtinctus à Karune, cujus ſupra facta ex eodem eſt mentio, p.378. quanquam revera idem ſit, ob divitias Orientalibus celebratas, ſive quod,

quod, ut Arabes volunt, Chymiæ fuerit peritus, ſive, ut ex R. *Eliez.* obſervat R. *Gedal.* p. 13. לפי שמצא אוצרות יוסף במצרים *quod Theſauros invenerit Ioſephi in Ægypto) patruele Aharonis, & cœtu, qui cum eo faciebat; apertis enim faucibus terra quoſdam abſorpſit, qui viri deſcenderunt in manſionem infimam; quorundam verò corpora conſumta igni divino, ſunt deleta: Quid porrò evenerit populo, cùm hærerent in deſerto* 40. *annis in magna inopia, abſque viæ ductore, abſque viatico, abſque veſtibus ad vitam & ſubſtantiam conſervandam neceſſarijs; ubi nubes interdiu eos texit; & columna ignis noctu à frigore; cibavitque eos Manna cœleſti; & ſi aquæ inopia eos preſſit, eduxit eam Dominus noſter Moſes, filius Amran, ſuper quo pax; ex petra & terra ſitiente, duroque lapide, adeò ut biberent ipſi, & qui cum ijs eſſent omnes, ab hominibus ad beſtias. Cúmque audiviſſent cordatiores inter Gentes, quæ beneficia Deus in eos contuliſſet, quaque eos circumcinxiſſet felicitate, adeò ut omnia ab ijs ſuſtuliſſet adverſa, cæleſtia & terreſtria, additis cæteris antea inauditis; cognoverunt inde, non eſſe Dominũ alium præter Dominum eorum, neque Prophetam præter Prophetã eorum, neq; Scripturam, abſq; Scriptura eorum; neq; religionẽ veram, præter religionem eorũ, quæ & pulchra ſit perfectione & vera integritate; adeóque crevit laus Creatoris Optimi Maximi, Potentis quicquid vult. Quòd ſi verò jam quis audiat interijſſe regnum filiorum Iſraelis, contra obtigiſſe illi multas calamitates, ærumnas, exilia, & devaſtationes, propter impietatem, & rebellionem, qua reſtiterunt & immorigeri facti ſunt; hoc ipſum augere dèbet timorem ejus, quem non poteſt fugere ulla res, neque de regno ejus quicquam decedit, qui*

 proin-

proinde ſit benedictus & exaltatus; quem etiam rogabimus, ut perfectè nos dirigat, beneficijs ſuis nos amplectatur, idque per miſericordiam ſuam: Eſt enim ille audiens & reſpondens. Hæc homo Samaritanus, qui, ut diximus, primò hic *Theologiæ Samariticæ* breve (de prolixiori, ex toto libro, aliâs ان شا الله, erimus ſoliciti) exhibet compendium. Apparet enim hinc Samaritanos I. de *Deo* credere a. Eſſe Creatorem. Vocatur quippe expreſſe الفاطر *Creator*. b. Reſpectu attributorum, eſſe 1. omnipotentem. Unde non modò ſæpius عزوجل quod eſt, *potens & illuſtris* dicitur; item القادر على مايشا *potens ejus quod vult*; ſed & opera ei tribuuntur, quibus enarrandis homines nõ ſunt pares. 2. omniſciũ لا يتوتوه شي *quem nihil fugit*. 3. Miſericordem. برحمته *Miſericordiâ ejus exaudiri vult*. 4. Audire ſupplices. Vocant phraſi Muhammedanis uſitata Deum سميع مجيب *Audientem & exaudientem*, ſive reſpondentem. 5. Iuſtum, qui in ſceleratos animadvertat. Iudęos ait ſceptrum amiſiſſe بالخلاف والعصيان *propter contradictionem & rebellionem*. 6. Solum Iſraëlitarum Deum, Deum verum.

II. De *Scriptura* a. ſolos Iſraelitas habuiſſe Verbum Dei. لا كتاب غير كتابهم *Non erat Scriptura præter Scripturam eorum*. b. Moſen unicum illius temporis fuiſſe Prophetam. لا نبي غير نبيهم *Non eſt Propheta, præter Prophetam eorum*.

III. De *Providentia*. Deum omnia gubernare. Hujus providentiæ ſpecimina tot exhibentur loco præcedenti, quot actionum & eventuum humanorum ſive claſſes ſunt, ſive gradus.

IV. De

IV. De *peccato*; quòd ea Deus impunita non dimittat. Propterea enim judæi hodierno die, ut fatetur author, experiuntur النكبـات الافـــات والجلاوات *Calamitates, ærumnas, exilia.*

V. Adminiſtrationem Politiæ Moſaicæ, non hujus tantùm, ſed & futuræ vitæ tradere præcepta. Hæc tamen paulò obſcurius proponuntur. اظهر الله مـــن موجبات هده النوبة *Revelavit Deus præclara opera hujus periodi ſive adminiſtrationis*, Moſaicæ nempe. Ubi notandum, vocem Arabicam موجبه ſignificare *magni momenti opus*; *ſive bonum*, *ſive malum*, *æternæ vitæ præmio, vel pœna dignũ.* Clariora ſequentur ſtatim.

VI. De *Vocatione.* Eam tum reſtrictam fuiſſe ad ſolos Iſraëlitas لا مدهب صحيح غير مدهبهم *Non eſt vera religio præter religionem eorum.*

VII. De *Converſione*, eſſe donum Dei gratuitum. نسالة هداية برحمته *Rogamus eum directionem per miſericordiam ejus.*

VIII. Judæos ſceptrum amiſiſſe. Meminit enim زوال ملك بني اسرايل *Interitus regni filiorum Iſraël.*

Sed & *Hiſtoriam* Moſis καθ' ἐπιτομὴν enarrat, quam fuſius poſtea integris capitibus deducit; quæ quidem per Indicem à nobis indicata ſunt ſub finem Exercitationum AntiMorinianarum, ea præſertim quæ concernunt Hiſtoriam Bileami, fraudes, quibus circumvenerat Iſraelitas, Traditionem Imperij., Moſis Teſtamentum, Orationem funebrem, luctum propter Moſis obitum; hoc tamen loco, cùm nulla Samaritanorum commentaria, ex quibus de mente illorum conſtet, ſint

 adma-

ad manus, paulò prolixius ex ipſo ſcriptore ſunt proponenda, ea præſertim, quæ ipſi lucem aliquam Scripturæ fœnerare videntur. Ita cùm *Apoc.* 2. v. 14. Βαλαὰμ ἐδίδασκεν τὸν Βαλὰκ βαλεῖν σκάνδαλον, ἐνώπιον τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, φαγεῖν εἰδωλόθυτα καὶ πορνεῦσαι *Balaam docuit Balakum objicere ſcandalum filiis Iſraël, ut ederent Idolothyta, & fornicarentur*. Hoc verò quomodo factum crediderint Samaritani (nam Hebræi vel ob hanc ipſam fraudem nomen illi בלעם q.d. בלע עם *abſorpſit populum*, conſilio nempe ſuo & aſtutia, impoſitũ volunt) integro proponit capite, cui titulus; خبر مكيدة بلعام وحيلته على بني اسرائيل *Hiſtoria doli Bileami & fraudis ejus, contra filios Iſraël*; quæ ſic ſe habet. Poſtquam incantationibus ſuis nihil profeciſſet, eóq; nomine in magnam apud Regem Moabitarum, cæteróſq; invidiam incurriſſet, ita ſe excuſavit;

الم اقل لك انني لا اقدر اخلف ما اومر به ولكن
اجتمع والملوك معك لا عرف جماعتكم ما سيجري
عليكم وعلى غيركم من القوم وادلكم على طريق
ان تمت كانت سبب هلاككم ثم اجتمعوا الملوك
وعرفهم اخبار عجيبة شرحها يطول وقال لهم ان
هاولاي القوم محيط بهم الملايكة القدس وملك
السماوات والارض معهم ولا تجوز عليهم سحر ولا تنجم
نجوم ولا يظفرهم قلبه الا بكفر يعتقدوه او مكيدة يفعلوها
فيحينا د

فحيناد يسخط الباري عليهم ويهلكوا ولا يبقي منهم احد

Annon dixi vobis; me non poſſe contra id quod juſſus fuero, quicquam. Congregato igitur Reges, ut omnibus vobis indicem, quid & vobis & aliјs eſſet eventurum; viã ſimul monſtrem, quæ calcata interitum illis afferet. Cúmque conveniſſent omnes Reges, indicavit illis admiranda quædam, quorum explicatio prolixa erat, dixítque: Hunc populum circumvallant Angeli Sancti, Rex cœli & terræ cum illis eſt, adeò ut nihil contra eos poſſit Magia, aut Aſtronomia, neque expugnari poteſt cor ejus, niſi ſi quam admiſerint infidelitatem, aut commiſerint facinus indignum. Tunc enim Creator illis ſuccenſet, ut pereant; ita ut ne unius quidem ſuperſit. ولما سمعوا الملوك منه

ما تقدم شرحه فقالوا له كيف السبيل الي ما دكرته

من تلافهم فنظر غاية الكفر والنجس فعلمهم اياه

ثم قال لهم اختاروا من احسن النسوه واصبحهن مـــا

قدرتم عليه من الكثرة واول من ينفد الملك ابنته

معهن ثم سلموا لكل واحده منهن صنم تعبده وزينه

تنظر وبخور تشم منهم وطعام وشـــراب وتكون ابنة

الملك علي عجله تجري مع الريح ويتقدم الي ان تقصد

قبة الزمان ولا (leg. اولا) تطوع الي ربيهم من يعترف

الجماعة فانه ربيهم واذا صح له ذلك قالب لـــه

ما

ما تنالني وتاكل من طعامي وتشرب مـــن شرابي
وتعبد الهي وبعد دلك اتاك وبين يديك اصنع بي
ما احببت واعلم ايها الملك ان تتنجس ريس القوم
وبهلك وتهلك جماعته ولــم يبقي منهم باقيه ففعلوا
الملوك ما اوصاهم به واجتمع لهم اربعة وعشرين الف
جاريه وسمروهن يوم السبت وحطوا حدا قبة الزمــان
فقــام رييس سبط شمعون لانه كـــان رييس تسعه
وخمسين الف رجل وكان في المتقدمة ثم تقدم اليه
اينه الملك وشاهدت من اصحابه طاعة عظيمة له فظنت
انه النبي موسي عليه السلام فاكل من طعامها وشرب
من شرابهـا وعبد الصنم الذي بهد هـــا فاطاعته بعد
دلك الي مراده ثم اخذ كل واحد منهم لنفسه اعني
هـــدا السبط واحده لنفسه حينيد سخط الباري على
القوم واهلك منهم في طرفة عين اربعة وعشرين الف رجل
مع اربعه الف جارية ولولا ان فنحاس الامــام عليه
السلام ثار مـــن بين يدي موسي النبي عليه السلام
وهو

وهو وجماعته باكيين علي باب قبة الزمان واخذ
الرمح بَيده وبادر طعن الرجل والجارية اعني
ابنة الملك وشالهما لاهلك غضب الباري
جماعة القومْ الا من هذا الفعل رفع ودفع
السخط عن بني اسرايل وحصل لفينحاس عليه
السلام الذكر الجميل والاثر الجليل وعهدا الي اخر
الدهور وسبحان الله الباري بغير زوال

Cúmque Reges ea, quæ modò explicuimus, audiviſſent, dixerunt; Quænam via illa eſt, qua, ut meminiſti, perniciem illorum obtineamus? Et ſummam impietatem atque impuritatem excogitavit, quam oſtendit ipſis. Eligite, inquit, formoſiſſimas mulieres, numero, quem poteſtis maximo, Inter primas autem Rex cum illis mittet filiam ſuam: Tradite etiam unicuique Idolum quod colit, & ornatum, quem oſtendat, odoramenta, quæ odoretur; cibum etiam & potum: Reginæ filia vehatur curru, qui agitatur vento, & præcedat, donec venerit ad tabernaculum Conventus. Initio autem præſtabit obſequium Duci eorum, quem talem agnoſcit cœtus; Quòd ſi illi hoc(molimen)*placeat; dicet ei: Quid dabis mihi, ut edas de cibo meo, & bibas de potu meo, & colas Deum; & ita ego tua ſim, tibi verò libera in me poteſtas? Certò autē perſuaſum*

quaſi tria millia virorum. Miſit S. B. quinque Angelos, ut diſperderent omnes Iſraëlitas, iſtáque erant קצף אף חמה משחית חרון Indignatio, ira, fervor, internecio & æſtus vel excandeſcentia. Audiens hoc Moſes egreſſus eſt in occurſum Abrahamo, Iſaaco, & Jacobo, dixitque: ſi vos eſtis ex filiis futuri ſeculi, conſiſtite jam coram me: Ecce enim filii veſtri traditi ſunt veluti grex ad mactationem. Et ſteterunt ibi coram illo tres Patres. Dixit Moſes coram illo. Domine omnium orbium, nonne ſic juráſti illis, multiplicandum eſſe ſemen illorum veluti ſtellas cœli; juxta illud: Memento Abrahami, Iſaaci & Iſraëlis? Ob merita autem trium horum Patrum arceantur ab Iſraële tres Angeli אף קצף חמה *indignatio*, *ira*, *& fervor*. Supererant verò duo Angeli: Dixit Moſes coram illo: Domine Mundi, propter juramentum, quod juráſti illis, vocentur ab Iſraële משחית *internecio*, juxta illud: Quod juráſti per temetipſum. Atque averſa fuit internecio: Hinc illud: Ipſe eſt miſericors, & propitius fuit illorum iniquitati, neque diſperdidit. Præterea dixit Moſes coram eo: Propter juramentum, quod juráſti mihi, removeatur ab Iſraële חרון *æſtus*. Hinc dicitur: Revertere מחרון *ab æſtu* iræ tuæ. Quid fecit Moſes? Defodit veluti domum quandam amplæ habitationis in poſſeſſione filiorum Gad, atque abſcondit אף חרון æſtum iræ, veluti hominem in carcere conſtrictum. Quotieſcunque autem Iſraëlitæ peccabant, adſcendebat & dilatabat os ſuum ad mordendum ſpiritu ſuo, & diſperdendum Iſraelitas; hinc vocatur nomen ejus פעור *dilatatus*, atque memoravit vel pronunciavit Moſes ſupra illum Nomen Dei, & detruſit illum infra terram. Cùm verò mortuus erat Moſes, quid fecit S. B. Poſuit ſepul-

chrum ejus è regione illius, quotieſcunque autem Iſraelitæ peccabant, dilatabat os ſuũ ad mordendũ afflatu ſuo atque exterminandum Iſraelitas. Videns autem ante ſe Moſis ſepulchrum, expaveſcebat, & retrò cedebat; Sic dicitur: Et ſepelijt eum in valle Mol domus Peor. IV. Peccati tamen magnum Prophetam vixiſſe immunem, judæi non largiuntur. Illud cumprimis exaggerant, quod commiſſum erat, cum petram baculo percuteret, de quo *Schalſch.hakk.* p.12.a. והואיל ואני על ספור ענייני מרעה אמרתי להודיעך בקצרה דעתי על עניין חטאו וחטא אהרן בהכאת הסלע אפילו שמשכבר הרחבתי הדבור בו בספר הפשטים שלי הנקרא ספר גדליה ושם הבאתי כח דעות בדבר הזה שאספתי מכל המחברים והבאתי שם גם את דעתי ועתה בחרתי להודיע אליך כונתי אחרת בו והיא ישרה בעיני כמעט יותר מכל הדעות שהבאתי שם והיא היות אמר למשה קח את המטה והקהל את העדה וכו׳ שזה שם עדה רומז אל ההמון וקטני אמונה שכ׳ עליהם עד מתי לעדה הרעה הזאת כי לפניהם צריך אני להראות גדולתי שלפני הקהל שהם זקני וחכמי הדור איני צריך לפי שכבר מכירי אותי ומאמיני בי אבל משה ואהרן לא האמינו שזכות העדה תהיה כל כך שיזכו להצטרף עם זכותם ולהפוך הסלע אל מים ולכן לא קראו העדה אבל ויקהילו משה ואהרן את הקהל שר״ל הנשיאים והחכמים שידעו בודאי שהם צדיקים וראוים אל הנס ואז הרים משה את ידו ויך פעמים א׳

כנגד

כנגד זכותו ואי׳ כנגד זכות אהרן והקהל והית כעס.לפי שלא
קרא העדה שאמר לו אשר עתה לכבוד זאת העדה קראם
היה בלשון בני ישראל שהוא שם מיוחס ולא האמנתם שגם
עם הבלתי ראוים אני מתנהג במדת רחמים וחטא אהרן היה
שהיה לו לזכור הדבר אל משה הואיל ונצטוה גם הוא בלשון
וידבר יי׳ אל משה לאמר הקהל את העדה אתה ואהרון ודברתם
וכו׳ שהנה לו לקפוץ ולעשות את חמצוה כי במקום שיש
חלול ה׳ אין חולקים כבוד לרב כנראה בקנאת פנחס

Narratione autem rerum geſtarum Moſis, magiſtri noſtri b.m. occupatus, conſtitui breviter aperire meam mentem, de negotio peccati ejus, & peccati Aharonis in percuſſione petræ; etſi jam ante hac prolixè hac de re ſcripſi, in libro Commentariorum, cui nomen, Liber Gedaliæ, ubi 28. *adduxi rationes hac de re, quas ex omnibus collegi ſcriptoribus, ubi meam etiam aperio mentem. Iam verò conſtitui aliam tecum communicare ſententiam, quæ mihi cæteris omnibus præferenda videtur, nempe: Dixit Deus Bened. Moſi: Sume baculum, & congrega cætum, &c.* Num. 20. 8. *ubi vocabulum* (עדה) *multitudinem notat, & exigua fide præditos, quemadmodum dicitur de ijs: Quo uſque* (Num. 14. 27.) *cætum iſtum malum? Nam coram illis opus habeo declarare majeſtatem meam; coram Synedrio verò* (הקהל) *quo nomine intelliguntur ſeniores & ſapientes ſeculi, non neceſſe habeo, quia illi me jam nôrunt, & credunt in me. Moſes verò & Aharon non crediderunt, meritum congregationis univerſæ tanti eſſe æſtimij, ut confer-*

conferri poſſit cum merito eorum, *& mutari petra in aquam*; *proinde non convocârunt* (עדה) congregationem, (plebis) *Sed*; *&* convocârunt Moſes & Aharon cœtum (קהל) *i.e. Principes & Sapientes, quos exploratè perſpectum haberet eſſe juſtos*, *ac proinde miraculo dignos. Poſtea Moſes ſublato baculo bis percuſſit* (petram) *ſemel ſuo merito vel juſtitia*; *iterum merito Aharonis & totius* (Procerum) *cætus*: *Succenſuit autem Deus Benedictus*, *propter ea quòd non vocavit congregationem populi, quod tamen juſſiſſet*; *utpote qui in honorem illius congregationis eos appellavit filios Iſrael*, *quod utiq; nomen ad illos* (plebejos cætus Iſraëlitici) *referri debet: illi autem non credebant. Deum populo*, *qui non eſſet dignus*, *probare ſuam miſericordiam. Aharonis autem peccatum fuit*, *quod illius rei mentionem facere debuiſſet apud Moſen, cùm & ille idem facere fuerit juſſus*: *verbis*: Congrega cætum (עדה) tu & Aharon, & loquemini &c. *Nam & illius fuit annuere atque facere præceptum. Ubicunque enim eſt periculum profanationis* (Nominis divini) *non dimidiant gloriam Domini*, *ut apparet ex Zelo Pinchas*; Id eſt, ubi periclitatur nomen Dei, non licet tepidè agere, & quæ corrigi aut emendari poſſent, ſilentio præterire. v. De ſcriptis ipſius loquitur Auth. *Iuch*. p. 9. 2. משה כתב ספרו ופרשת בלעם וספר איוב הסתום *Moſes ſcripſit librum ſuum, Sect. Bileami*, *& librum Iobi abſtruſum.* Scribunt enim Iobum natum, cùm Iſraelitæ ingrederentur Ægyptum, cùm egrederentur denatum. *Schalſch*. Duraſſe autem מכות איוב יב׳ חרשים *plagas Iobi* 12. *menſes.* Librum Geneſeos ut divinitus juſſus

juſſus fuit ſcribere, ita multa habuit per שלשלת הקבלה utpote השביעי לאבות הקדושים *Septimus Patrū Sanctorū.* In *Schalſch.* p. 13. adhuc de Iobo habetur 1. שאיוב וחבריו היו מזרע אברהם *Iobum & ſocios ejus fuiſſe de ſemine Abrahami.* 2. שכן בערביא *Habitâſſe in Arabia.* יתרו ואיוב היו מחרטומי פרעה *Fuiſſe Iethronem & Iobum ex Magis Pharaonis.* 4. Addit; וראיתי כתוב בקונטרוס ישן שמרעה היה מראה ספר איוב ודורשו לזקני ישראל וזה למען ישמעו וילמדו כי יש תקוה לכל בוטח בה׳ אומרי׳ האומות שהיה בן עשו ויא שהיה בן זרח מבצרת *Scriptum reperi in Codice vetuſto, Moſen Magiſtrum noſtrum b.m. oſtendiſſe librum Moſis, eúmque explicuiſſe ſenioribus Iſraelis, ut audiant & diſcant, ſpem eſſe omni ſperanti in Deum. Gentes dicunt, fuiſſe filium Eſavi; Alij, fuiſſe filium Zærachi, è Bozra.*

L. *Mors*, ubi 1. Antecedentia, *Teſtamentum*, de quo *Samaritani* in lib. Ioſuæ, c. خبر ما فسر سيدنا موسي النبي عليه السلام قبل وفاته *Narratio eorum, quæ commemoravit Dominus noſter Moſes, Propheta* p. m. ante ſuum obitum. لما عرف الله سيدنا موسي النبي بالوقت الذي لا يتاخر امره ان يصعد جبل يعرف دابه واخذ يوصي يوشع بن نون واولاد اخيه وجماعة الاوليا

فجميع ما يحتاج فاقاموا معه مدة وجميع وجوه العسكر
واهل الحكمة وعاهدهم انهم يسلكوا ببني اسرايل
الطريق التي اوصاهم بها ولا يعدلوا عنها يمنا ولا يسرا
وامر الكهنة بضرب الابواق واخراج المناديين ينادون
في جماعة بني اسرايل من اراد ان ينظر سيدنا موسي
النبي عليه افضل السلام فليحضر حتي يسمع بركته
وما يفسر به ويشاهده ويودعه قبل يسير الي الموضع الذي
اختاره الله له ثم دخل الي قبة الزمان وقرب على
مذبح النحاس القرابين فرفع الستر ستر البيت
المقدس وطرح على مذبح الذهب البخور وعبد ربه
وودع الهيكل بما فيه من الجبروات والملكوت فخرج
فقد اجتمع له ساير بني اسرايل على طبقاتهم وجلي
على رتبة كانت له يرتفع على القوم عليها واشراق
نور وجهه مثل شعاع الشمس واخذ يقص على جماعة
بني اسرايل الخطبة التي جمع فيها غاية مايقدم العبد
عليه من مقالة التسبيح لله تقدست اسماوه وبين فيها
معرفة ايام الرضا وسبب ايام السخط والضلا لـــه فاعلم
اني

بني اسرايل بطوفان النار ويوم النقمة والمكافات
وحد وقت الرجعة اليهم ثم بشرهم بما يحدث من كل
سبط ورتبه في ايام التمام والكمال وبارکهم جملة
واستجيب ولما دنا توديع كل جيش بجيشه فاخذوا
في الضجيج والعويل والبكي فامرهم بعد ساعة بالهدو
والجلوس ثم سار يريد الصعود الي الجبل الدي وصاه
الله يصعد اليه ومعه يوشع بن نون والعزر الامام
وجماعة الاوليا مودعين له باكيين علي قرب فراقه
متشبثين به فلما طال التوديع معهم وقرب الليل نزل
عمود النار اللاهوتي وفرق بينهم وبين سيدهم عليه
السلام لم يعلم احدا بما جرا معه منه بعد هدا:

Cúmque notum feciſſet Deus Domino noſtro Moſi, Prophetæ, tempus, quo non amplius moraturus eſſet, (in hac terra) *juſſit eum aſcendere montem Nabo; Capítque mandare Iehoſuæ filio Nun, & nepotibus ex fratre, & cœtui Procerum, quicquid illis erat neceſſarium. Et ſteterunt cum illo aliquandiu, omnéſque Duces exercitus, & judices, eóſque obteſtatus eſt, ut incederent cum filijs Iſrael eam viam, quam præcepit illis, neque deflecterent ab ea vel ad dextram vel ad ſiniſtram. Iuſſit etiam Sacerdotes, inflare tubas, & prodire præcones, qui proclamarent in cœtu filiorum Iſraëlis;* Quis quis contueri Dominum noſtrum, Moſen Prophetam, p.m. voluerit, ſiſtat ſe, ut audiat benedictiones ejus, & quicquid præterea explicuerit, ipſum præſens videat, eíque valedicat, antequã abeat in locũ, quẽ elegit ei Deus. *Tunc ingreſſus eſt tentoriũ conventus, obtulitq; in altari æneo ſacrificia, Sublatóque velo Ædis injecit altari æreo ſuffitus, cúmq; coluiſſet*

coluiſſet Dominum ſuum valedixit templo, cum Majeſtate & dignitate regia, quæ in ea erat, egreſſus fuit. Congregatis poſtea reliquis Iſraëlitis, juxta ordines ſuos diſpoſitis, occupavit ſubſellium, quo toto ſuperior erat populo, fulgente lumine faciei ipſius, inſtar radij ſolaris: Cœpit igitur habere toti cœtui Iſraëlitarum ſermonem, quo tantum, quantum hominis capit facultas, laudum, Deo, cujus ſancta ſunt nomina, conſecratarum, complexus fuit. Notos etiam fecit tam dies εὐδοκίας, *quàm cauſam iræ Dei, & erroris. Docuit etiam filios Iſraëlis diluvium igneum, diem vindictæ, & retributionis* (ultimum judicium intelligit:) *definivit ſimul tempus reditus ad ipſos. Poſtea prænunciavit illis, quæ deinceps eſſent eventura cuilibet Tribui; & ut in perfectionis atq; integritatis ſtatu firmati, ſtabileſque eſſent, ijs benedixit: Et rata habita fuit precatio ejus. Cúmque totus jam exercitus, copijs ejus* (ſatellitio) *valedicere vellet, cœperunt clamare, ejulare & lachrymari: Ille verò poſt horam imperavit illis ſilentium, juſſitque ſedere: Tunc abijt, ut aſcenderet montem, quem præcepit ipſi Deus, & comitabantur eum Ioſua, filius Nun, Eleazar, ſacerdos, & totus Procerum cœtus, qui valedicturi, in lachrymas ſolvebantur, cùm jam inſtaret diſceſſus ejus, ita ei adhærentes, ut ægrè divelli potuerint. Cúmque valedictio protraheretur, & nox ingrueret, deſcendit columna ignea divina, quæ illos & Dominum eorum ſeparavit, ut nullus, quid accidiſſet ei poſtea, reſciverit. 2. Mors ipſa,* ubi a. *Tempus.* Patric. p. 29.

ومات موسى وهارون ومريم اختهما في التيه في سنة واحدة لتمام اربعين سنه وهم في التيه ماتت اولا مريم اختهم

اختهم في سبعة ايام خلت من نيسان وهـــو برمودة ولها
مايه وسبعة وعشرين سنة ومات هارون عليه السلام في
اول يوم من شهر اب وهو مشري ودفن في جبل هور وله
مايه ثلاثة وعشرين سنة ومـــات موسي عليه السلام في
سبعة ايام من شهر ادار وهو برمهات في ارض مواب
ودفن في الوادي من ارض مواب وله مايه وعشرين سنة

Et mortui ſunt Moſes, Aharon & Maria ſoror earum, in deſerto uno anno; quadraginta commorationis in deſerto completis annis. Et præceſſit quidem Maria ſoror, die ſeptima menſis Niſan, qui eſt Barmuda, nata annos 127. *Mortuus etiam eſt Aharon p. m. die primo menſis Ab ſive Meſchra, ſepultúſque eſt in monte Hur, anno ætatis* 123. *Moſes autem obijt die* 7. *menſis Adar, i. e. Barmahath in terra Moab, ſepultúſque eſt in valle regionis Moabiticæ anno ætatis* 120. Elmac. p. 51. وقال الرب

لموسي انت منقلب الي ابايك وهذا الشعب يضل وادير
وجهي عنهم وامر الرب موسي ان يضع يده على يوشع
ابن نون خادمه ليكون عوضه فاوقفه عند باب القبه
ووضع يده عليه وباركه ودعا موسي اسباط اسرايل
قبل وفاته وتوفي في الجبل ولم يعرف الناس انسان قبره
وعاش مايه وعشرين سنه لتمام ثلاثة الـــف وثمـان
مايه

مائة وثلاثة وسبعين سنة للعالم *Dixitque Dominus Moſi: Tu reverteris ad patres tuos; Hic verò populus errabit, & avertam faciem meam ab illo. Iuſſit igitur Dominus Moſen, ut manum ſuam imponeret Ioſuæ filio Nun, Miniſtro ſuo, qui eſſet ejus loco. Et ſtatuit illum ad fores Tabernaculi, manibúſque ei impoſitis, benedixit illi. Poſtea vocavit Moſes tribus Iſraëlis, antequam moreretur. Mortuus autem eſt in monte. Sepulchrum autem ejus nullus homo novit. Vixitque annos* 120. *ad finem* 3873. *annorum à condito Mundo*. Ita *Schalſch.* hakk. p. 14. a.

Ex Zohar; משה מת ביום ז׳ אדר ואהרן ביום ר״ח אב ומרים
ביום י׳ ניסן וכלם בשנת הארבעים ולא נקברו יחד לטובת ישראל
ובפרשת תרומה אומר שיוסף ומשה ודוד מתו ביום שבת
בשעת המנחה וכנגדם נצטוינו לומר ג׳ פסוקים של צדק
Moſes mortuus eſt die 7. menſis Adar; Aharon die primo Abh; Maria die 10. *Niſan; Omnes anno quadrageſimo* (hactenus exactiſſimè convenit cum Patricide) *non tamen omnes ſimul ſepulti, magno Iſraëlitarum bono. Et in ſect.* תרומה *habetur Ioſephum, & Moſen, & Davidem mortuos die Sabbathi hora Mincha* (i. e. tempore veſpertino, quo preces haberi ſolent: videatur noſtra *διάσκεψις de Sabbatho* S. 8.) *& proptérea jubemur recitare tres verſiculos juſtitiæ*. Confer *Seph. Iuch.* p. 10. & *Sed. Olam* p. 6. f. 1. v. *Modus*. Exprimitur nomine נשיקה, quod *oſculum* notat. Vide *Iuch.* p. 10. f. 1. Dicunt autem Moſen hoc mortis genere mundo valedixiſſe, quod legatur *Deut.* 34. 5. על פי *ad os Domini*. Unde in *Devarim Rabba*; באותה שעה נשקו הקב״ה ונטל נשמתו בנשיקת פה *Ea ipſa hora oſculatus eſt eum Deus, & accepit*

pit animam ejus per deoſculationem oris. Hoc mortis genus adeo lene & placidum eſſe volunt , ut conferatur למשחל בניתא מחלבא *extractioni pili ex lacte.* c. *Sepultura.* De hac *Eliez.* c. 17. *Miſericordiæ* ἔνδειξιν *erga lugentes, unde diſcimus? à S. Bened. qui exercuit benignitatem erga Moſen ſervum ſuum , atque ſepelivit eum ſua manu: Niſi hoc conſcriptum eſſet, non poſſet dici , hinc narratur: Et ſepelivit eum in valle,* Deut. 34. 6. Sed & Aharonis loculum à Deo per aëra ſublatum tradit idem. Veſpillonis munus ſummo Numini conſtanter aſſignât, in *Soth.* c. 1. *Iarch.* Deut. 34. 6. d. *Epicediũ* Ioſuæ, quod his nobis verbis reliquerunt Samaritani lib. ſæpius citato.

بكاه يوشع بن نون ونادا باعلا صوته وقال يا سيد
الاولين والاخرين وكل احد من اولاد ادم شوهد موته
وشوهد قبره وانت من شاهد قبرك اي نبي من الانبيا
يصل الي فخرك او يتطاول الى ذكرك ايـــن احيا
اموات واماتت احيا باذن ربه سواك اي نبيا تشهد
الكفار له ونبوته غيرك اي نبيا في الدهور السالفه والا
تية اسمع جماعته صوت الباري من افق السماوات الا
انت اين نبيا يقف فيصعد كلامه الي العلو فيدفع
السخط وينزل الرحم غيرك اي نبي صام ام يصوم مايه
وعشرين يوما فلياليها بين يدي ربه الا انت اي نبيا
يفتخر بانه كليم الله بغير واسطة الا انت اين من وطي

النار وشق الظلام وخرق السحاب واتصل الي حجاب
القدرة سواك اي كتاب ينسب الي نبيا فيه تعليم
عبادة الباري والتوصل اليه غير كتابك يا قاتل
النيل بعصاته يا كاشف المبدعات يا مظهر المعجز
يا مبين الايات يا منير الظلمات يا من شق البحر
بعصاته يا مهزم العساكر بيده يا دافع السخط بمسلته
يا منزل الرحمة بشفاعته يامن عداه عبادة ربه يا من
خرج من حدود الناسوت والقدرة الناسوتيه الـــي
اللهوتيه يا من عرف ما مضا وعلم ماياتي يـــا مالك
اعدايه بدعايه يـــا سيدي ومولاي كيف اكون
ويكون قومك بعدك فعند تزايد البكا منه ومـــن
الجماعة الذي كانت معه وتطاول الحزن والعويل
والتذلل والتضرع نوي الي موسى لا دوي الي Scal. legit;
يوشع بن نون ; Sed commodius forte نودي الي يوشع
بن نون) ارجع انت ومـــن مـــعـــك مـــن
العسكر ولا تخالف امـــر الله عـــز اســـمـــه

Deflens

Deſlens autem Iehoſchua, filius Nun (*eum*), *altiſſima clamavit voce: O Domine priorum & poſteriorum, omnium utique filiorum Adami, nota eſt mors & ſepultura; tuum verò ſepulchrum quis vidit? Quis Prophetarum aſſecutus eſt gloriam tuam? Quis memoriam tuam duratione ſuperat? Quis excitavit mortuos & interfecit vivos, juſſu Domini ſui, præter te? Cujus Prophetæ prophetiæ teſtimonium perhibuerunt præterquam tuæ? Quis Prophetarum præteritorum & futurorum cætum ſuum audire fecit vocem Creatoris è plaga cœleſti, niſi tu? Quis Prophetarum ſermonem ſuum direxit ſurſum, & depulit iram, & impetravit miſericordiam, niſi tu? Quis Prophetarum jejunavit* 120. *dies & noctes moratus cum Domino ſuo, niſi tu? Quis Prophetarum ſibi tribuere poteſt, ſe locutum cum Deo immediatè, niſi tu? Quis calcavit ignem, ſidit tenebras, rupit nubes, & pervenit ad Potentiæ velum niſi tu? Cui Prophetarum, tribuitur liber in quo cognitio cultus creatoris, & modus perveniendi ad ipſum, niſi tibi? ô qui percuſſit baculo ſuo Nilum! qui patravit miranda; qui oſtendit portenta; explicuit ſigna, illuſtravit tenebras! qui percuſſit mare baculo ſuo; qui in fugam conjecit exercitus manu ſua, qui repulit iram precibus ſuis; qui impetravit miſericordiam interpellatione ſua! quem aluit cultus Domini ſui; qui exceſſit limites humanitatis, & potentiæ humanæ, &* (attigit) *divinitatem, ô qui novit præterita, & ſcivit futura! ô qui ſuperavit hoſtes ſuos precibus ſuis! ô Domine mi, & patrone mi, quid de me & populo tuo poſthac fiet? Cúmque multus fuiſſet fletus ejus, & cætus ejus qui cum eo, creviſſetque triſtitia, ejulatus demiſſio, & abjectio, acclamatio fuit Ioſuæ* (ita enim

 vitio-

vitioſa exemplaris lectio , corrigenda videtur) *filio Nun, Revertere tu, & qui tecum ſunt de exercitu; neque rebelles mandato Dei, cujus potens eſt nomen.* e. *Luctus* totius populi Iſraëlitici, gaudium verò hoſtium ex Moſis obitu conceptum. De quo idem ſcriptor *Samaritan.*

ما رجع يوشع والكهنة مــــن توديع النبي عليه السلام
لقيهم جماعة بني اسرايل واخذوا يبكوا سيدهم كل
جيش بجيشه ولم يقطعوا البكا عليه ثلاثين يوم بلياليها
وسمع الامم ضجيجهم وعويلهم وصراخهم فـــا جتمعوا
يتحربوا في الحدود وفرحوا لما صح لهم النبي عليه
السلام الفرح التام وعملوا على لقي بني اســـرايل

Cùm reverſus eſſet Ioſua & Sacerdotes à valedictione Prophetæ p.m. occurrit illis cætus filiorum Iſraël, qui cœperunt lugere Dominum ſuum, totus videlicet exercitus; neque ceſſârunt lachrymas fundere triginta dies & noctes. Gentes autem cùm audiviſſent, gemitum, ejulatum, & clamorem eorum, convenerunt ut oppugnarent eos in limitibus, & lætati, poſtquam innotuiſſet ijs obitus Prophetæ b.m. mirum in modum, conabantur filijs Iſrael occurrere (laceſſere eos bello.)

Quæ ad *Relatorum* claſſem pertinent, Pater, Mater, frater, ſoror &c. ſupra jam expoſuimus; hoc tantum addimus 1. de Iochebed, matre Moſis, eam, ex traditione judæorum, poſt Amrami fata alii fuiſſe deſponſatam. *Schalſch.* ex Pirk. Eliez. & comment. Iarchij; p. 13. a.

שאליצפן בן פרנך לקח יוכבד לאשה אחר מיתת עמרם ונולד להם

להם אלדד ומידד *Elizaphan filius Pharnach accepit Iocebed in uxorem, mortuo Amramo, & nati ſunt illis Eldad & Medad.* 2. Mariam ſororem fuiſſe uxorem Chalebi, matrem Chur. *Schalſch.* l.c. מרים אחות משה היתה אשת כלב בן יפונה ומהם נולד חור בפרקי רבי אליעזר פֿמה יכן במדרש נראה שלקח גם כן בתיה בת פרעה · וקראה יהודית בפ׳ בן סורר ומורה א׳ חור הוליד בצלאל שעשה המשכן והיה בן יג׳ שנה כשעשאו והיו אביו ואבי אביו בני ח׳ שני׳ כשהולידו זה לזה ואין ספק שזה היה חוץ מהטבע ומעשה נס במדרש ויקהל זראה שדוד המלך יצא מזרע בצלאל ובאולי ר״ל מצד הנשים *Maria ſoror Moſis fuit uxor Calebi, filij Iephunne; è quibus fuit ortus Chur. In Capit. Eliez. c.* 45. (id ipſum *apparet in Midraſch*) *quod etiam duxerit Bithiam, filiam Pharaonis, quam appellavit Iudith.* Cap. Filius rebellis & refractarius (Talmud. locus eſt) *dicitur Chur genuiſſe Bezaleelem, qui conſtruxit Tabernaculum, cùm natus eſſet annos* 13. *Pater autem & avus ejus agebant annum octavum, cùm genuiſſent: quod, procul dubio, naturæ limites excedit, & miraculis annumeratur.* Ex *Midraſch* S. ויקהל *apparet, Davidem egreſſum ex ſemine Bezaleelis, id fortè de linea materna* debet intelligi V. Ad *Synchroniſmũ* ſpectat 1. *Regimen* tum Ægyptiacum, tum Barbaricum. *Ægyptiaco* tempore Moſis præfuit, عمبوس, ut appellatur à *Patricide.* Ita ille deſcribit ſupplicium ejus.

فان فرعون اطلق بني اسرايل فقال لهم ادهبوا مع موسي واعبدوا ربكم في الجبل المقدس وبعد ثلاثه ايام

ايام ارجعوا الي مواضعكم فامر موسي نسا بني اسرايبل
ان يستعيروا من نسا المصريين ثيابهم وحليهم ويلبسونه
ففعلن ذلك فاخرجهم موسي من مصر وهم ستماية الف
نفس وانشق البحر لهم بامر موسي واجازتهم في
وسطه وندم فرعون على تخليته بني اسرايبل وكان
اسم فرعون موسي دميوس فخرج خلفهم في ستماية الف
من اصحابه واخذ في اثرهم فرجع الماء عليهم فغرق
فرعون واصحابه ولم يفلت منهم ولا واحد

Dimiſit autem Pharao filios Iſraël, dixitque illis: Abite cum Moſe, & ſervite Domino veſtro in monte Sancto, ſed poſt triduum redite ad loca veſtra. Præcepit autem Moſes mulieribus filiorum Iſraël, ut ab Ægyptijs mulieribus mutuò peterent veſtes & monilia earum, eadémque induerent. Et obſecutæ ſunt. Eduxit igitur eos Moſes Ægypto, numero 600000. *Ruptóque, mandato Moſis, mari traduxit eos per medium. Pænitentia verò ductus Pharao, quòd dimiſiſſet filios Iſraëlis (nomen autem Pharaonis illius fuit Hhomius) prodijt contra illos exercitu conſtanti* 600000. *eóſque fuit inſecutus: Redeunte autem aqua ſubmerſus fuit cum exercitu ſuo, adeò ut ne quidem unus evaderet.* Kirch. in Oedip. ſuo Thamuzum appellatum fuiſſe ſcribit ex Philaſtrio, dubio procul, qui; *Thamuz* (vitioſè quædam exemplaria habent Thamur) inquit, *Pharao ille dicebatur Rex Ægyptiorum, qui*

qui ſub Beato Moſe Ægyptijs præſidebat illo tempore. Atqui nonnullis (obſervat *Selden.* de Diis Syr. p. 338.) *Chencheres* appellatur, qui ſub exitu, in Ægypto Pharao regnabat, undecimus nempe decimæ octavæ Dynaſtiæ Dioſpolitarum. *Acherres* aliis, ejuſdem Dynaſtiæ duodecimus. Aliis *Petiſonius* (qui Peteſſentius nominatur in excerptis illis barbarè verſis ex Euſebij Chronico,) *Tuthmoſis* denique ſive *Themoſis* etiam nuncupatur. *Elmacinus* non quidem exprimit nomen Regis, de ipſo verò exitu, ſic breviter p. 48. وخرجوا ستماية الف رجل سوي الحشم والعيال وصعد معهم من الغربا والمواشي كثير ومدة سكنهم بمصر ثلثماية وخمسة عشر سنه ومن ادم الي خروجهم من مصر ثلاثه الف وثمانماية ثلاثه وثلاثون سنة *Egreſſi ſunt* 600000. *viri abſque famulitio & infantibus. Aſcenderúntq; cum illis peregrini, quadrupedes item multi. Tempus autem habitationis eorum in Ægypto annorum fuit* 315. *Ab Adamo ad exitum elapſi ſunt anni* 3833. Patricides ait; من ادم الي خروج بني اسرايل من مصر ثلاثه الف وثمانماية خمسة وثلاثون سنة *Ab Adamo ad exitum filiorum Iſraelis ex Ægypto, eſſe* 3835. *annos.* quod poſtea ſic probat, quia من ابراهيم الي خروج بني اسرايل من مصر خمسماية سنة وسبع سنين فمن فالق الي خروج

خروج بني اسرائيل من مصر الف وثمانية واربعين سنة
ومن الطوفان الي خروج بني اسرائيل من مصر الف
وخمسماية تسعة وسبعين سنة *Ab Abrahamo ad exitum filiorum Iſraelis ex Ægypto ſunt* 507. *anni. A Phalego ad exitum filiorum Iſraëlis ex Ægypto* 1048. *A diluvio ad exodum* 1579. Ad diluvium autem à condito orbe ſup. p.10. numerabat الفان ومايتان وخمس وستين سنة 2265. *annos, juxta* Epocham Græcorum, quam ſequitur; ubi tamen anni redundant novem. Conficit enim hic numerus conjunctim 3844. De *Barbarico* regimine *Elmac.* p. 12. قال زوبهار في تاريخه في دلك الزمان
ملك ازور ابن افريدون الصغير صاحب خوارزم
عوضا عن ابيه ستون سنة واحسن الي الرعية
وعدل عليهم واقرهم علي عادة ابيه وجده
Dicit Zubehar in Hiſtoria ſua: Regnavit hoc tempore Azur, filius Aphridun minor, Princeps Chowarazmiæ loco patris 60. *annos; & benefecit ſubditis, juſtéque eis præfuit, in patris & avi conſuetudine eos confirmans.* Sic author lib. *Zem.* P. 11. tempore Moſis ad gubernacula vult a. in Babylonia *Sparetum*, numero 17. *Aſcatadem*; b. in Ægypto *Ptolemæum*, qui fuerit Pharao Moſis decem plagis affectus. In *Schalſch.* tamen p. 91. Chenchres & Amaſiæ nomina occurrunt. *R. Gedalias* verò inter Συγχρονικὰ habet primam *Maji* menſis nomenclaturam; inventionem lyræ, Mercurij Medici magni, Saturni Geo-

Geometræ, Æſculapij Medici & Optici, primi Athenienſium Regis; mentionem, ultimi i.e. duodecimi etiam, qui tempore Samuelis fuit mortuus, & mutatæ eorum Reipublicæ, meminit. Refert; quartum Athenienſium Regem reperiſſe auri & argenti fodinas; eodem tempore יבוס מזרע אבימלך בנה חומות ירושלם ועשה בה מבצר חזק שאחר כך נקרא ציון וזה פי נפל פחד היהודים עליהם ואפילו שישראל ירשו עיר ירושלם לא יכלו לכבוש המבצר עד ימי דוד *Iebus ex ſemine Abimeleci extruxiſſe muros Hieroſolymitanos, & feciſſe ibidem propugnaculum forte, quod poſtea obtinuit nomen Zion, idque ideo, quia invaſit eos terror Iudæorum: Et quanquam Iſraelitæ occupârint urbem, propugnaculum tamen occupare non potuerunt ad dies Davidis.* Recenſet etiam, 1. דיאניסו המצרי בראות מכות מצרים ברח משם עם עמים רבים והלך לאינדיאי *Dionyſium Ægyptium, cùm videret multas illas plagas Ægyptiacas, inde fugiſſe cum multis populis in Indiam.* 2. Septimo poſt exitum anno inventum eſſe compendium לחפיר בורות מים *fodiendi puteos*; quod tamen limitatè intelligi vult; ut ſignificetur initium לבנות עם אבנים סביב לבורות כי כבר אמרה תורה שהאבות חפרו בארות להשקות בהמות *extruendi lapides circa puteos, cùm Lex jam dixerit, patres fodiſſe puteos, ad beſtias adaquandas.* 2. Sardiniam & Corſicam incunabula habuiſſe. 3. Ianum in Italia regnâſſe, אשר זאת היא תחומה כדברי הקרוניקי אורכה אלף ועשרים מילין ורחבה ת מילין והרחב יותר קטון הוא קלו מילין *cujus*

cujus limites, *juxta Hiſtoricos ſint longitudinis* 1020. *milliaria*, *latitudinis* 400. *milliar. minimæ autem latitudinis* 136. *milliar.* 4. Thebas, matrem eruditorum, conditas fuiſſe, paulo ante Trojam verò iterum deſtructas. 5. Moſen & literas Græcas, & arma inveniſſe; qui etiam à Gentibus, ob abſolutam eruditionem, fuerit vocatus Mercurius. Inſignem fuiſſe Poëtam, in cujus ſcriptis varia reperiantur carminum genera. 6. Iethronem cheiromantam fuiſſe peritum שהיה חכם גם כן בשרטוטי היל ידים ופנים quod ex Zohar mutuavit. 7. שהלך פרעה אהרי ישראל ונטבעו בים היו ת׳ר קרונות ומאתים אלף שכירים ונ׳ אלף סוסים *Exercitum Pharaonis, qui, inſecutus Iſraëlem, demerſus eſt in mari, conſtitiſſe* 600. *curribus*, 200000. *mercenarijs & 50000. equis*. 8. Genuam eodem tempore ortum habuiſſe. 9. Atlantem Magnum, excellentem Aſtronomum, fratrem verò ejus egregium Phyſicum, fuiſſe Magos Pharaonis. 10. Originé multarum diſciplinarum, artium, aliarumque rerum enarrat, & ſingula ferè ſingulis nationibus, Ægyptiis cumprimis multas venedicat; inter alia שחלקו ושנה כ׳ב הלקים וסדרו שלא יכנסו בבית התפלה הנשים עם האנשים ושירחצו פניו ורגליו כשירצו להתפלל *quòd diſtinxerint annum in partes duodecim; conſtituerint, ne Proſeuchem ingrediantur mulieres cum viris; ut lavent vultum & pedes ſi velint orare &c.*

II. יהושע *Iehoſchua.*

Iehoſua, vulgò *Ioſua*; Arab. modò يوشع appellant, modò

modò يشوع id quod ex *Patricide* & *Genealogia* Adami apparet. Hujus conſiderabimus *vitam* & *mortem*. In *illa* habemus *Nativitatem* & res *geſtas*. De *Nativitate* notandum; Annum natalem eſſe incertum. Unde *Zem. Dav*. P. 1. *Ioſua filius Nun videtur natus eſſe anno* 406. (millenarij tertij) *vide autem infra ad annum* 489. Ibi verò ſcribit: *Ioſua introduxit Iſraëlitas in terram anno* 41. *ab exitu Ægypti anno* 489. *quia ſupputatio annorum exitus ex Ægypto fit à Niſan; & dicitur in Ioſua* c. 4. Et populus aſcendit ex Iordane decimo die menſis primi. *Ioſua autem ſecundus fuit, cui traditio facta eſt, uti ajunt c.* 1. *Abboth. Nam quando ceſſaverit, in Biblijs non reperimus. In Seder Olam c.* 12. *ſcriptum eſt, quod Ioſua judicaverit Iſraëlem* 25. *annis, ut fuerint ab anno* 488. *ſtatim poſt mortem Moſis, uſque ad annum* 516. *Hoc verò non eſt nobis notum, niſi ex Kabbala; aliquid etiam ex dictamine rationis; ut ſic aptetur calculus trecentorum annorum, quos memorat, uti exponit Raſchi ad librum judicum c.* 11. *quamvis hæc ratio impugnanda ſit*. Res *geſtas* intuebimur pro ſtatu 1. *Oeconomico* 2. *Eccleſiaſtico*. 3. *Politico*.

A. In *Oeconomico* id potiſſimum obſervant Hebræi, quod conjugii vinculo ſibi copulârit Rahab. *Schalſch*. 14. a. במדרש רחב היתה בת י׳ שנים כשיצאו ישראל ממצרים וזנתה כל מ׳ שנים שעמדו ישראל במדבר וכן נראה. בזבחים פ״ד והיתה אשת יהושע והיה להם בנות ויצאו מהם ח׳ נביאים כנראה בפק דמגלה והם ירמיה חלקיה מחסיא חנמאל שלום ברוך בן נריה יחזקאל בן בוזי וי״א אף חולדה הנביאה *In Midraſch habetur; Rahab natam* 20. *fuiſſe annos*, cùm

cùm exirent Iſraëlitæ ex Ægypto, fornicatámque fuiſſe 40. annos quibus ſubſtiterunt Iſraëlitæ in deſerto. Idem manifeſtum eſt ex Cod. Zebachim c.14. Fuiſſeque conjugem Ioſuæ, è qua prodierint octo Prophetæ, ut ex c.1. Megilla patet, nempe Ieremias, Chelkia, Mahaſia, Chanamael, Schallum, Baruch, filius Neriæ, Ezechiel, filius Buzi. Sunt etiam qui dicunt, Chuldam Propheti ſſam inde ortum habere. Vocatur Rahab *Ioſ.* c. 2. זונה quod *meretricem* alii vertunt; ita LXX. & ex iis Apoſtolus *Heb.* 11. 34. *Elmac.* p. 52. الزانية Alii tamen à זון alere, quaſi *hoſpitam* dicas; Ita Samarit. lib. *Ioſ.* p.m.7. & *Ionathan* in Paraph. Vide Lex. Talmud. *Buxt.* p.1784.

B. Quo ad *Eccleſiaſticum*, tribuunt illi 1. *Continuationem* שלשלת הקבלה *catenæ traditionis.* In Schalſ. p.14. יהושע היה בן פב שנים כשקבל התורה ממרעה היה שנת ב' אלפים תפח לבריאה *Ioſua fuit filius* 82. *annorum, cùm accepit legem, à Moſe Magiſtro noſtro, qui fuit annus mundi* 2488. Et in *Abh.* c.1. משה קבל תורה מסיני ומסרה ליהושע ויהושע לזקנים וזקנים לנביאים ונביאים מסרוה לאנשי כנסת הגדולה *Moſes accepit Legem* (intelligunt oralem) *è Sinai eámque tradidit Iehoſuæ. Iehoſua Senioribus; Seniores Prophetis, Prophetæ tradiderunt eam viris Synedrij magni.* ubi *R. Chiun* in comment. ומסרה ליהושע אין הכונה בזה של יהושע לבדו מסרה כי ג' פעמים מסרת לאהרון ולבניו ולזקנים ולכל ישראל כאומרו וישובו אליו אהרון וכל הנשיאים בעדה וידבר משה אליהם ואחר נגשו

נגשו. כל בית ישראל אבל הזכיר יהושע להיותו הגדול שבכולן ואשר נמסרה לו הנהגת ישראל אחר מותו

Tradidit eum Ioſuæ. *Non eſt intentio , quaſi ſoli Ioſuæ tradidiſſet eam: Ter enim illam tradidit Aharoni, filijs ejus, ſenioribus , & toti Iſraël , juxta id quod dicitur: Et reverſi ſunt ad eum Aharon & omnes Principes in cætum : Et dixit Moſes ad eos. Poſtea appropinquarunt tota domus Iſraël &c. Solius autem meminit Iehoſuæ, quia maximus erat inter omnes; & quia ei ſimul traditum fuit regimen Iſraeliticum poſt mortem ejus.* 3. Obſervationem Legum Moſaicarum tum ante occupationem terræ ſanctæ, tum etiam poſt eam. *Ante eam* occurrunt a. *Prophetæ*. Patricid. p. 31. وتنبا في ايامه

لعازر ابن هارون وفينحاس ابن لعازر ابن هارون

Et vaticinati ſunt diebus ejus Eleazar filius Aharonis; Pinchas filius Eleazaris, nepos Aharonis. In Ægypto verò hoc munus vendicatur aliis. Id. p. 26. وتنبا في مصر

من بني اسرايل زاراح من ولد ايودا وزمري وابياثر

وهيمان وخلكوك ودرداع *Prophetârunt in Ægypto ex filijs Iſraël Zarach, ex filijs Iehuda Zimri, Abiathar, & Heman, & Chalcuk* (Chalcol) *& Deradah*, (Derach.) 6. *Celebratio Paſchatis*. Elm. p. 53. وصنعوا الفصح

في سياج اريحا فاكلوا من غله الارض قمحا جديدا في عيد الفصح ومن الغد انقطع نزول المن عند اكلهم من غلة الارض

Et fe-

Et fecerunt Paſcha in campeſtribus (prop. ſpinetis) *Ie-richo* ; *ederúntque de fructu terræ proventum novum in feſto Paſchatis. Pridie autem ceſſavit deſcendere Manna, quum jam ederent de fructu terræ.* Vide Ioſ. 5. v. 9. Et lib. *Ioſ. Samarit.* p. 75. حلوا في بقاع يريحا في اول يوم من الاربعه عشر وصنعوا فصحا في هذا الوقت واكلوا فطير من الغلات الجديده وارتفع المن عند دخولهم الارض واكلهم من غلاتها وثمار شجرها *Caſtrametati ſunt in valle Hierichuntina initio diei* 14. (aut aliquid ſubintelligi debet hoc ſenſu: *menſis primi, die* 14. quo paſcha celebrare ſolebant) *fecerúntque Paſcha hoc tempore, edentes azymos è novis frugibus* : *Et ſublatum eſt Man cùm ingrederentur terram, & ederent de ejus proventu, & fructibus arborum ejus.* c. *Repetitio circumciſionis.* Patricid. p. 29. وصعد يوشع مع بني اسرايل الي جبل كنعان ولما كان بني اسرايل في التيه اربعين سنة لم يختتنوا ولما ملكوا الاردن وما حوله وما اختلطوا بالامم امر الله يوشع ابن نون يعمل سكاكين من حجارة الصوان ويختن بها بني اسرايل وفعل ذلك وجنس من الحبشة يقال لهم البجاه يفعلون هذا الي هذه الغاية *Aſcendit autem Ioſua cum filijs Iſrael montem Cananæorum: cúmque Iſraelitæ in deſerto fuiſ-*

fuiſſent 40. *annos, non circumcidebantur: Cùm verò occupato autem Iordane, & quæ circa eum ſunt, cum Gentibus non commiſcerentur, mandavit Deus Ioſuæ, filio Nun, ut faceret cultros ex duro lapide* (rupe) *quo circumciderentur filij Iſraël: id quod fecit. Gens autem Æthiopica, Baghæi nomine, idem fecerunt ad hoc uſque tempus.* An fortè ſunt incolæ بجاوة quæ provincia eſt Nubiæ, Arabes inter & Abaſſinos: Unde Camelorum genus quoddam بجاوية cognominatum. d. Samaritanorum lib. Ioſuæ, eidem aſſerit repetitionem hymni, ſive ἐπινικίȣ adornati à Moſe, poſtquam mare rubrum tranſiiſſent, cum augmento. p. 74. حينئذ سبح يوشع بن نون وبني
اسرائيل التسبحة التي سبح بها سيدنا موسى النبي
عليه السلام في بحر القلزم وزادوا فيها تحميد وتهليل
وحمدوا وشكروا بما تفضل الله به عليهم ومن جملة
التسبيح الذي سبحوا به انهم قالوا من مثلك يا متناهي
بالقدس يا هول يا مطلع يا صانع البدع يا فاعل
العجوبات يا مظهر المعجزات وكيف يا ربنا نقول يا
مبين الايات يا منير الظلمات من كمثلك ليس
كمثلك مثل فانت فاعل الانفعال والامثال والاجرام
والاشكال والصور والروحانيات المتكيف بصفات خلقك

Tunc celebravit Ioſua filius Nun, cæterique filij Iſraël, hymno quo laudavit eum (Iehovam) *Dominus noſter*

 Moſes,

Moſes, Propheta p.m. propter mare rubrum; addentes encomia & hymnos, quibus extulerunt & gratias egerunt pro beneficijs Dei in ſe collatis. Inter cæteros verò hymnos etiam hunc recitârunt: Quis tibi ſimilis, ô qui ſumma polles ſanctitate! ô terribilis! ô qui manifeſtandum te præbuiſti! qui res novas produxiſti! mirabilia patrâſti! miracula oſtendiſti! Quid, ô Domine dicemus? ô qui manifeſtas ſigna! illuſtras tenebras! quis tibi ſimilis? Nemo. Tu enim facis opera, ſimilitudines, corpora, figuras & formas; tu ſpiritualibus indis qualitates naturæ tuæ.

Poſt *occupatam* verò *terram* Samaritani in Ioſua commendant, I. Καθαρισμὸν, frequentiâ populi magnâ illuſtrem. Ita p. 86. ثم اعتزل للتطهير هو وكل من معه
وكان ينزل من طور بريك نهر عظيم يسقي المرج وينزل
الملك عليه وجميع عسكره ولما تتكمل تطهيره قرب
العازر الامام عليه السلام عنهم القرابين وعيدوا باحسن
عيد وامر كامل مجتمع لـــم يشاهد احسن منه لان
القوم كانوا بجملتهم لا يتفرقوا في اقطاعهم وكانوا
اذ صرخوا وسجدوا وهللوا سمعوا من المواضع البعيدة
المتناهية فلما انقضا العيد اجتمع الملك وجماعته
واخذوا في تدبير قسمة الاقـــطـــاع على جماعتهم

Tum deflexit ad purificationem, ipſe, & qui cum illo erant: Deſcendebat autem de monte benedicto magnus fluvius,

fluvius, qui irrigabat planitiem; ad quam ſe Rex contulit cum toto exercitu. Abſoluto autem καθαρισμῷ, *obtulit Eleazar ſacerdos p.m. pro ijs ſacrificia, feſtúmq; celebrârunt ritu pulcherrimo & perfectiſſimo, adeò ut nemo abſolutiorem viderit. Erat enim tum populus adhuc congregatus, non diviſus in hæreditates ſuas. Cùm autem clamarent, laudarent, celebrarent hymnis, ex locis longinquis, atque diſſitis ſunt auditi. Exacto autem feſto, convenerunt Rex totùſque cœtus, cœperúntque diſponere diviſionem terminorum in cœtus ſuos. 2. Extructionem templi* in monte Garizim. De ejus ſitu & præſtantia p. 92.

فخرج عمل الجبل المفضل في اقطاع يوشع بن نون الملك ورفيقه كلب المقدم على جماعة السبط وسار بهما معه واستقر كل واحد في موضعه وفرق بعض اللبوانيه كل واحد في الموضع الذي افرد له من جملة الاقطاع الخارج عن القسم ليتولوا امور الناس للصلاة والاحكام وتسليم الاعشار وانفاذ القرابين وسلم الي كل سبط روسا حكام يكاتبوا الامام ويطالعوا بما يجري في مواضعهم وبنا يوشع الملك حصن على الجبل من شامي طور بريك يعرف بشمرون وكان يجتمع مع العزر في كل جمعة يوما واحد ومع اهل الرياضة يوما لمدا كرتهم ومع الروسا يوما لتفقد احدا لهم وعن شغله هو يوما والنظر في اموره وثلث ايام لا يفارق كتاب

الله

الله ليل ونهار وهذه كانت سيرته في ملكه اذ لم
يخرج الي ملحمة ولا يتوجه الي حال منهم وبنا
كنيسة على راس طور بريدن فجمع فيها هيكل الرب
ولم يشاهده احد بعده الا الكهنة واللاوانية

Ceſſit autem regio montis præſtantiſſimi in diviſione terræ Ioſuæ, filio Nun, Regi, ejuſque ſocio Chalebo, Duci omnium tribuum, quem cum eo habuit communem (puto enim legendum; شاركها معه) *cúmque unusquisque jam in ſuo ſubſiſteret loco, quoſdam ſeparavit Levitas, unum quemlibet in locum, qui peculiariter ei aſſignatus fuit ex tota diſtributione, proinde à diviſione exceptus, ut illis præeſſent rebus hominum, quæ ad preces pertinent, judicia, traditionem decimarum, oblationem ſacrificiorum. Dedit etiam ſingulis tribubus primarios judices, qui ad Pontificem omnia perſcriberent, certioréma eorum, quæ evenirent, in ſuis locis facerent. Extruxit deinde Ioſua munimentum ſuper montem, ad latus ſiniſtrum* (leg. شومي) *montis benedicti, cui nomen Schamrun* (at hic longè poſt à Schemer ortum habuit 1. Reg. 16. 24. qui montem Amri Regi vendidit: nimis manifeſta vel malitia vel ignorantia) *ubi convenerat cum Eleazaro ſingulis ſeptimanis diem* unum, *cum Geometris, diem* alterum, *ut* rei geſtæ *memoriam ÿs refricaret; cum Principibus* ſive primoribus populi *diem* tertium, *ut inquireret in ſtatum eorum; diem etiam examini ſuarum occupationum, & negotiorum dedit. Triduo autem toto non recedebat Liber Domini, diu noctúque. Atque adminiſtratio fuit regiminis*

minis ejus, quando in bellum non prodijt; neque alio aliquo profectus fuit. Erexit inſuper templum in vertice montis benedicti, in quo Sacrarium Domini, quod tamen poſt ipſum nemo vidit, niſi ſacerdotes & Levitæ. Rectè faciunt, quod quæ nunquam fuerunt, hominum oculis ſubducta mentiantur! Ita ſolent, qui vel miracula crepant, vel prodigia. Plerique ſine arbitris, ſine teſtibus, ſine die & conſule deblaterant quicquid in buccam venerit, examini aut quæſtioni ſubjecti, ad κωφὰ πρόσωπα, & ignota atque obſcura nos rejiciunt nomina. Qua de re alibi. Sacræ literæ, & conſtans Iudæorũ Traditio volunt, ſacra peracta fuiſſe alibi. *Zem. Dav. P.1. Tabernaculum fuit in Gilgal, omnibus diebus ſubjugationis & diviſionis ſpatio* 14. *annorum, juxta ſententiam Seder Olam Rabba*, c.11. Poſtea tamen A.M.2503. *Tabernaculum in Silo cœpit eſſe poſt* 14. *annos à diebus ſubjugationis & diviſionis terræ anno* 503. 3: *Legis* Moſaicæ ſtrictam *obſervationem*. Habet lib. Ioſuæ Samarit. caput; quo recitatur, خبر ما كان يعمل في ايام الرضا *Hiſtoria eorum quæ acciderunt tempore pacis & tranquillitatis*: quæ, etſi longius excurrant, curioſo lectori, ex ſcripto planè ἀνεκδότω, non invidebimus. وهم يحفظون السبوت والا جتماعات اعني الشهور والاعياد ويسمطوا الارض من تاريخ يوشع الملك في كل سبع سنين سنة واحدة لا زرع فيها ولا فلاحة بل اكل احد ما يحتاج وكانوا بني اسرائيل يسلموا للبوانية عشر كلما يجبهم ويملكوا

 من

من كل زرع وفاكه وحيوان وغير دلك وكان
اللهواني يسلم عشر دلك الي الكاهن الكبير وكان
لبني اسرايل عشر ثاني ينفقوا على نفوسهم في يدي
الله وعلي الايتمة والضعفا وادا نصبوا في الارض نصب
مجده كانت ثمرتها لا توكل الا في السنة الرابعة يا
كلها الامام والخامسة مطلقة مباحة لكل احد
وكان العبد العبراني الدي عبد في سبع سنين يعتق ويزول
عنه المملكة وادا احتاج الاسرايلي فباع ولده وباع
نفسه له ابدا تحاسب بسنيه مثل الاجر وادا لم يوجد
للعبد الاسرايلي من يفكه لا قريب ولا بعيد يعتق في
سنة اليوبيل وكدلك اراضيهم التي تباع وكان في
كل سبعة سنين تقسم الارض علي الاسباط بالزايد
والناقص وكان لهم ابدا روس ارواس وشي تحمله الي
بيت الدال وكان البكر من الحيوان والزرع والثمار
يحمل الي الولي وكان لا يدبح احد شي من الضان
والغنم والبقر الا علي المدبح في طور يزيك الا ان يكون
معيوبا من السبعة لجناس مثل الايل والحمور الجاموس
والغزال

والغزال والزرافه وكان لهم حكام ينصبون عليهم
الامور والنواهي في كل وقت ليحفظوا ذلك حق الحفظ
وكان لا يقدر احد منهم يفعل منكر مثل
كفر وغيره من السحر حتي ينكشف ثم لا يدري فاعل
الفاحشه الا قد اخذ وهو في اقصا الاقطاع وذلك من
اظهار الجواهر الذي كانت على الولي وكان هذا
الولي يسقي المراة اذا اتهمها زوجها من ما الهيكل
ويلعنها ان كانت غدرة بها تنجست بغيره وان
كان بريه الجهه ذلك وعادت سالمة وان كانت
سقيمة انهتكت وهلكت في وقتها ومثل ذلك ان لا يقتل
قتيلا بري حتي يعرف قاتله احوال كانت تعمل ثم
يظهر الحق وكانت الخطايا والسهوات والاحرال الوحشه
الذي يفعلها العبد من غير تعمد يكفلها الولي الامام
في كل يوم الصوم وهو اليوم العاشر من الشهر السابع
يكون فيه طهر الانفس والارواح مثل تشديد الخمير في
عيد الفطير وكان مراتب اللاويين بعضهم يكتب
التوراه وبعضهم يكتب التسابيح والنسب وبعضهم يحفظ
بيت مال بني اسرايل وبعضهم يحفظ الصعيدة الدايمة
الراتبه والهدية المتواصلة في الهيكل وبعضهم يحفظ
دهن

Digitized by Google

دهن المسحة وبخور العطور ولضوح القرابين والسميد
والزيت والاسراج وبعضهم تحفظ انية الهيكل وترتيبها
وتفقد احوالها وبعضهم تختار البهايم مــن العيوب
وبعضهم يذبح وبعضهم ينضح الدم على المذبح وبعضهم
ينصب الذبايح وكل جيش مرتب لخدمته لا يفارق
ما رسم لــه وكان قربان الصعيد الدايمة قبل طلوع
الشمس وبعد غروبها وساعة تفرغ الصعيد على المذبح
يضرب الكاهن بالبوق على راس طلوع بريك ثم
يضرب الايمة في كل صقع يكون طرفة عين حتى علموا
ساير بني اسرايل ووصل اصعاد القرابين على المذبح
وقاموا يصلوا وكانت الصلاة مقبولة والبركات متصلة
والنعمة متكاملة والرحمة شاملة والاحوال مستقيمة
والامور معلومة منهومة بالنور والسعد وكان الاتصال
بينهم وبين ربهم قريب *Illi autem obſervabant Sabbatha, & ſolennes congregationes i.e. Neomenias, & feſta. Et intermittebant* (Schemitoth celebrabant, de quarum initio videatur *Zem. Dav.* P. 1. p. 17. & Not. *Vorſt.* p. 210.) *cultum terræ, juxta Epocham Ioſuæ* (neque tamen dicit, unde illa ortum ſuum ducat; ſeptimo anno κληρουχίας ſive diſtributionis, an verò γεωργίας, quorum illud R. D. *Ganz* aſſerit) *Regis; ſingulis nempe annorum hebdomadibus uno anno non ſerebatur, nec colebatur; ſed uni-*

unicuique, quantum opus habebat, ſuppetebat. Pendebant autem filij Iſraël Levitis decimas de omnibus quæ acciderent illis, quæque poſſidebant, ex ſatis, frugibus, beſtijs, &c. Has autem tradebant decimas Levitæ Pontifici maximo. Sed & aliæ erant Iſraëlitarum decimæ, ſecundæ appellatæ, quas ipſimet Deo erogabant in uſum orphanorum & pauperum. Quotieſcunque autem in terra plantârunt plantam novam, fructus ejus non comedebatur ante quartum annum, quo eſui ceſſit ſacerdotis; quinto verò liber erat & permiſſus unicuique. Famulus Hebræus, qui ſeptem ſervijt annis, manumittebatur, dominio ejus abſoluto. Quòd ſi Iſraelita opus habuit ut venderet filium ſuum, imò venderet ſe ipſum; redemtio patuit ei ſemper, modo numerârit annos ſuos, ut mercenarius. Si verò non repertus fuit, qui famulum liberaret Iſraëlitam, nec propinquus nec remotus, dimiſſus fuit liber jubilæi anno. Eadem ratio fuit terræ eorum venditæ. Dividebatur autem unoquoque anno ſeptimo terra inter tribus, ſive redundârit aliquid, ſive defuerit. Conſtituebant etiam ſemper principes ſummæ capitalis (Exactores cenſus Capitalis,) *qui reditus* (prop. rem) *in gazophylacium reconderent. Primitias autem è beſtijs, ſatis, frugibus afferebant ſacerdoti. Quiſque ſua offerebat de gregibus, & armento, ſuper altari in Monte benedicto*: Niſi fortè maculam habuerit, una ex ſeptem generibus, beſtia; *ariete, dama* (ſic vocem יחמור *Deut.* 14. 5. quidam reddunt; *Kimch.* ſcribit eſſe animal ſimile capræ magnæ; Arabibus eſt animal bicorne in ſilvis degens; haud diſſimile cervo; at eo velocior, juxta *Demir.* Onager ſive aſinus ſilveſtris, ex mente *Gieuh.*) *bubalo, cervo,* camelo pardali &c. *Habebant etiam judices, quibus incum-*

cumbebat cura præceptorum affirmatiorum & negativorum quocunque tempore, ut ſtatutum obſervationis diligenter tenerent, adeò ut nulli licuerit deſignare facinus indignum, ut eſt infidelitas, aut ſi quid ei ſimile fuerit, Magia, &c. quin illud revelaretur; id quod tamen neſciebat author ſceleris, niſi prius deprehenſus fuerit, etſi longiſſimè abeſſet, idque beneficio lapidum pretioſorum (intelligit Urim & Thummim) *quos habebat ſacerdos. Idem ſacerdos* (ita vox hæc, quæ Præſidem aliàs provinciæ, præfectum, adjutorem notat, ſumi hoc loco debet) *potum præbebat mulieri, ſi ſuſpectam eam habuit, ex aquis templi* (Syri rectiſſimè appellant ܡܝ̈ܐ ܕܒܘܚܪܢܐ *aquas exploratonis*; de quibus *Append. Grammat. Chald.* Syr. p. 180. & *Anal.* P. 1. p. 108.) *eique maledixit; ſi prævaricata eſſet in eo, & cum alio ſe polluiſſet. Ubi fuit innocens, ea in parte, evaſit ſalva; ſin autem ægra fuit* (moraliter potiùs, quàm naturaliter,) *diſrupta è veſtigio periit. Eadem ratione, ſi non conſtitit, an quis hominem deſtinata malitia interfeciſſet, donec percuſſor proderetur ſignis & indicijs, quæ fiebant, veritas manifeſtata fuit. Pro peccatis, delictis ignorantiæ, & omnibas actibus pecuinis, quos quis* ἄπο προαιρέσεως *perpetravit, ſponſorem ſe ſtitit ſummus Pontifex unoquoque die jejunij, qui erat decimus, menſis ſeptimi, in quo fuit* καθαρισμὸς *animarum & ſpirituum; quemadmodum colligatio* (remotio) *fermenti in feſto Azymorum. Levitæ ſuis diſtinguebantur ordinibus. Alij ſcribebant Legis exemplaria; alij hymnos & genealogias; alij cuſtodiebant Gazophylacium filiorum Iſraelis; alij obſervabant ſacrificium juge & munus* (מנחה) *templo perpetuò adjunctum. Alij ſervabant oleum unctionis, ſuffitum aromaticum, aſperſionem ſacri-*

ficio-

ficiorum, ſimilam, oleum, lucernas: Alij cuſtodiebant vaſa templi, & ordinem eorum , & viſitationem ſtatus eorum. Alij eligebant beſtias à maculis. Alij mactabant; alij adſpergebant ſanguine altare; alij ſacrificia (הרימו) *elevabant. Totus autem exercitus juxta ſervitium ſuum diſponebatur, nemo de eo, quod aſſignatum ei fuit, receſſit. Sacrificium juge offerebatur ante ſolis ortum, & poſt occaſum ejus. Hora autem , qua peragebatur holocauſtum in altari , ſacerdos tubam inflavit ſuper vertice montis benedicti: Poſtea idem faciebant ſacerdotes in unaquaque plaga uno quaſi oculi ictu, ut omnes ſimul Iſraelitæ , cùm cognoverint, ſacrificia tolli ſuper altaria , ſurgant & precentur, ſitque precatio eorum grata , benedictiones propinquæ, beneficentia perfecta , miſericordia eos erigens, ſtatus rectè conſtitutus, negotia explorata , & percepta* (luxuria hæc eſt Arabicæ Linguæ, quam aliæ, eadem elegantia non exprimunt) *luce & felicitate.* Multa habet hic locus, quæ vel limam, vel majorem explicationem deſiderant; Neutrum tamen penſi , quod reſtat, permittit ratio. Properamus ergò ad

C. *Statum Politicum* , ubi 1. Brevis totius regiminis deſcriptio. *Patric.* p. 31. وقام يوشع ستة سنين
يقاتل الملوك حتي فتح وملك البلدان ثم بعد
ذلك اقام يقسم الارضي والبلدان على بني اسرايل
اربعة عشر سنة ودبر الشعب احد عشر سنة في هدو
وسلامه *Perſtitit autem Ioſua ſex annos in expugnatione Regum & Gentium, donec occupavit & poſſedit regiones:*

 Poſtea

Poſtea verò cœpit dividere terras & regiones filÿs Iſraël 14. *annos : Præfuit autem populo* 21. *annos in pace & tranquillitate.* At Samaritan. lib. Ioſ. p. 123. ملك يوشع بن نون خمسه واربعون *Regnavit Ioſua filius Nun* 45. *annos.* In ſpecie verò conſiderabimus tempora ejus belli & pacis. *Tempore belli* examinanda veniunt

1. *Annus introductionis.* Zem. Dav. P. 1. *Ioſua Iſraëlitas introduxit in terram anno* 41. *ab exitu Ægypti.*

2. *Spatium ſubjugationis.* Id. *Subjugatio terræ Canaan ſeptem dierum finita eſt anno* 496. (millen. tertij) *Probatio hujus eſt, quod Caleb, poſt ſubjugationem dicat:* Filius quodraginta annorum ego , cùm mitteret me Moſes, ſervus Domini. *Et poſtea ait*; Ecce jam Dominus me in vita conſervavit, ſicuti locutus eſt, his 45. annis, *ut inſcriptum eſt in libro Ioſuæ, c.* 14. *v.* 10. *Jam verò deme ex* 45. *annis numerum annorum ab anno ſecundo , in quo ablegati ſunt exploratores, uſque dum completi ſunt* 40. *anni, qui ſunt* 38. *anni; reſidui erunt* 7. *anni.* Et ad annum 503. *Dies ſubjugationis numerant Magiſtri in Seder Olam c.* 11. *etiam* 7. *annos, & conſummati ſunt anno* 503. *& hoc non eſt nobis notum, niſi ex præſcripto Kabbalæ; & forſan quoque eſt ex ſuggeſtu rationis , ſicut ajunt c. ult. Zebachim: Septem annis ſubjugârunt, ſeptem quoque diviſerunt, terram Canaan ſcil. ſcribit autem ibi Raſchi b.m. his verbis : Quod ſeptem annis diviſerint* (terram) *communis ſeu recepta ſententia eſt. R.D. Kimchi verò ſcribit, in lib. Ioſ. c.* 14. *Quorundam quidem probatio eſt de tempore ſeptem dierum diviſionis , . ſed non eſt perfecta ratio ſeu demonſtratio.*

3. Μερικὴ eventuum memorabilium recenſio, quales ſunt ex Samaritano Chronico

a. *Pro-*

a. *Promiſſio auxilio divini*, p. 59. فلما اطلع الله جل
على اعتقاد الكنانية ومن اجتمع اليهم اظهر القدرة
واوحا الي يوشع بن نون ليشد منه ومن قومه ويعرفهم
اليهم كما كان معهم كذلك يكون ما داموا
تحت الطاعة *Cúmque Deus Opt. Max. detexiſſet conjurationem Cananæorum, & qui cum ijs ſe conjunxiſſent, revelavit potentiam ſuam, ſimúlque inſpiravit Ioſuæ filio Nun, ut ſe ſuóque populo eſſet fortior* (audacior contra iret) *ijſque ſignificaret, quod quemadmodum hactenus fuiſſet cum illis, ita porrò futurus eſſet, quamdiu obſequium præſtarent.*

b. *Expeditio*, Dei juſſu inſtituta. Id. p. 60. لما كان
بعد وفاة موسي كليم الله اوحا الله الي يوشع بن
نون تلميذ موسي عبد الله ان يقول له يا يوشع قم ارحل
وجز بقومك الاردن الي الارض التي انا معطيها لبني
اسرايل كل مواضع التي تطا ارجلكم انها لكم
تكون من البريه والي لبنان ومن نهر الفرات والي
البحر الاخير يكون تخمكم ولا يقف عدو بين
يديكم يا يوشع كما كنت مع موسي عليه السلام

كذلك اكون معك ولا ادعك ولا اتخلا عنك تشدد
وتعظم جدا لا تخاف ولا تجزع لاني كاين معك ومع
قومك في كل موضع يا يوشع لا تبطل قراة ما دونه
موسي النبي وما كتبه مما اودعه للهوانيين في الموضع
لبيت القدس وتحفظ منه ليل ونهارا وكل ايام
حياتك لتحفظ وتحفظ ولا تزوغ عن ما وصاك به يمنة
ولا يسرة, *Poſtquam obijſſet Moſes, ὁ θεολάλος, inſpiravit* (Deus) *Ioſuæ, filio Nun, diſcipulo Moſis ſervi Dei, eique dixit: ô Ioſua, ſurge, proficiſcere, & tranſi cum populo tuo Iordanem, in terram, quam daturus ſum filijs Iſrael: Quemcunque locum calcaverit pes veſter, is veſter erit, à deſerto ad Libanum, & ab Euphrate ad mare extimum erit terminus veſter, nec ſubſiſtet adverſarius in manibus veſtris, ô Ioſua! quemadmodum fui cum Moſe p.m. ſic ero tecum, neque deſeram te, nec ſolum te relinquam. Confortare & magnanimus eſto, ne timeas, neque conſterneris; quia tecum ſum, & cum populo tuo ubique locorum. ô Ioſua, ne aboleas librum quem in publicas tabulas retulit Moſes Propheta, & quæ ſcripta depoſuit Levitis in loco Ædis ſacræ, quæ cuſtodies diu noctúque, omnibus diebus vitæ tuæ; nam ſi illum* (Librũ) *ſervabis, ſervaberis: neque declines ab eo, quod tibi præcepi ad dextram vel ſiniſtram.* Ubi notandum, quæ Samaritanorum de aſſervato Codice Moſis fuerit ſententia.

c. Repetitio fœderis cum toto populo Iſraelitico. Id. p. 61.

p. 61. عند سماع يوشع ما اوحا الله اليه اجتمع العزر
الامام عليه السلام وهــو جالس على كرسي قدسه
ويوشع على كرسي ملكه فاجتمع اليهم الكهنه المقد
مين واللاويين المقربين والاثني عشر روســا
الملازمين والقضا المتقدمين والسبعين الحكما المختارين
وعـــرفـــا الالوف والميين والخمسينات والعشرات
فعند اجتماع هـــذه الجماعة ضربت الابواق وانشوا
المناديين ينادون فاجتمع بني اسراييل فلم يكن بعد
ساعة الا وقد اجتمع اليهم الشيوخ والشبوب وكثير من
النسوة والصبيان وكل الجيوش واخذ يوشع يعدد اليهم
ما اظهره الله جل وعز على يدي سيدنا موسى النبي
عليه السلام وسببهم وسبب اوايلهم ثم عاد عليهم مـــا
كانوا يخالفوه ويمتحنوه ويعصوه وقـــال لهم معاشر
الناس انا قاطع العهد والميثاق عليكم الموجود قبل
وفاة النبي عليه السلام انكم لا تشركوا بالله فانكم
تحفظوا بسط الشرايع الموخون عليها العهد وهي شرح
الشريعة وشرح ما ينال المطيع وما يحل بالمخالف وان
هذا العهد الذي اعاهدكم به ليس معكم وجودكم
بل

قبل انتم ومن تتنسلون الي اخر الدهور وقص عليهم ما
يعتقدوه ساير الاحزاب مـــن عبادة الاوثان وعرفهم
كون الله معهم عند مخالفتهم ولا تنجح طريقهم ولا
يجمع لهم شمل ثم نـــادا باعلا صوته معاشر الناس
لايكون فيكم فاسد النية امراة ولامة يعني بذلك
الشرك بالله وعبادة غيره معه ولا يكون فيكم من
يضمر بقلبه اعتقاد سوا او خلافا لامـــر الله جل وعز
فيكون هلاك هذا القدس العظيم والجملة الكبيرة
والانفصال عن الباري تقدست اسماوه فتبلغ اعدايكم
مرادهم ويتمكنون من نعمكم ومن نساكم واولادكم
ومن اعتقد هذا او شي منه وتحل به كـــل النكبات
المكتوبة في التوراة المقدسة ويمحا الله ذكره مـــن
تحت السماو يميزه الله بالسو دون كل اسباط اسرايل
فاصدقوا عن نفوسكم وعن ضميركم لاجدد العهد
معكم على مـــا تقولوا ويكون الله وسماواته وارضه
وملايكته شاهدين عليكم بما يجـــري بينكم
لتكون

لتكون الحجة عليكم لا لكم ومتى دمتم على حفظ ما
وصيتم به ان الله تبارك وتعالى يباركم ويحفظكم
ويصونكم وينصركم ويكبت اعدايكم ويقطعكم
الارض التي قسم بذات قدرتي لاوليائكم ابراهيم
واسحاق ويعقوب عليه السلام ويحفظكم ويحفظ الارض
بساير السعادات ويرفع البلايات وساير المناحس
ويكثر منكم ومتى خالفتم وعصيتم ارتفع الرضا
عنكم والقدرة من صوبكم ومن اعانكم وتتباعد
الملايكة من صوبكم واسم الملك الاعظم عن نصرتكم
ويحلكم ما مكتوب في كتب السخط واللعنة ويشتت
شملكم ويتناسا امركم وتتمكن الاعدا منكم
ولم يبقي لكم ملك ولا قدس ولا مال ولا رجال
ويبددكم الله في اقطار الارض من اقصاها الي اقصاها
ويستعبدكم ويستملككم فما تقولون وتعتقدون
وتعاهدون ليكون العهد واقع عليكم فهذا العهد الثاني
معكم مضاف الي ما عاهدكم في سيدنا موسي
النبي عليه السلام عن نفوسكم وعن ضمير قلوبكم

Poſtquam auribus imbibiſſet Ioſua ea, quæ inſpiravit ei Deus, congregati ſunt ad Eleazarem Pontificem p.m. (ſedebat autem ille in ſolio ſanctitatis ſuæ, Ioſua verò filius Nun throno regio) omnes ſacerdotes Sancti, & Levitæ, ſacrifici, duodecim Antiſtites aſſiduò ei adjuncti, judices primarij, ſeptuaginta ſapientes & electi, Chiliarchæ, Centuriones, Pentecontarchæ, Decuriones. Interea verò dum conveniret Cœtus iſte, tubæ inflantur, & præcones in varias plagas dimiſſi ſunt, ut convocarent filios Iſraël, adeò ut vel intra horæ ſpatium congregati fuerint ſenes, & juvenes, multæ etiam uxores & adoleſcentes, cum toto exercitu. Cœpit ergò Ioſua recenſere ijs, quæ nota feciſſet Deus Opt. Maxim. per manum Domini noſtri, Moſis Prophetæ, p.m. & eorum, & Majorum eorum cauſa: In memoriam etiam illis revocavit, quod reſtitiſſent ei, tentâſſent eũ, rebellâſſent, dixitq; illis: ô vos, ego pango vobiſcum fœdus, & vinculum, jam ante obitum Prophetæ p.m. datum: Ne Deo ſocium adjungatis; ſed ut ſervetis omnes Leges, fœdere veſtro approbatas (receptas) *explicationem videlicet Legum* (videtur intelligere legem ἄγραφον), *quæ manſura eſſent obedientem* (præmia) *& quæ* (ſupplicia) *deſcenſura in immorigerum. Hoc autem fœdus, quod paciſcor vobiſcum, non vos tantùm tangit, ſed vos, & nepotes veſtros, ad finem ſeculorum. Narravit etiam illis, quæ fides eſſet aliarum Gentium, & cultus Idolorum. Significavit, Deum cum illis permanſurum, quamdiu obſequentes eſſent; ſublaturum autem vultum, ſi rebellarent, neque proſperè ſucceſſuram viam illorum, neq; congregatum iri illorũ disjecta & diſſipata. Poſtea alta clamavit voce, ô vos, ne ſit inter vos corruptus intellectus: ne reperiatur fætor aut abſynthium,*

Digitized by Google

thium , quo ſignificare voluit , ne ſocium adjungerent Deo, aut alium præter eum colerent: Neque ſit inter vos, qui corde ſuo moliatur heterodoxiam , aut rebellionem contra mandatum Dei Opt. Max. Inde namque ſequetur ingens hujus ſanctuarÿ & cætus magni pernicies, ipsáque tandem à Creatore ; cujus ſanctificentur nomina; ſeparatio; atque ſic hoſtes veſtri voto ſuo potientur, in poteſtatem ſuam redigent pecora veſtra, uxores veſtras, & liberos veſtros. Quisquis autem hoc (heterodoxiam) *crediderit , eum manebunt omnes plagæ ſcriptæ in Lege Sancta, & delebit Deus memoriam ejus de cælo , & notabit ipſum Deus malo aliquo , præ reliquis tribubus Iſraëlis. Sincerè igitur agite, anima veſtra, & cogitatione veſtra, ut renovem vobiscum fædus, juxta id quod dicturi eſtis. Sint autem teſtes, Deus, cæli, terra, & Angeli ejus, contra vos, de ÿs quæ eventura ſunt inter nos , & vos, ſintque probatio contra vos , non autem pro vobis. Quamdiu verò manſeritis in cuſtodiendis ÿs , quæ præcepta vobis ſunt., Deus benedictus & excelſus benedicet vobis, & cuſtodiet vos, defendet & juvabit vos, ulciſcetur inimicos veſtros , & diſtribuet vobis terram, quam juravit per Potentiam ſuam Majoribus veſtris , Abrahamo, Iſaaco & Iacobo, b.m. conſervabit vos ; terra autem ſervabit omnes felicitates ſuas, tollet plagas , & cætera infortunia, vóſque multiplicabit. Cum verò reſtiteritis & rebellaveritis, auferetur tranquillitas à vobis, & Potentia* (puto redire Heb. הגבורה *potentia*, pro Deo) *à latere veſtro & horizonte veſtro: Et recedent Angeli de latere veſtro, & Nomen Angeli maximi* (quid ſi Meſſiam intelligat, cujus adventus Samaritanos non latuit, *Ioh.c.4.v.25.*) *deſtituet eos auxilio, & demittet in vos quic-*

quid ſcriptum eſt in libris iræ & maledictionis, & diſpergentur collecta veſtra, & præ ſe feret (Deus: ita videtur ἀνθρωποπάθειαν declinare) *oblivionem rerum veſtrarum, & poteſtati ſuæ vos ſubjicient inimici veſtri: Non ſupererit vobis Rex, neque ſanctuarium, neque facultates, neque viri, & diſperget vos Deus in fines terræ, ab una extremitate ad alteram; & ſervituti vos tradet; aliorúmque Imperio ſubjiciet; Imò quicquid dixeritis, quo ſocietatem nobiſcum contraxeritis, & fædere nobis devinxeritis, ut nempe ſit fædus* (i.e. omnes conditiones, quas fœdifragis vobis imponetis) *id omne cadet in vos. Atq; hoc alterum eſt fædus vobiſcum ictum, reſpectu videlicet illius, quod pepigit vobiſcum* (Deus) *in Domino noſtro Moſe, Propheta p.m. ſuper animabus veſtris, & cogitatione cordis veſtri.*

d. *Reſponſum* populi & læta in acceptando fœdere acclamatio. De quo idem author, quod madentibus genis obſequium promiſerint his verbis يا سيدنا ومولانا السمع والطاعة لامر الله جل وعز ونبيه الصادق الامين ولامرك ايها الملك ولامر امامنا وحاكمنا ولاخلاف لما رسوة *Domine & patrone noſter, obedientia & obſequium mandato Dei Opt. Max. & Prophetæ ejus veraci & fideli; & verbo tuo, ô Rex, & mandato ſacerdotis noſtri, & judicis noſtri. Nulli autem eorum, quæ decreveritis, contradicatur.* Refractarijs autem & σκληροτραχήλοις imprecantur اللعنة والسخط *maledictionem & iram.*

e. *Recenſio populi,* juſſu Regis Ioſuæ, ut vocant, ſuſcepta:

cepta : Poſtquam ., inito jam & confirmato fœdere, قرب عنهم القرابين وباركهم الامام *pro ijs obtuliſſet ſacrificia , & benedictionibus proſecutus eſſet Pontifex,* جلس هو والامام كل واحد منهم في مرتبته واستدعا بالعرفا وطالبهم باثبات احصا بني اسرايل سبط بسبط ويكون الاحصا على الجماعة من بن عشرين سنة الي بن خمسين سنة الا سبط لاوي فانه رسم ان يحصا هذا السبط من بن شهر وصاعد وكذلك رسم سيدنا موسي النبي عليه السلام قبل وفاته وما كان من بن عشرين سنة ونازل خمسين سنة وطالع يدخل تحت الاحصا واثبتت العرفا الاحصا وارتفع المبلغ ستمايه الف وسبعمايه وثلاثين رجل *Sedit ipſe & Pontifex, unuſquiſque in ſolio ſuo , vocatiſque ad ſe Ducibus, injunxit , ut certò cognoſcant numerum filiorum Iſraëlis, ſecundùm ſingulas tribus , inde ab anno* 20. ad annum 50. *Excepta tamen tribu Levi , de qua ordinatum erat , ut numerus iniretur à nato menſem & ſupra, id quod Dominus noſter Moſes, jam ante obitum ſuum conſtituit. Quiſquis autem habuit annos viginti, ad quinquageſimum, infra & ſupra,* (i.e. incluſivè & excluſivè, ut nec pauciores nec plures habere debuerit annos) *ingreſſus eſt numerum illum. Et exploraverunt Duces numerum , repertique ſunt* 601730

 Hoc

Hoc verò numero comprehendebantur duæ tribus & media, trans Iordanem , de quibus idem author p. 65.

علي ان من هذا الجملة سبط راوبن وسبط جد ونصف
سبط منشه كان اقطاعهم خلف الاردن وهي تسع مدن
واعمالهم كانت لسيحون وعوج بن عناق ثلاثة مدن
واعمالها كانت فتحها نفيخ ابن عمه من سبط منشه

Ita tamen, ut hoc numero continerentur Tribus Reuben, Gad, & media Tribus Menaſſe , quarum poſſeſſio erat trans Iordanem, novē vid. urbes cum provincijs ſive territorijs ſuis , quæ erant Sihonis & Ogi, filij Anak ; quarum tres urbes cum provincijs occupavit Nephich , patruelis ejus, è Tribu Menaſſe. Hanc portionem à Moſe ſibi dari petierunt ; ob numeroſam quam quiſque aleret familiam , adeò ut fere quintam conſtituerent partem Exercitus Iſraelitici قريب من خمس عسكر اسرايل Indignantem autem Moſen , diúque eos objurgantem, انهم تختاروا الجلوس عن اخواتهم *quòd eligerent ſedes præ fratribus ſuis*, mitigârunt eo , quòd promitterent ſe armentum quidem & ſupellectilia translaturos, redituros tamen, communis participes fortunæ, & quidem, ne puſillanimitas exprobrari iis queat , *uno agmine* جريده واحده (vox *Arabica* turmam propriè notat equitum ab aliis ſegregatam & ſeparatam) caſtra deinceps fratrum ſuorum, Iſraelitarum ſecuturos , donec & ipſi tandem cætera, quæ reſtant, expugnarint : Atque in hanc conditionem Moſen conſenſiſſe. Numerum autem

tem horum tribulium (Ruben, Gad & mediæ Menaſſe) 1020580. fuiſſe, reliquorum 4091150.

وكان احصا سبط لاوي خارج عن هذه الجملة المقدم
ذكرها لا يدخلوا في الحروب ولا يفارقوا خدمة ربهم
من ابن شهر وصاعد ثلاثة وعشرين الــــف رجــــلا

Numerus autem tribus Levi excipiebatur à numero præcedenti, utpote qui bellum non ſequebantur, neque ſecedebant à Miniſterio Domini ſuo, à menſe & ſupra 23000. viri.

Exploratio caſtrorum Cananæorum, Hierichuntinæ præſertim Urbis, ubi deſcribuntur 1. Exploratores, quòd fuerint اهل الجبرة والدبطنة الجلد والدين *viri fortes, bellicoſi, robuſti, religioſi.* 2. ſtrategema; ſimulârunt ſe eminus accedere. غيروا حالهم تغيير من قد قدم من
اماكن بعيده وكانوا الجواسيس يعرفوا بساير اللغات
في عسكر الاعدا واخذوا يبكوا فسالوا عن اخبارهم
فقالوا نحن اقوام من اهل الشرق سمع اصحابنا باخبار
هذه الامة العظيمة التي لها في البرية اربعين سنة بغير
دليل ولا زاد واتصل بجماعتنا ان لهم رب يذكروا انه
ملك السموات والارض وانه قد اقطعهم بلادنا وبلادكم
وانفذونا اصحابنا لنعرف صحة ما نقل الينا ونعرفهم
بـه

بعه وسرنــا ولقد جزنا بكم مـــن مـــدة طويلة

Mutârunt habitum ſuum, quaſi è remotis veniſſent locis. Callebant autem exploratores cæteras in caſtris hoſtium uſitatas Linguas. Lachrymati igitur inquiſiverunt in ſtatum eorum, dixerúntque: Nos populi ſumus Orientales, audiverúntque ſocij noſtri de conditione populi hujus potentis, qui in deſerto erant abſque indice aut viatico quadraginta annos. Pervenit autem rumor ad cætum noſtrum, habere eos Dominum, quem vocent Regem cœli & terræ; quique jam diſtribuerit ijs territorium noſtrum, & veſtrum. Miſerunt autem nos ſocij noſtri, ut veritatem illius, quod delatum ad nos eſt, exploraremus, ijſdemque quid rei ſit notum faceremus. Profecti igitur ad vos tranſijmus è loco remoto. Reliquæ tum enarrantur res geſtæ populi Iſraelitici, Ioſuæ præſertim, ſuíſque adeò ſuadent, ut exeant, ne prædæ illorum cedant, cùm loco infidelium habeantur & ἀθέων: وهذا اجمل

مـــا سمعناه منه وعرفنا ان اسمه يوشع بن نون وانه

الهازم للعملق والقاتل لسيحون والمالك لــعـــوج

والمتلف لملوك مدين فماب وبا وبلنا وبلكم ومـــا

سيصير الي بلادنا وبلادكم اقوام لا يرحموا ولا يبقوا

ورثوا ولا يهادنوا الا من هو خارج عنا وعنكم لاننــا

عندهم في صورة الكافرين الفاسقين والتجبر والعصيــان

والذي يسعد منا ومنكم من اخذ اهله بين يديه وطار

على

على وجهه الي ان نخرج من جملة اقطاعهم قبل يندم حيث لا ينفعه الندم *Atque hæc omnia audivimus de eo; cognovimus etiam nomen ejus eſſe Ioſua, filius Nun; qui in fugam dedit Amalekitas, occidit Sihonem, potitus eſt Ogo, perdidit Reges Midian, & Moab. Væ autẽ nobis & vobis, & quicunq; ſe ad nos & vos recipient; Populi ſunt, qui nullius miſerentur, nullũ relinquunt ſuperſtitẽ, nulli quicquam hæreditatis concedunt, pacẽ cum nemine ineunt, qui non ſit alius à nobis & vobis. Habemur enim ab illis infideles, corruptores, ſuperbiæ & rebellionis* (rei) *Quiſq; noſtrum & veſtrum ſibi conſulturus, aſſumt à familia velociter avolet, aut terminos illorum exeat, ne pænitentiâ ducantur, cùm pænitere nihil juvat.* Hac Methodo exploratores ubique uſi. وكذلك كانوا يقولوا لكل من يلقوه *Atque hoc dicebant cuique, qui occurrit illis; uſque dum venerunt Hierichuntem*, ubi diverſati cum رحب الفندقيه *Rahab* πανδοκεύτρια, cujus ad mœnia erat domus; Et quia vitam eorum contra inſidiatores defendit, ſecuritatem ei polliciti ſunt, quam poſtea reliqui Iſraëlitæ, ubi domum reverſi rationem muneris expleti reddiderunt, approbârunt.

g. *Convocatio* militum ad incundum bellum Cananæum & transvadandum Iordanem, facta per præconem Exercitus, p. 70. لما سمع يوشع الملك كلام الجواسيس اخرج العرفا ينادوا في العسكر ان يسيروا ومعهم زاد ثلثة ايام ويقولوا في المنادا معاشر الناس لا تخافوا ولا

ولا تجزعوا ان الله ربكم ساير معكم ليظهر معكم الاية
في هده الوقت لينجحكم من اعدايكم والاية الـــدي
يظهرها الله معكم في الاردن لم يسمع علي مثلها في
الدهور السالفة ولا يسمع بمثلها في الدهور الاتية وهي
اول هيبة تقع لكم في قلوب اعـــدايكم واعلموا ان
الكهنة المقدسين تحملوا صندوق الدهب وهو صندوق
العهد الكاين الجوهر العلوي وهو الالواح الدي كتا
بتها من النور العلوي فعند دخول الكهنة والصندوق
في ما الاردن يقف الماء ويتحير بقدرة القدير الي ان
يتحدر الما السفلا ني فيتعالي الما العلوي ويردان من
بعضة علي بعض الي ان يجوز ساير بني اسرايل ومن
في جملتهم في جـــفـــاف ويبس *Cùmque audiviſſet Ioſua Rex ſermonem exploratorum, prodire juſſit Duces, qui per caſtra clamarent , ut proficiſcerentur inſtructi viatica tridui, & per præconem ſignificarent : ô vos, ne timeatis neque conſternemini , Deus enim Dominus veſter vobiſcum proficiſcitur , ut manifeſtet vobis hoc tempore ſignum, & proſperum largiatur ſucceſſum contra hoſtes veſtros, Signum autem quod vobis oſtendet Deus in Iordane, tale erit , cujuſmodi nullum fuit auditum cæteritis ſeculis ; neque audietur in ſequentibus. Hic primus erit*

erit terror, qui occupabit corda inimicorum veſtrorum. Facite igitur, ut Sacerdotes Sancti portent Arcam auream, Arcam videlicet fœderis, in qua pretioſiſſima gemma, Tabulæ, quarum ſcriptura erat ex igni ſuperno. Ad ingreſſum autem Sacerdotum & Arcæ in aquas Iordanis, ſubſtituram aquam, quaſi ſtupore correptam potentiâ Potentis, donec demittatur aqua inferior, exaltetur autem ſuperior, & accumuletur alia alij, donec tranſierint cæteri Iſraelitæ, & qui cum illis erant, per aridum & ſiccum.

h. *Tranſitus* Iordanis, ubi 1. *Exhortatio* Ioſuæ ad populum. ثم نادي يوشع بن نون بنفسه فقال معاشر الناس ان الله توصيكم ان يكون بينكم وبين الكهنة الحاملين الصندوق مقدار مساحة الفي ذراع ولا تدنوا منه هذا المقدار ليعتم الله فعله معكم ثم وصا الاثني عشر رئيس ان ياخذوا من تحت رجلي الكهنة اثناعشر حجر عند فراغ مسير بني اسرايل من الاردن ليكتب كل واحد منهم اسمه علي حجره ليثبت ماجرا فيكون عند موء بد الدهور الاتية وهي الاية التي يظهرها الله جل اسمه علي الاردن

 Tunc

Tunc clamavit Ioſua filius Nun, ô hominum cætus! Deus mandabit vobis, ut inter vos, & ſacerdotes portantes arcam intercedat ſpatium 2000. *cubitorum: quo ſpatio ad eos non accedetis, ut ita Deus abſolvat opus ſuum vobiscum. Tunc juſſit* 12. *Duces duodecim ſumere lapides, ſubtus pedibus ſacerdotum, ubi iter feciſſent Iſraëlitæ, Iordanem ſuperando, ut nomen ſuum unusquisque lapidi inſcriberet, quò ſic, quid eveniſſet, confirmaretur, & in ævum illius ſigni memoria extaret: Signum autem fuit, quod Deus; cujus glorioſum ſit nomen; oſtendit in Iordadane.* II. *Hymnus* Levitarum. فنادوا الليوانية باعلا

صوت سبحان من هده قدرته سبحان من كل شي في

طاعته سبحان اله الالهه ورب الارباب الـــدي يطيع

لامره المتحرك والجماد والسماوات والارض والبحار

والانهار وكل ما فيهم لا الـــه سواه ولا ملك يدوم الا

ملكه ولا قدرة الا قدرته ولا رب الا دون ربوبيته ولا

سلطان الا دون سلطانته سبحانه وتعالي تقدست اسماوه

Clamârunt autem Levitæ alta voce. Laus illi, cujus hæc eſt potentia! Laus, cui omnia obediunt. Laus Deo Deorum, & Domino Dominorum, qui obſequio ſuo inflectit omne mobile, loca dura, cælum, terram, maria, flumina, & quicquid in ŷs eſt. Non eſt Deus præter eũ, non durabit regnũ, niſi ejus; nec potentia, niſi potentia ejus: Non eſt Dominus extra Dominium ejus; nec poteſtas extra Imperiũ ejus. Laudetur, exaltetur! ſanctificentur nomina ejus.

III. *An-*

III. Annus hujus tranſitus, qui à noſtra æra, ut Scaliger in ἀυπογράφῳ obſervavit 30. annis recedit. وارتفع السحاب في اول الشهر من السنة الاولي مـــن السمطه الاولي من اليوبيل من ابتدي دخول بني اسرايل حدود الاقطاع وكان قد مضي من ايام العالم المثبوته في التوراة الي هذا الوقت الفي وسبع مايه واربعه وتسعين سنة تامة وهذا التاريخ مصحح بمعرفوه العلم من تواريخ الطوفـان *Et ſublata eſt nubes initio menſis anni primi, Schemitæ primæ, à jubilæo, cùm inciperent filij Iſraël ingredi limites poſſeſſionis; cum jam ab orbe condito, in Lege ſtabiliti, ad hoc tempus, lapſi eſſent anni 2794. Quæ quidem Epocha exacta eſt, nota ex Hiſtorijs, inde à diluvio.* IV. *Tranſitus* ipſe cum ſuis circumſtantiis. وســـاروا الكهنة عند ارتفاع السحاب وابعدوا عند العسكر المقدار الذي رسم به لهم فعند قرب الكهنة والصندوق من ماء الاردن صرخوا الليوانيين وتبعوهم جماعة بني اسرايل بصوت واحد يقولوا لا حول ولا قوة عنده حولك يا رب العالمين فوقف الماء وترادف بقدرة خالقه القادر على ما يشا فاعل المعجزات العجايب ولم يزل يتكاثف بعض على بعض حتي صار مثل الجبال

العظام ووقفوا الكهنة يسبحو الله ويهللوا ويقولوا سبحان
من كل شي في طاعته وهم وقوف بالصندوق في اليبس
في وسط الاردن حتي سار جميع بني اسرايل ودوادهم
ومواشيهم في اليبس في وسط الاردن في ارضه وهي جافه
مثــــل ايام الحصاد واللموانيه يسبحوا ويهللوا ويقولوا
سبحان من كل شي في طاعته سبحان من هدا ارادته

Ablata autem nube profecti ſunt ſacerdotes , diſſiti ab exercitu interſtitia illis deſignato; Appropinquantibus autem ſacerdotibus & Arca aquis Iordanis, elata voce Levitæ, quos Iſraelitæ cæteri ſequebantur , una voce, dixerunt: Non accedit ad potentiam & virtutem tuam ulla alia, ô Domine Exercituum! Et ſubſtitit aqua, ſe invicem quaſi premens, potentiâ Creatoris ſui , & ejus, qui poteſt , quicquid vult: qui miracula facit & prodigia: neque ceſſavit conſtipari, alia ſupra aliam, donec magnis ſimilis fuerit montibus. Sacerdotes autem ſtantes laudârunt & celebrârunt Deum, dicentes: Laus ei, cui ſubſunt omnia. Illi autem cum arca conſiſtebant in arido, medio licet Iordane, uſque dum omnes filij Iſrael, impedimenta eorum ; & jumenta eorum per medium Iordanem ſiccatum , cujus terra ſiccata fuit , non ſecus ac diebus meſſis (fieri ſolet in torrentibus) *tranſiviſſent. Levitæ autem Deum laudibus & encomijs extulerunt, dicentes: Laus ſit illi, cui omnia ſubſunt ! Laus ei, cujus hæc fuit voluntas!* v. Varia conſequentia, ut quod א unuſquiſque

que Ducum duodecim كتب اسمه على حجره فاخذ الملك مثلها *inſcripſit nomen ſuum lapidi ſuo: Cujuſmodi* (lapidem) *etiam accepit ipſe Rex.* ב Terror, qui invaſit vicinas gentes, cùm ad earum aures hoc miraculum perveniſſet. P. 74. qui quidem tantus erat, ut quibuſdam mortem attulerit. p. 75. ومات بعضهم خوفا من بني اسرييل من عظم هيبتهم. *Et mortui ſunt quidam metu filiorum Iſraelis præ magno terrore eorum.* ג. Magna calamitas, quæ ex ventorum Iordanis aquas compellentium vehementia obtigit. ד. Hymnus Ioſuæ, de quo ſup. p. 473.

1. *Hierichuntis* a. occupatio, in qua fere obſervatur narrationis ſacræ ſeries Ioſ. 7. Sed Principem militiæ, qui ei apparuit vocat من رسل الله المتسلط على العقوبات Ex Legatis Dei, qui præſit infligendis pœnis. 6. *Anathema* & execratio. P. 78. فناديا يوشع باعلا صوته معاشر الناس حرام عليكم وعلي من يقوم من نسلكم ان يبني في هذا المدينة حجر واحد وهي اول المدن العاصية المعروفة بيريحا القديمة وهذه المدينة محرمة مخربة محروقة مثللة لا تبنى ولا تجدد ابد الابدين ودهور الداهرين

e. Magna nominis fama, quæ hic Ioſuæ crevit. وبلغ اسم يوشع بفعله هذا الى اقطار الارض *Et pervenit nomen Ioſuæ hoc facto ad fines terræ.* d. Sacrilegium Achani, ejuſdémque per Urim & Thummim detectio. Hunc enim

enim Samaritanorum ſenſum ipſa authoris verba haud obſcurè fundant. Ea proinde afferemus: Hinc enim, quæ Samaritani per Eruditionem acceperint, & quæ ſit Lex eorum ἄγραφος, & quod multa cum Judæis Talmudiſtis habeant communia, manifeſtum eſt. لما كان غداه اليوم المقدم ذكره حضر يوشع الملك فجميع العسكر بين يدي الهيكل واحضروا (احضروا .mel) بين يدي العزير الامام عليه السلام وعليه الجواهر واطلعت الجواهرة المكتوبة باسم يهودا واعرض سبط يهودا جريده على الجوهر اسم اسم فاطلعت على اسم يقال لها ايكن من قبيلة زرح بن يهودا واشخص الرجل للوقت ووقف بين يوشع الملك وقال له الملك يارجل ارفع وجهك الى ملك السموات والارض واعلم انه عالم الغيوب ويحاول من يظن انه يخفي عنه شي او يستر عنه امر فاعترف بما اخطات واخذت من الحرام فقد سخط الله علي قومه من اجلك فاجابه الرجل وقال اعلم ايها الملك انني اخطيت خطا عظيما بين يدي الله عالم السر والخفي وعذرت بعهد الله ورسوله ودخلت بيت معبود

معيون معايبد يرجحا نوجدت طوبة من دهب ولسان من
دهب ووزنهما الفي مثقال ومايتي وخمسين مثقال
وشرهت نفسي لدلك فاخذته ودفنته في مضربي فان
كان لا مثل دنبي يغفر فالله راوف ورحوم وان كان
لا غفران له فافعل ما امرت به في امري فانفد الملك
في وقته اقوام ثقات فاحضروا ما ذكر الرجل انه رغب
فيه فاخذه واحضره الولي وجماعة الروسا بين يدي هيكل
الباري فامر باحراقه عن خارج المحلة ثم اخذ الرجل
واحرق هو ومن معه من اولاده ومواشيه وجميع ما
كان يحوزه فجعل الكل في وادي
عميق فامر العسكر باسره يرجموه بالحجارة
واسما الوان وان عكور فعند ارفع الله
سخطه عن بني اسرايل وارضاه ما فعلوه

Poſtridie autem convenerunt Ioſua totúſque exercitus in templo, & ſtiterunt ſe Duces Eleazari Pontifici, p.m. in quo obſcurabantur gemmæ, quibus inſcriptum erat nomen tribus Iehudæ. Copiam autẽ fecit ſui Tribus Iehudæ, ut ordine ſuis diſtincti nominibus, ſinguli tranſirent gemmam; quæ obſcurata eſt ad nomen Aican, è familia Zera, filij Iehudæ. Et è veſtigio accerſitus fuit vir ille ad Ioſuã

Regem,

Regem, cui dixit Rex: ô tu, extolle vultum tuum ad Regem cæli & terræ; ſcito eum ſcire arcana. Væ autem illi, qui opinatur, ſe quicquam ab eo occultaturum vel abſconditurum. Fatere igitur quod peccâſti, & accepiſti de anathemate, ob quod Deus nobis ſuccenſuit. Et reſpondit ei vir ille, dicens: Scito, ô Rex, me graviter peccâſſe, coram Deo, ſecretorum & occultorum cognitore, prævaricatus enim ſum contra fædus Dei, ejúſque Legatum: Ingreſſus ſum delubrum Hierichuntinum reperi Tuba (valdè ſuſpecta eſt lectio: Aut enim طوبة lectum notabit, *rem bonam*, aliquid boni; quaſi vox אדרת Ioſ. 7. 21. adjectivè ſumta, fæminina, eſſet *pretium* aut *pretioſum* in genere notans: quod aliâs Chald. per *ſtolam*, Hebræi quidam per פרפרה בבלאה *purpuram Babylonicam reddunt*: at legendum طوية ut ſignificetur *netum*, vel *complicatum*, *complicabile*, quales togæ, pallia, eſſe ſolent) *auream, & linguam auream, quarum pondo erat 2250. ſiclorum, quæ cùm anima mea deſideráſſet, accepi, & ſepelivi in tentorio meo. Quòd ſi ſit peccatum meo ſimile, remittetur: Eſt enim Deus clemens, miſericors; ſin verò, & nulla expectanda remiſſio, fac tamen, quod te juſſi in hoc negotio. Miſit ergò Rex ex tempore viros probos, qui ea attulerunt, quæ edixerat vir, ſe, deſiderio captum, abſtuliſſe. Et adduxerunt eum ſacerdos totúſque Cœtus Procerum in templum Creatoris, juſſusque eſt comburi extra caſtra. Prehenſus poſtea vir ille igni deletur cum omnibus ſuis, liberis, pecoribus, & omnibus, quæ poſſederat. Et poſita omnia ſunt in valle profunda, ibíque totum exercitum juſſit ea lapidibus obruere: Nomen autem vallis illius eſt Achor. Atque ita ſublata eſt ira Dei à filijs Iſraël, & placuit ei, quod fecerant.*

k. Gi-

Digitized by Google

k. Gibeonitarum *fraus*, quâ Iſraëlitarum arma declinârunt. Eam ne quidem attingit *Patricides*; fœderis tamen vel ſecuritatis potius per Regem ſuum impetratæ meminit. Ita p. 30. فلما سمع ملك جبعون بيوشع
كتب اليه يطلب منه الامان واهدا اليه هدايا
كثيرة فامنه يوشع واقره في موضعه *Cúmque audiviſſet Rex Gibeonis de Ioſua, ſcripſit ad eum, ut ſecuritatem impetraret; attulitque ei magna munera: Et ſecuritate præſtita, collocavit eum Ioſua in ſede ſua.* Chronicon Samaritanum verò Sacris Literis propius accedit. Ea proinde repetere nolumus. Scribit author Legatos promiſiſſe ſe deinceps Iudæorum ſacra amplexuros. ونومن
بربك ولا نخالف ما ترسمه لنا في صغيرة ولا كبيرة
Credemus in Domino tuo, neque repugnabimus illi, quod deſignaveris nobis, ſive parvum illud ſit, ſive magnum. Fraudem Ioſua illis ita exprobravit: لم كتمتموني
وقلتم انكم من بعد وانتم من قرب فاجابوا فقالوا
عرفنا ان الاه بني اسرايل قد امركم ان تخربوا هذه
الموضع وتبدلوا السيف في كل موضع فيها نفس فخفنا
على نفوسنا وفعلنا ما فعلناه ونحن بين يديك ايها
الملك اصنع بنا ما تريد واجاهم ونادي في بني
اسرايل لا تقتلوهم ويملا الماء للبهايم ففعلوا ذلك

امرا حسبت بهم *Cur me hoc celaviſtis dicentes; vos eminus adveniſſe, cùm in propinquo habitetis? Illi verò reſpondentes dixerunt: Scimus, Deum Iſraelis jam vos juſſiſſe vaſtare hunc locum, ut gladium tranſmittatis in omnem locum, ubi anima: Metuentes igitur animabus noſtris, fecimus id quod fecimus. Sumus autem, ô Rex, in manibus tuis: Fac nobiſcum quicquid volueris. Ille verò eos & liberavit, & Filijs Iſrael præconio indicavit, ne eos occiderent, ſed in eorum haberent numero, qui cæderent lignum, & haurirent beſtijs aquam. Et executi ſunt id quod mandatum illis erat.*

1. *Bellum* ab Iſraelitis pro Gibeonitis feliciter geſtum.

Ubi 1. *occaſio* belli كان بعض الكناعنه لما سمعوا

بجوزان بني اسرايل الاردن هربوا قوم الــــي قوم

ولما عرفوا ماجاز على يريحا وقــــو مهـا اجتمع

كل من كان ساكن حول الاردن البحر الكبير

واتفقوا وعملوا على لقا بني اســـرايل وقتـالهم

وا نفذوا خمسه مـــن روساهم واكثر العسكر معهم

وتقدموا يحاربوا الثلثه ضياع الذي استجاروا ببني

اســـرايل وابتدوا بجبعيث ويضيقوا على اهلها

Cùm Cananæi quidam audiviſſent, tranſijſſe filios Iſraelis Iordanem, alij ad alios fugerunt; cognito autem, quod factum de Hierichunte eſſet, & populo ejus, convenerunt

quot-

quotquot habitârunt circa Iordanem & mare magnum; conſenſúque unanimi conſtituerunt Iſraelitis occurrere & prælio cum ijs decernere. Miſerunt ergo quinque è numero Ducū (Ioſ.10.v.5.Reges appellantur) *ſuorū, magno ſtipatos exercitu, qui accedentes expugnârunt tria prædia* (villas) *filijs Iſrael vicina, facto initio à Gibeon, cujus incolas preſſerunt.* 2. *Imploratio* auxilii Gibeonitarum, p.83. 3. Dei mandatum Ioſuæ factum, ut intrepidè hoſtes aggrederetur; nullum enim evaſurum. Ib. 4. *Teſſera* Iſraelitarum militaris. وكان شعار بني اسرايل الله الجبار في الحروب الله اسمه

Erat Symbolum Iſraelitarum : Deus fortis in bellis; Deus nomen ejus. 5. Fuga Regum فا نهزموا الملوك الخمسة بين يديهم الي كسحة والي مقدا

Terga autem verterunt Reges quinque inter manus eorum, Chazekam uſque & Makkedam. 6. *Inſecutio* Iſraelitarum, diei prolongatio, & præſidium Angelicum. وبطلوع بني اسرايل استظهروا عليهم وابدلوا القتل فيهم ثم قال يوشع للنهار يقف فوقف وكان يوما عظيما لان الله سمع صوت بني اسرايل وسر معهم الملايكة

Cúmque proceſſiſſent filÿ Iſrael, ut impetrato contra eos auxilio, prælium ÿs offerrent, dixit Ioſua diei (ita Arabes diem vocant *artificialem*, ut يوم *naturalem*) *ut ſubſiſteret, & ſubſtitit; adeò ut dies ille eſſet longus. Audivit enim Deus vocem filiorum Iſraëlis, & miſit cum illis Angelos.* 7. Regum ſive Ducum in ſpelunca detentio.

وهربت الخمسة ملوك اعني الروسا فوجدوا مغارة في مقده ثم امر الملك ان يجعل على فم المغارة حجارة كبار ليتحفظ منها الي ان يعودوا ويفرغوا من هلاك بقية العسكر

Fugientes autem quinque Reges, i.e. Duces, repererunt ſpeluncam in Makkeda : Iuſſit Ioſua apponere ori ſpeluncæ lapides magnos, ut ibi cuſtodirentur, donec, reliquo deleto penitus exercitu, redirent. Non diſplicet explicatio vocis מלכים *Reges*, per روسا *Duces.* Neque enim arcti Palæſtinæ limites, tam ampla poſſeſſionibus tribuere ſinunt pomæria, ut magnorum Regum obtineant axiomata. Sed neque ipſa vocis Etymologia neceſſariò id poſtulat, quæ, ex Chaldaiſmo, nón minus *Conſulem* notabit, Urbis aut diſtrictus alicujus caput, quàm *Regem*. 8. *Supplicium*, ad internecionem cæſis hoſtibus, Regum illorum. Extracti è ſpelunca conculcantur Procerum pedibus, tandémque امر بقتل الملوك وصلبهم الي غياب الشمس وعند الغياب رسم ان يجعلوا في المغارة التي هربوا اليها مع الخشب الذي صلبوا عليه

عليه ويجعل المغارة رجم حجارة لتعرف الي اخر الدهور
Iuſſit reges interfici, & ſuſpendi ad Solis occaſum. Occidente autẽ Sole ſtatuit, ut ponerent eos in ſpelunca, in qua ſe abſconderant, cum lignis, è quibus ſuſpendebantur: & adjicerent ſpeluncæ congeriem lapidum, ut conſtaret de re geſta ad finem uſque ſeculorum. 9. Recenſent etiam quædam ἄγραφα de aciei diſpoſitione, quæ καθ' ὕστερον πρότερον inſerimus: اما كان في اول الشهر
الثامن وهو وقت مسير هدا العسكر قسم الملك رجاله
وخياله على ثلثة فرق وانفذ كل فريق الي جهه
وسار هو ومن معه في الطريق الجادة قاصدا الي القوم
فاول من بادر المعسكر هو وحده واشغل معهم
ساعة ولم يفيقوا تحت ارتفع العجاج واقبلت العساكر
من كل جانب فلما شاهدوا بني اسرايل بعضهم
بعض صرخوا بصوت عالي الله ربنا المحارب عنا
فاظهر الله في دلك اليوم معجزات بالاعدا وكان كل
من اراد الهزيمة لقيته النار وحرقته وحل بهم الخبال
حتي ان الخيل كانت تعبط بهم وتنزل بهم للموت
عند سماعهم زعقات بني اسرايل امتدت لهم سواعي
النهار كما وعدهم الله الي ان عملوا فيه مقام سنة
كاملة ولم يبق من الاعدا باقيه بعد دلك المعرك

Initio autem menſis octavi, quo tempore caſtra movebant, partitus eſt Rex equitatum & peditatum ſuum in tres partes; quarum unamquamque miſit ad tractum certum, ipſe verò cum ijs, quos ſecum habuit, regiæ inſiſtens viæ recta ad populum tetendit. Primus autē qui ad caſtra pervenit, ipſe ſolus fuit; quibus cum integram horam fuit occupatus: cúmque ſublato fumo officij monerentur, undique confluxit exercitus. Iſraelitæ autē, mutuo aſpectu excitati, clamaverunt alta voce: Deus, Domine noſter, pugnator (eſto) *pro nobis! Et oſtendit illis Deus eo die miracula in hoſtibus; adeo ut, quisquis fugâ ſe ſubducere voluit, ignis eum invaſerit & combuſſerit. Phantaſma etiam quoddam in eos deſcendit, ut ipſi in eos equi impetum fecerint, & ad mortem præcipitárint, quoties audirent voces filiorum Iſraël. Et prolongatæ illis ſunt horæ diei, prout illis Deus promiſit, adeò ut tantum eo præſtiterint, quantum integri anni ſpatio ſufficeret. Et nullus ſuperſtes fuit hoſtium, hoc abſoluto prælio.* 10. Nuncius remigio alato deportatus ad Eleazarem. وكتب الملك مهزون الي العزر الامام على جناح الطاير يبشره بما تفضل الله به عليهم وما اظهره معهم من المعجزات والايات التي تتوصف ويعرفوه انه ليس يعاوه الي ان يفتح بقية الاقطاع لبني اسرايل وسرح الطاير في صبحة نهار الخميس فسار لوقته علي بركة الله وحسن توفيقه

Et ſcripſit

Et ſcripſit Rex (Ioſua) *Hazzâ ad Eleazarem Pontificem operâ alarum volucris* (columbam dubio procul intelligit; cujus uſum etiam alibi oſtendunt ; certè videntur hæc columbarum miniſteria Orientalibus adeò fuiſſe frequẽtia, ut per מפריחי יונים *volarefacientes columbas*, quorum teſtimonia in foro judaico erant irrita, *Ius. Heb*. p. 44. vix alii veriſimilius concipiantur, quàm qui columbas aſſuefecerant, ut ad parata emiſſæ, comitatiores, ut loquitur Plinius, redeant; cujuſmodi fortè etiam erant οἱ πωλοῦντες περιστερὰς, quorum meminit *Ioh*: 2. 16. de qua re, (σὺν θεῷ, aliâs) *ut ſignificaret, quæ in ſe, propter eos, Deus contuliſſet beneficia; & quæ oſtendiſſet iÿs miracula & ſigna, quæ enarrabantur* Epiſtolâ, *ſimulque illi notum facerent, non reverſurum prius, quam reliquas occupâſſet portiones filiorum Iſraël : Et liberè dimiſit avem tempore matutino diei quinti, quæ, benedictione divina & concurſus ejus bonitate freta, abÿt, &c.* 10. Reditus Ioſuæ exacto in expugnatione Cananæorum anno:

فلم يزل ينزل على مدينة فيفتحها ويفعل بالعاصية
مثل ما ذكرنا الى ان كمل فتح الاقطاع وعاود
في الشهر الاول من السنة الثانية وحصل انه فتح ساير
اقطاعهم. وهو موضع السبعة الكناعنة الجبابرة الذي
ذكرهم مثبوت معروف. مشهور في سنة واحدة

Neque deſtitit caſtrametari ad urbes, eáſque occupare, & rebelles ita tractare, prout memoravimus, uſque dum omnes occupavit partes: reverſúſque eſt menſe primo anni ſecundi. Unde apparet, quod reliquas poſſeſſiones eorum,

rum, ſedem nempè Cananæorum, Gigantum, quorum memoria firma, nota, & manifeſta eſt, uno ſubjugârit anno. II. Purificatio, depoſitis armis, illuſtris; de qua ſup. p. 474. III. *Diſtributio* terræ occupatæ; ubi 1. *Mandatum* Geometris & Geodetis à Ioſua datum; de terra diſtribuenda in decem partes; p. 86. 2. Termini terræ ſanctæ ex Moſe deſcripti; & nova, recentiorum terminorum, gloſſa aucti. Nam & Romæ jam meminit. الي ان ياتي
نيل مصر وهو الواد خروجه البحر الذي يمتد ساحله
من مصر الي فلسطين والي الروم *Uſque dum acceſſerit Nilus Ægyptiacus; qui fluvius eſt, cujus exitus mare; extenditque ſe ora ejus ex Ægypto ad Palæſtinam, & Romam.* De qua terminorum deſignatione, quædam fortè occaſione Geographiæ Sacræ. 3. Portio Levitarum; quibus tributæ ثمانية واربعين مدينة ومن,
جملتها ستة مدن منها من جملة مدن السبطين ونصف
ثلث مدن ومن جملة اقطاع التسعة اسباط ونصف ثلث
مدن من هذا المدن امر الله جل وعز ان تكون مفردة
واسماها مدن رن يعني ملجا للهرب ثم للقاتل الذي
يقتل صاحبه وهو رن يدري بذلك يعني اتفاق
او سهوا من غير ارادة ولا بغضة تقدمت
Quadraginta octo urbes, è quibus ſex, tres è numero urbium duarum tribuum & mediæ, ex portione reliquarum novem & mediæ tribuum, itidem tres, quas urbes juſſit

juſſit Deus Opt. Max. eſſe ſeparatas, quæ urbes appellabantur urbes reſtitutionis i.e. aſyla, ut eò fugeret homicida, qui occidit ſocium ſuum, cùm tamen illud neſciverit, i.e. nullo accedente conſenſu, aut per incuriam, nullo conſilio aut odio prævio.

n. Acta cum duabus Tribubus Reuben, Gad, & media Menaſſis, quæ ante jam lares & ſedes ſuas trans Iordanem elegerant. Poſtquam enim Geometræ emiſſi rediiſſent, & diſtributio δεκαμερὴς pro Tribuum proportione deſignata fuiſſet, Duces, qui à Moſe ad id potiſſimùm erant deſtinati, ne qua lis ea de re moveretur, diſtributionem ratam habuere, eándemque confirmârunt. Eleazar autem, cùm Catalogum luſtrati populi accepiſſet, ipſe poſtea ſingularum tribuum portionem deſcriptam, populi primoribus tradidit, ut egreſſi cum Geometris hæreditatem quiſque ſuam adiret. Ioſuæ; ut ſup. p. 475. audivimus; obtigit mons benedictus. Pacata igitur terra Ioſua, duabus illis Tribubus & mediæ valedicit, ubi 1. Encomiū ingenuitatis, quod Ioſua iis impertit: quod promiſſis ſteterint, ſociis in expugnandis hoſtibus ſuppetias tulerint; pro quibus officiis fauſtiſſimâ quæque illis precatur: Cùmque luſtrati omnes eſſent; اكلوا جميعا

وشربوا وجددوا عهدا بينهم انهم مقيمين على طاعة
الله ابدا ومحبة نبيه وحفظ وصاياه وانهم متقربين
بعضهم ببعض متي اتصل بهم خبر في ليل او نهار في
سعد او في ضيق في فرح او غم لا يتخالفوا ولا يتناموا
بل يبادروا ويسارعوا واخذوا يقسموا على ذلك بقسامة

عظيمة وقرب العزر امـــام عليه السلام عنهم القرابين
Comederunt una & biberunt, & reſtaurârunt fœdus inter ſe, quod in obſequio Dei eſſent perſeveraturi, & in amore Prophetæ ſui, & obſervatione præceptorum ejus; & quod alij alijs ſint adfuturi, quoties ad eos perveniret rumor, diu noctuque vel felicis, vel adverſi ſtatus, lætitiæ vel triſtitiæ; ne contradicerent aut dormitarent; ſed feſtinanter properarent. Cúmque ſancto juramento in ſe hoc ſuſcepiſſent, obtulit Eleazar Pontifex p.m. pro ijs ſacrificia. II. Valedictio inſpectantibus Proceribus facta. واجتمع وجوه جماعة بني اسرايل في توديعهم *Et convenerunt primores cœtus filiorum Iſraelis, dum valediceret illis.* III. ἐνθρονισμὸς & vicaria poteſtas, quam Rex in Nephichum, filius Gilead è tribu Menaſſe tranſtulit. Poſtquam enim ei duarum Tribuum regnum (quod conſtabat 1010530 viris.) tradidiſſet,

خلع عليه خلعه الملك والبسه تاجـــا واركبه بعض
خيلة المختارة واخرج بين يديه منادي ينادي هذا
الملك السبطين ونصف المقلد لاحكامهم الناظر في
امورهم المقدم في عسكرهم المخاطب عنهم المسايل
عن احوالهم وكل ما امر به فمقبولا وكل ما حكم به
فقد قضي فيما وقف فيه من حكم فليرده البيان من
العزر الامام عليه السلام معاشر الناس من خالف حكمه وا
خرج

خرج من طاعته فقد اباح دمه وكل الجماعة ابريا من اثمه

